Pommersches

Urkundenbuch.

Herausgegeben
vom
Königlichen Staatsarchiv zu Stettin.

IV. Band.
1301—1310.

Bearbeitet
von
Archivrath Dr. Georg Winter,
Kgl. Staatsarchivar zu Osnabrück.

Stettin 1903.
Verlag von Paul Niekammer.

1970.

(Anfang des 14. Jahrhunderts.)

Die Stadt Dendermonde ersucht die Stadt Stralsund, einen gewissen Aegidius zu unterstützen, der in Nachlaßsachen nach Stralsund entsandt ist.

Viris providis et honestis ballivis, scabinis coeterisque rectoribus ac burgensibus villae Straelshonde ballivus et scabini de Teneramunda salutem et ad sua beneplacita se paratos. Vestrae providentiae tenore presentium innotescat, quod talis, relicta talis, propter hoc coram nobis personaliter comparens in praesentia proborum plurimorum Aegidium talem, servientem eius, specialem suum constituit receptorem omnium et singulorum creditorum suorum ac obligationum marito suo defuncto, sibimetipsi vel Iohanni famulo ibidem in partibus vestris mortuo factorum nomine ipsorum coniugum, quocunque modo fuerit vel coram quibuscunque, dans et concedens dicto Aegidio famulo suo praedicto plenam et liberam potestatem et mandatum omnia bona ad ipsam relictam pertinentia a famulo suo praedicto post decessum eius ibidem relicta, ubicunque inventa fuerint vel per Aegidium praedictum inveniri possint, petendi et recipiendi, creditores suos post satisfactionem quitandi, omnia faciendi, quae ipsamet faceret aut fieri posset in praemissis et praemissa tangentibus, si personaliter coram vobis interesset, rogantes vestrae prudentiae dilectionem, quatenus dicto Aegidio, cum ad vos accesserit, ope, auxilio et consilio assistere velitis in causis suis rationabilibus et honestis, ut, si qui creditores vel detentores bonorum aliquorum seu creditorum relictae praedictae ipsi Aegidio bona vel credita dominae suae deliberare recusaverint, ad satisfactionem et solutionem competentem, prout vobis subditi fuerint, compellere velitis et eum, quanto de iure poteritis, favorabiliter expedire, tantum inde facientes in subsidium iuris, quantum nos pro vobis vel vestris in casu consimili facere velletis vel maiori.

Nach dem der Stadtbibliothek zu Brügge gehörigen Codex Dunensis Nr. 516 gedr. bei Kervyn de Lettenhove, Codex Dunensis (Collection de chroniques Belges. 17), S. 276. Nr. 177.

1971.

1301 nach Januar 6.

Johannes, der Sohn Friedrichs, des Begründers von Friedrichshagen, vereinbart sich nach dem Tode seines Vaters mit seiner Mutter Meynburgis über die väterliche Erbschaft.

Constitutus in nostra presencia Iohannes filius quondam Frederici de Fredelkeshagen resignando matri sue Meynburgi hereditatem suam totam et omnia bona sua mobilia et

immobilia, que ex morte patris sui predicti ad ipsum fuerant devoluta, pro quibus ipsa mater dabit filio predicto infra triennium LXVI marcas denariorum. Actum post Epyphaniam domini.

Nach dem Liber civitatis Gryphiswaldensis XIV im Rathsarchiv zu Greifswald fol. 6, d. a. 1301.

Gedruckt bei Pyl, Geschichte des Cistercienserklosters Eldena, S. 623.

1972.

1301 Januar 13.

Heinrich, Ritter, und Goswin, Wapner, Gebrüder genannt vom Wolde, verkaufen der Hildegunde von Techlin und deren Kindern 4 Hufen in Hildebrandshagen zu Lehnrecht, frei vom Dienst, aber mit der Verpflichtung, bis zum Erwerbe des Eigenthums der Hufen von dem Fürsten, den Verkäufern als Anerkenntniß der schuldigen Dienstbarkeit jährlich 1 Pfund Pfeffer zu liefern.

In nomine sancte et individue trinitatis[1]) amen. Cum acta temporalia ab humanis decidant memoriis, necesse est, ut scripti iuvamine et proborum virorum testimonio perhennentur. Hinc est quod notum esse volumus tam posteris quam presentibus omnibus in perpetuum hoc scriptum audituris pariter et visuris, quod nos dominus Henricus miles et Goswinus armiger fratres dicti de Wolde matura deliberacione prehabita et de nostrorum heredum et amicorum consensu vendidimus rite et racionabiliter domine Hildegundi dicte de Thechelyn et filio eius Arnoldo et filie eius Hildegundi et eorum heredibus et proheredibus quatuor mansos in Hildebrandeshaghen in fine eiusdem indaginis se versus civitatem Stralessunt protendente situatos cum omnibus fructibus et proventibus, lignis et paludibus ad[2]) mansos pertinentibus iam pretactos, reservantes nobis tamen supremum iudicium et magistro indaginis infimum in eisdem. Item recognoscimus, quod predictam Hildegundem et filiam eius Hildegundem et filium eius Arnoldum cum eorum heredibus et proheredibus in quietam possessionem mansorum stabilimus predictorum, quicquid in eis possedimus hactenus, resignantes personisque iam prescriptis eosdem mansos contulimus in solidum iure feodali absque omni servicio libere possidendos, excepto quod nobis in recognicionem debite servitutis in una libra piperis servient annuatim, quousque sepedicta domina Hildegundis aut aliquis heredum eius vel proheredum mansorum predictorum proprietatem a principibus terre valeat comparare. Ut autem hec omnia inconvulsa maneant perpetim atque rata, presens scriptum nostrorum roboravimus munimine sigillorum. Huius rei testes sunt dominus Bertoldus Bôkeman, dominus Gerlacus Smachteshagen, dominus Udo milites, Gerhardus Stupbendorp et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno domini MCCCI, in octava Epiphanie.

[1]) trinitatis fehlt. Cod. [2]) et. Cod.

Nach dem Codex Rugianus im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I. 33) Nr. 95. Abschrift bei Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V. Nr. 996.

Gedruckt bei Fabricius III. S. 119, Nr. 290.

1973.

1301 Januar 18 Camin.

Das Kapitel des Marienstifts in Stettin beurkundet die Stiftung und Dotirung eines Altars des Apostels und Evangelisten Johannes in seiner Pfarrkirche in Greifenhagen durch den Priester

Johannes de Fonte (von dem Borne) und die über die Verwaltung dieses Altars und das Patronatsrecht mit dem Stifter vereinbarten Bestimmungen.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Hildebrandus dei gracia prepositus, Bertrammus decanus eiusdem gracia totumque capitulum ecclesie Sancte Marie in Stetin omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo, qui est vita vivencium et salus omnium defunctorum. Necessarium reputatur, ut acta hominum, que duratura sunt tempore longiori, scriptis et testibus confirmentur, ne in oblivionem transseant processu temporis et errorem. Ideoque notum esse volumus omnibus per presentes, quod de collacione altaris sancti Iohannis apostoli et ewangeliste, quod fundavit dominus Iohannes sacerdos dictus de Fonte nostra voluntate et consensu unanimi accedente et dotavit Griphenhagen nostra in ecclesia parrochiali ad honorem omnipotentis dei et virginis matris sue gloriose ob salutem animarum suorum progenitorum suorumque remedium omniumque peccatorum cum octo mansorum liberorum sitorum in villa Zvochow reditibus et proventibus plenis et integris videlicet pacto et censu et minuta decima et quatuor marcis denariorum census mansorum in Piriz sitorum annis singulis exsolvendis. Cum eodem domino Iohanne et fratre eius Wilhelmo placitando concordavimus in hunc modum: ita videlicet quod predictus Wilhelmus frater sepedicti domini Iohannis et filius eiusdem Wilhelmi Kerstianus, hee due persone tantum habebunt ius patronatus et liberam facultatem conferendi memoratum altare temporibus sue vite. Ipsis vero defunctis ius patronatus ipsius altaris et collacio plenarie nobis cedet. Clericus eciam, cui collatum fuerit ab eis et a nobis tempore revoluto, sub plebano, qui pro tempore in dicta ecclesia manserit, in omnibus sicut vicarius se habebit, intrans chorum ad omnes horas cum religione tempore oportuno cum plebano vel viceplebano singulis diebus dominicis et festivis. Idem vero sacerdos scolarem aptum sibi recipiet et de suo eidem scolari in precio providebit et omni die celebrabit et missas suas continuabit, prout continetur in privilegio Ottonis incliti ducis Slavorum, qui omnes libertates bonorum ad memoratum altare pertinencium largissime erogavit. Si vero eundem sacerdotem infirmum vel absentem esse contingerit, infra mensem alium idoneum virum in loco suo constituet, qui pro eo valeat divinum officium adimplere. Ut autem hec ordinacio prescriptorum certa et inviolabilis perpetuis temporibus perseveret, presentem paginam inde confectam nostro sigillo dedimus roboratam. Testes vero huius sunt dominus Rodolphus plebanus in Pomelle, dominus Iohannes plebanus in Sconevelde et dominus Henricus dives vicarii nostri, dominus Conradus prior de sancto Iacobo et Iohannes Stetineke vicarius ibidem, Henricus scultetus, Petrus de Brakele, Arnoldus de Sanna, Iohannes Wossow, cives Stetinenses et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec et conscripta in capitulo nostro generali sub anno gracie MCCC primo, XV. Kalendas Februarii.

Nach der Abschrift im Fragment der Matrikel des Marienstifts im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I. 51) Nr. 26.

1974.

1301 Januar 18.

Fürst Wizlaw III. von Rügen gestattet dem Kloster Neuenkamp, für die Kirche zu Drechow statt zweier Hufen daselbst zwei Hufen zu Landsdorf (Lambrechtesdorp) zu erwerben und letztere gegen zwei der Kirche zu Tribsees in Drechow gehörige Hufen einzutauschen.

Universis Christi fidelibus Wizslaus dei gracia princeps Ruyanorum junior salutem in perpetuum. Noverint universi, quod cum pater noster predilectus illustris Ruyanorum princeps fratribus monasterii Novi Campi proprietatem duorum mansorum in villa Drechowe perpetualiter donasset, quibus mansis ipsi fratres predicti ecclesiam in eadem villa scilicet Drechowe in honorem beate Marie virginis conditam dotare debuissent, prefati fratres in eadem villa dicta mansos venales non invenientes nobis humiliter supplicaverunt, ut de permissione nostra loco dictorum mansorum in Drechowe mansos duos alios in villa Lambrechtesdorp emere possent; quorum precibus et votis auditum benignum dedimus et assensum, ita sane tamen, ut duos mansos in Drechowe, qui ab antiquo ad ecclesiam Tribuses pertinebant, ecclesia in Drechowe iure dotalicio perpetuo debeat possidere, et duo mansi in Lambrechtesdorp, quorum proprietatem sepedictis fratribus eorum devocioni annuentes conferimus in hiis scriptis, ita ut ecclesie in Tribuses dotis nomine assignari debeant in restaurum. In cuius rei evidenciam presens scriptum sigilli nostri appensione roboramus. Datum anno domini MCCC primo, Prisce virginis et martiris.

Nach dem Originale, dessen Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Neuenkamp Nr. 63. Abschrift im Neuenkamper Copiar und bei Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V. Nr. 992.

Gedruckt bei Fabricius, III. Nr. 291a, S. 119.

1975.

1301 Januar 25.

Fürst Nikolaus von Werle verleiht dem Kloster Neuenkamp sämmtliche Gerichtsbarkeit in der Mühle zu Bök (am östlichen Müritz-Ufer), welche der Ritter Otto von Retzow dem Kloster verkauft hat.

Nos Nicolaus dei gracia dominus de Werle universis presentia visuris protestamur, quod domino Arnoldo abbati et ecclesie Novi [Campi] [1]) de beneplacito vasallorum nostrorum et heredum molendinum in Bochen cum omni iure videlicet maiori et minori totaliter contulimus, sicuti dominus Otto dictus de Ritzecowe strenuus miles et vasallus noster prefate ecclesie Novi Campi vendidit et a nobis libere possiderat et quiete. In cuius rei perpetuam firmitatem presentem paginam sigilli nostri appensione roboramus. Datum anno domini MCCC primo, in conversione sancti Pauli apostoli.

[1]) Campi fehlt. Hs.

Nach der Abschrift aus dem Jahre 1506 unter der Ueberschrift de proprietate molendini in Boke im Staatsarchiv Stettin: Wolg. Arch. Tit. 26 No. 3 vol. 1. fol. 316.

Gedruckt Mecklenb. Urk.-Buch V. S. 6. Nr. 2727.

1976.

1301 Januar 26 Verchen.

Heinrich, Archidiakon zu Demmin, die Brüder Reimbern und Heinrich von Wachholtz und Reimbern von Artlenburg, Ritter, bekunden, daß ihr Oheim, der Ritter Reimbern, Sohn Dietrichs von Sülten, dem Kloster Verchen zwei Hufen zu Prützen und ihre Schwester Helmburg demselben Kloster die Hebungen von einer Hufe zu Satzekow vermacht hat.

In nomine domini amen. Universis Cristi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Hinricus dei gratia archydiaconus Dymynensis, Reymbernus et Hinricus fratres dicti de Wacholt, Reynbernus de Ertenborgh milites, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam temporis labilitas oblivionem parit et oblivio suscitat calumpniam, necesse est, ut que quis habere voluerit duratura, scripti testimonio roboret et consignet. Quapropter ad recognitionem protestationis devenire cupimus per presentes, quod dilectus nobis in Cristo avunculus noster Reybernus miles, filius Theodorici de Sulta felicis memorie, ob salutare remedium anime sue legavit duos mansos sitos in villa Prutzen in extremis suis preposito, priorisse totique conventui monialium ecclesie sancte Marie virginis in Vercha de amicorum et heredum suorum consensu plenissimo cum omni iure et utilitate, sicut ipse possedit et heredes sui, ut ipsius pie recordationis nomine conscripto inter confratres suos, et quamdiu collectio ipsorum duraverit, omnium bonorum, que per ipsos prepositum et conventum fieri poterunt, particeps fiat, in orationum suarum memoria iugiter permanendo. Preterea eciam in remedium anime sue dilecta nobis in Cristo soror nostra Helemburgis legavit post mortem suam redditus unius mansi in villa Satzekow de libera eius voluntate et amicorum ac heredum suorum fideli consilio tali forma, ut cum iudex omnium per mortem ipsam citaverit de hoc mundo, sorores eius dilecte dicti claustri moniales ad refectionem meliorem diebus vite sue tollant[1]) ipsos proventus; ipsis autem de carnis huius ergastulo subreptis antedicti redditus ad prepositum, qui tunc fuerit, venient et ad conventum, omnium affinium vel heredum contradictionibus pretermissis. Cum autem obitur predicte sororis nostre ecclesie prehabite nunctiatus fuerit, ipsius fideliter memoriam, tamquam de iure tenentur, peragent omnium bonorum, que per prehabitum conventum fiunt in ecclesia sua, ipsam participem faciendo. Ne autem actiones utreque per inventiones malignantium in posterum valeant disturbari, ipsas conscribi fecimus et sigillis nostris et sigillo Reynberni militis dilecti nostri avunculi pie recordationis cum testibus subscriptis ipsi claustro in testimonium validum erogamus. Testes vero sunt Reynbernus Hube, Hermannus de Ostha, Hermannus de Blucher, Hinricus Latendorp, Conradus de Palude, Iohannes et Hinricus fratres dicti Vulpes milites, Wernerus de Uprist, Reynbernus Vulpes, Iohannes Hasencroch famuli et quamplures alii fide digni. Datum Vercha anno domini M° CCC° et primo, feria quinta ante purificationem Marie virginis gloriose.

1) Hſ. tollent.

Nach der Dregerſchen Abſchrift der Verchener Matrikel (Löperſche Bibliothek Mscr. 222) Nr. 43.

Auszüglich gedruckt bei Wigger, Familie von Blücher, Urk. S. 102.

1977.

1301 Januar 27.

Herzog Bogislaw IV. ſchenkt der Stadt Wolgaſt den Hof des Ritters Johann von Heydebreck zum Beſitz nach Lübiſchem Recht.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Nos Bugizlaus dux Slavorum et Cassubiae recognoscimus et praesentibus publice protestamur, quod nos et haeredum nostrorum nomine damus civitati Wolgast nobis dilectae proprietatem curiae strenui et honesti militis nostri Johannis de Heidebrake sitae in Wolgast cum omni utilitate et usufructu, sicut dicta curia

intra suas iacet metas, et cum omni iure utpote in agris cultis et incultis, pascuis, pratis[1]), paludibus, aquis et aquarum piscationibus, lignis, arboribus, arbustis et mericis cum omni libertate et iure Lubecensi libere, quiete et feliciter in perpetuum donationis titulo possidendam. Ne autem hanc nostram donationem ullus in posterum valeat infirmare, praesentem damus paginam inde confectam nostri sigilli munimine firmiter roboratam. Testes sunt Henricus de Heidebrack, Henricus de Reno, Iohannes Bere marscalcus, Theodoricus Bere, Wedelstede, Ludovicus Keding, Gerhardus de Leisten, Arnoldus Monachus milites, Gerhardus Grope, Martinus de Templin, Eggehardus de Gemekowe famuli et plures alii fide digni. Actum et factum per manum magistri Henrici nostrae curiae notarii anno domini millesimo trecentesimo primo, sexto calendarum Februarii.

[1]) Matrikel verschrieben: patris.

Nach der Wolgaster Matrikel im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I. 44) Nr. 2. Abschriften: Wolgaster Archiv Tit. 42 No. 2 vol. 1 fol. 31 v. und Mscr. Pom. Fol. 146 der Greifswalder Univ.-Bibl.: Wolgast Nr. 3. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V. Nr. 982.

1978.

1301 Februar 2.

Die Stadt Stralsund verkauft dem Johann von Straßburg Renten aus Lüdershagen.

In dei nomine amen. Omnibus Christi fidelibus audituris presencia et visuris consules civitatis Stralessundis salutem in omnium salvatore. Cum humana memoria sit labilis et caduca, expedit, ut acta discretorum virorum scriptis publicis et fidelium testimonio confirmentur. Igitur notum facimus universis presentis temporis et futuri, quod nos de unanimi consensu et consilio diligenti nostrorum discretorum rite et racionabiliter vendidimus Iohanni de Stracebůrch et suis heredibus legitimis atque veris redditus duorum mansorum et dimidii mansi in Ludershaghen, cuiuslibet mansi redditus pro quinquaginta quinque marcis denariorum slavicalis monete, cum omni libertate cumque omnibus fructibus et proventibus, ut nos eosdem mansos habuimus, temporibus perpetuis possidendo, hereditando, dando pro suo beneplacito et vendendo. Excipimus tamen iudicium, quod nostre reservavimus civitati. Ne autem hec vendicio ab aliquo in posterum infringatur, scribi fecimus presentem paginam nostri sigilli munimine roboratam. Datum et actum anno domini M° CCC° primo, in festo purificacionis Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale im Stadt-Archiv Stralsund (Schr. III, Schiebl. 2). An rothseidenen Fäden das große Siegel der Stadt.

Gedruckt bei Fabricius III. Nr. 292 S. 119 f.

1979.

1301 Februar 2 Doberan.

Das Kloster Amelungsborn vertauscht das Dorf und den Hof Satow mit allen Zubehörungen gegen zwei Salzpfannen in der Saline zu Lüneburg an das Kloster Doberan.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos frater Baldewinus[1]) dictus abbas monasterii in Amelungesborne, ordinis Cysterciensis, Hyldensemmensis dyocesis, notum esse volumus presen-

tibus et futuris, quod, cum nos et conventus noster de quibusdam bonis ecclesie nostre videlicet villa Satowe[2]) et grangia Satowe[3]) in terra Sywan sitis propter nimiam eorumdem bonorum ab ecclesia nostra distanciam fructum modicum et utilitatem quasi nullam derivari nostro monasterio sentiremus, nos infructuositatis et inutilitatis dampna cupientes declinare et querentes[4]) nobis et nostris posteris fructum et utilitatem ampliorem in posterum ordinare, de tocius conventus nostri beneplacito necnon venerabilis patris nostri domini Arnoldi abbatis Campensis consilio et assensu, sicut decuit, requisito pariter et obtento cum ecclesia Doberanensi filia nostra permutacionem fecimus cum bonis prenominatis, ita videlicet quod ipsam villam Satowe cum patronatu ecclesie eiusdem ville necnon et grangiam Satowe simul cum molendinis et stagnis adiacentibus et silvis et aliis omnibus pertinentiis et proventibus suis cum emunitatibus et libertatibus, cum omnis proprietatis integritate, sicut nos et ecclesia nostra in Amelungesborne memoratam villam et grangiam cum omnibus attinenciis suis annis amplius quam LXX possederamus, Doberanensis ecclesia ex hoc nunc et in perpetuum libere possideat et quiete. Pro quibus bonis venerabilis dominus Iohannes abbas monasterii de Doberan et conventus suus duas sartagines[5]) in salina Luneburg[6]) cum omni fructu et reditibus earumdem nobis ac monasterio nostro assignaverunt in restaurum libere perpetuo possidendas. Nempe cum omnia ordinis ordini sint communia, hiis additur, quod, si que persona cuiuscumque conditionis seu dignitatis fuerit, bona iam sepe nominata, Satowe videlicet, post permutationem istam inter nos et Doberanense monasterium mutuo perpetratam inpecierit et inprobaverit occasione quorumcumque, in quibus contra eadem bona ante hanc permutationem factam inpeticio et inprobatio sibi iuste conpetere videbatur, in eiusmodi causis, si oborte fuerint, nos et ecclesia nostra una cum venerabili domino abbate Doberanensi et conventu suo pari lege, communi consilio et auxilio, necnon similibus laboribus et expensis firmiter simul stabimus, donec talis inpeticio in iure vel gracia conplanetur, et idem nobis ex integro facere tenebitur Doberanense monasterium, si quid simili modo increverit vel obortum fuerit super duabus illis sartaginibus in salina Luneburg[6]) supradictis. Preterea dicte permutationis ratione memoria eorum, qui predictam villam et grangiam Satowe nostro monasterio donaverunt, non minorabitur neque deperiet, sed apud ecclesiam nostram Amelungesbornensem necnon in ecclesia Doberanensi ipsorum memoria erit in benedictione perpetuo perseverans. In cuius rei evidenciam pleniorem presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri et venerabilis patris domini Arnoldi abbatis Novi Campi sigilli munimine fecimus insigniri. Testes huius rei sunt: Bertrammus prior, Hermannus supprior, Iohannes cellerarius, Ludolphus de Bremis, Iohannes de Hyldensem, Thidericus de Oldendorpe, Iohannes Crasceman, Conradus de Amelungessen, Giselbertus[7]) camerarius, Conradus de Hyldensem, Alexander, Henricus infirmarius[8]), Iohannes de Honovere[9]). Datum Doberan, anno domini M° CCC° primo, Februarii nonas quarto.

1) Boldewinus. B. 2) Satowe villa. B. 3) Satowe grangia. B. 4) querentetes. A. 5) sartagines suas. B. 6) Luneburch. B. 7) Ghiselbertus. B. 8) B. hat hinter infirmarius noch Alexander. 9) Honower. B.

Nach dem Originale (A.) im Hauptarchive zu Schwerin (Kl. Doberan). An Fäden aus rother, gelber und grüner Seide hängen zwei kleine spitzovale Siegel mit dem ganzen Bilde eines Abtes, mit dem Stabe in der rechten und einem Buche in der linken Hand. Eine zweite gleichlautende Original-Ausfertigung (B.) hat nur noch ein Siegel.

Gedruckt bei Westphalen, Monumenta inedita rerum Germanicarum, III. p. 1567; Meklenburg. Jahrb. XIII. S. 279; Meklenb. Urk.-Buch Bd. V S. 8 Nr. 2729.

1980.

1301 Februar 2.

Nicolaus, Herr zu Werle, gestattet dem Theoderich, Kellner zu Neuenkamp, Weg und Brücke über die Mildenitz für das Kloster anzulegen und innerhalb der ihm gesetzten Grenzen zu roden und urbar zu machen.

Nicholaus dei gracia dominus de Werle, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino. Damus de consilio nostrorum militum fidelium Theoderico celerario Novi Campi licenciam et auctoritatem, viam et pontem trans flumen, quod dicitur Mildenitze, ad usum claustri propter peticionem et dilectionem specialem, quam ad dictum celerarium habemus, quod volumus a militibus et vasallis nostris et consulibus ac universitate[1]) civium firmiter et inconvulsum observari, quamdiu tranquillitas pacis inter dominum Hinricum Magnopolensem, patruelem nostrum karissimum, et inter nos videatur. Damus eciam iam dicto Theoderico celerario plenam auctoritatem, infra terminos suos sibi assignatos, quod schede dicitur, secandi, exstirpandi, rubos et lingna seminandi, colendi, metendi, mandantes nichilominus omnibus nostri causa quicquam facientibus, ut nostrum factum non conturbent nec infringant, quod presentibus pupplice protestamur. Testes huius sunt Conradus Buno, Nicolaus de Malyn, Ludolfus de Oldenborgh, Yo de Moryn, Ywanus de Belewe, Hartmannus de Oldenborgh, Hinricus Schade, Boldewinus, Fredericus eiusdem filius de Lobeke, milites, Wedeken, Theodericus[2]) de Belowe famuli, et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini M° C° C° C° primo, in die purificacionis Marie.

[1]) universitati. Orig. [2]) Theoderico. Orig.

Nach dem Originale, dessen Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Neuenkamp Nr. 65. Abschrift bei Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 994.

Gedruckt im Meckl. Urk.-Buch V S. 9 Nr. 2730; Regest bei Fabricius III S. 78 Nr. 480.

1981.

1301 Februar 5.

Die Augustiner in Königsberg i. N. erhalten von Bischof Heinrich von Camin die Erlaubniß, in ihrer Kirche Leichen begraben zu dürfen, doch nicht solche, die im Bann gestorben sind.

Das Original ist, wie eine Anfrage in Königsberg i. N. ergab, dort nicht mehr vorhanden. Auszug Kehrberg, Königsberg, Abthlg. 1, S. 131; Klöden, Markgr. Waldemar I., S. 297; Kletke, Regesta hist. Neomarch. Märkische Forschungen, Bd. 10. S. 62.

1982.

1301 Februar 5.

Fürst Wizlaw II. von Rügen stellt dem Kloster Neuenkamp dieselbe Urkunde aus, wie sein Sohn am 18. Januar (s. oben Nr. 1974).

Universis Christi fidelibus Wizlaus dei gracia princeps Ruyanorum salutem in perpetuum. Noverint universi, quod cum fratribus monasterii Novi Campi proprietatem duorum mansorum

in villa Drechowe perpetualiter donassemus, quibus mansis ipsi fratres predicti ecclesiam in eadem villa scilicet Drechowe in honorem beate Marie virginis conditam dotare debuissent, prefati fratres in eadem villa dicta mansos venales non invenientes nobis humiliter supplicaverunt, ut de permissione nostra loco dictorum mansorum in Drechowe mansos duos alios in villa Lambrechtesdorp emere possent; quorum precibus et votis auditum benignum dedimus et assensum, ita sane tamen, ut duos mansos in Drechowe, qui ab antiquo ad ecclesiam Tribuses pertinebant, ecclesia in Drechowe iure dotalicio perpetuo debeat possidere, et duo mansi in Lambrechtesdorp, quorum proprietatem sepedictis fratribus eorum devocioni annuentes conferimus in hiis scriptis, ita ut ecclesie in Tribuses dotis nomine assignari debeant in restaurum. In cuius rei evidenciam presens scriptum sigilli nostri appensione roboramus. Datum anno domini M° C° C° C° primo, Agathe martiris et virginis.

Nach dem Originale mit an Hanffäden anhängendem, ziemlich stark verletztem Siegel Wizlaws im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Neuenkamp Nr. 64; Abschr. saec. XVIII. im Codex Tit. XX Nr. 1289 des Putbuser Archivs S. 291. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V. Nr. 991.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 291 b und bei demselben, Urkunden und Copiar des Klosters Neuenkamp S. 44.

1983.

1301 Februar 17 Steinhagen.

Fürst Wizlaw II. von Rügen, Wizlaw III. und Zambor befreien die sämmtlichen Vasallen von aller Ansprache wegen Ungherad, wofür die Vasallen die Bezahlung von 19 723 Mark Schulden des Fürsten übernehmen.

In dei nomine amen. Wizlaus dei gracia princeps Ruyanorum, Wizlaus et Zamborus eadem gracia principes eorundem omnibus Christi fidelibus salutem in domino. Ne ea, que coram nobis aguntur, oblivioni tradantur, expedit ea testibus ydoneis et scriptis autenticis perhennari. Ob hoc notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nostri fideles vasalli universi constituti coram nobis in villa Stenhaghen prima sexta feria in ieiunio anno domini M° CCC° primo a nobis precibus humilibus postularunt, ut omnes excessus provenientes ab eventu infortunii, ut puta ab animalibus quadrupedibus ledentibus homines seu a lignis edificialibus aut a casibus arborum opprimentium homines aut a molendinis, et si aliquis hominum, eques aut pedes, in itinere inopinate moreretur aut aliquod menbrum aliqua lesione minueretur[1]) aut qualicumque modo proveniret aliqua lesio, a successibus indignis et generaliter ab omni malo eventu, qui ungherad vulgariter appellatur, nostris fidelibus vasallis et villanis, qui agricole dicuntur, donare et remittere curaremus. Nos vero, eorum precibus inclinati, exaudivimus eos, relaxantes eisdem omnes eventus nominatos et generaliter omnes alios excessus, qui ex dicto infortunio poterint suboriri, et firmiter volumus, ut a iugo talium excessuum perpetuo liberi maneant et soluti. Insuper concedimus ipsis, si aliquis nomine actoris vulnus aliquod aut mutulacionem menbri aut homicidium querulando dederit alicui alteri nomine rei, qui innocens est, quod probare poterit iuramentis prestitis cum duobus de nostris vasallis sibi assumptis, qui nobis serviciis sunt astricti, quod in pugna non fuerit aut quod homicidio non interfuerit; tunc actor, qui dat alteri excessum, tenebitur vulnus aut mutulacionem menbri aut mortuum seu homicidium emendare. Propter hanc graciam nostris fidelibus exhibitam ipsi nostra debita, scilicet decem et novem milia marcarum et septingentas marcas et XXIII marcas

denariorum usualis monete ad solvendum sibi totaliter assumpserunt. Ut autem hec nostra concessio immobilis in perpetuum perseveret, presentem paginam inde confectam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Ad maiorem vero evidenciam predictorum nostrorum avunculorum dominorum inclitorum Woldemari et Erici, nobilium ducum Jucie et Laglandie, sigilla presentibus sunt appensa. Cuius rei testes sunt Iohannes Morderus, Mattheus Moltico, Iohannes Starkowe, Hinricus de Ost, Bertoldus de Ost, Pritborus de Vilemiz et sui fratres, Hinricus de Dechowe, Hinricus Morderus, Gherlacus Smachteshaghen, Lodewicus Kabold, Thidericus Bero, Thidericus Metzekowe, Arnoldus de Vitzen, Conradus Dotenberch, Fredericus de Alkun, Ernestus Buddo et Arnoldus Wokenstede milites et quam plures alii fide digni. Datum et actum in villa Stenhaghen anno gracie M° CCC° primo, feria sexta proxima ante dominicam, qua cantatur Invocavit.

1) minueret. Orig.

Nach dem Originale im Stadtarchiv Stralsund (Schr. VII, Schiebl. 1) mit den an roth-gelben Seidenfäden anhängenden Siegeln der Aussteller.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 293 S. 120; Schwartz, Justizhistorie S. 21 (unvollständig und unrichtig); Lisch, Urkunden des Geschlechts Behr, II. S. 6 Nr. 132.

1984.

1301 Februar 27 Wolgast.

Herzog Bogislaw IV. übereignet der Stadt Treptow a. R. verschiedene Güter der Gebrüder von Tessin in Tressin und verleiht ihr das Lübische Recht.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Bugeslaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod nos et nomine heredum nostrorum dilecte civitati nostre Trebetow damus proprietatem bonorum strenuorum videlicet Iohannis de Descyn et suorum fratrum nec non Encen (?), que[1] in villa Tressyn dinoscuntur habere, cum omni utilitate et usufructu et cum omni iure, sicut dicta bona infra suas metas iacent, in agris cultis et incultis, aquis, pascuis, pratis, paludibus, silvis, lignis, arboribus, arbustis et miricis, in molendinis constructis et construendis et piscacionibus, etiam cum iure Lubicensi iusto donacionis tytulo libere, quiete et feliciter in perpetuum possidendum. Hanc autem donationem nostram liberaliter factam[2]), ne quis in posterum valeat impedire, presens damus scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Testes sunt dominus Lambertus Camminensis ecclesie decanus, magister Conradus canonicus ibidem clerici, item Ioh. Bere marschalcus, Hinricus de Reno, Arnoldus monachus, Bernardus de Lesten milites, Albertus de Rethim nostre curie marschalcus, Gerhardus advocatus noster, Eggehardus Spiserdus, Gherhardus Grope famuli et plures alii fide digni. Datum Volgast per manum Henrici nostre curie notarii, anno domini M° CCC° I°, III. Kal. Marcii.

1) Abschr.: quo. 2) Abschr.: nostrarum — factarum.

Nach den Privilegia et Diplomata der Stadt Treptow a. R. im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I. 41) S. 2 Nr. III. Abschrift in der Universitäts-Bibliothek zu Greifswald s. r. Kosegartensche Sammlung B. Nr. 49 Bd. I fol. 111.

1985.

1301 März 10.

Der Rath zu Wollin gestattet den Bürgern zu Anklam, in Erb- und Schuldsachen mit zwei Eideszeugen vor dem Stadtgerichte zu Wollin zu beweisen, und bittet um Einräumung des gleichen Rechtes für die Welliner zu Anklam.

Honorabilibus viris et discretis dominis consulibus in Anclem consules civitatis Wolin integritatem amicicie cum multimodo genere famulatus. Sicut nobis per nostrum burgensem honestum et socium in consilio demandastis, ita nos cum communi consensu et arbitrio nostro et nostrorum burgensium discretorum vestre laudabili rescribimus honestati, quod quivis vestrorum burgensium potest et debet cum aliis duobus vestris burgensibus vobiscum hereditates habentibus supra suos debitores in singulis causis in nostra civitate coram nobis et nostro iudicio sub vestro sigillo veritati testimonium perhibere. Sed petimus, quatinus nobis super hiis, ut hec similiter vobiscum facere possimus, vestras litteras transmittatis. Datum ab incarnacione domini anno M° CCC° I°, feria VI[ta] proxima ante dominicam Letare Ierusalem etc.

Nach dem Originale mit anhängendem, nur zur Hälfte erhaltenem Siegel der Stadt Wollin im Staatsarchiv Stettin s. r. Stadt Anklam Nr. 4.

1986.

1301 März 19—25.

Herzog Otto überträgt dem Knappen Andreas von Brüsewitz 10 Mark Einkünfte aus dem Zoll bei Japenzin, welche Otto Drake demselben resignirt hat.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis, quibus exhiberi contingerit presens scriptum, salutem in domino. Ne actio temporalis simul cum tempore labatur, necesse est, ut ea lingua testium vel scripture artificio propter labilem humani generis memoriam perhennentur. Hinc igitur notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos de bona volunctate nostra et maturo nostrorum providorum consilio contulimus et donavimus Andree dicto de Brüsevich X[cem] marcarum redditus in theolonio ville Iapentin adiacente, hos scilicet, quos Otto Draco noster miles de manu sua nobis benivole resignavit, sine servicio iure hereditario possidendos. Quare volumus et mandamus omnibus officialibus nostris sive ibidem theolonariis, ut famulum iam dictum in tali donacione, quam ipsi proprio arbitrio donavimus, non impediant nec offendant. Testes vero huius donacionis sunt Otto Draco, de cuius manu ipsi contulimus, Hermannus Draco, Io(hannes) Draco, Ulricus Moltsan milites, Nicolaus Wolcow et quam plures alii fide digni, qui huic collationi interfuerunt. Datum anno domini M° C° C° C° I°, in epdoma (!) ante festum Palmarum.

Nach dem Originale im Anklamer Stadtarchiv Nr. 14; Orig.-Trsspt. von 1339 ebenda Nr. 35; Abschrift im Copiar der Stadt im Staatsarchiv Stettin fol. 24 und im Copeibuch im Stadtarchiv Anklam Tit. II Sect. 1 No. 5 fol. 17v, No. 6 fol. 14.

Gedruckt bei Stavenhagen Nr. 22; Lisch, Urkunden-Sammlung zur Geschichte des Geschlechts von Maltzahn I. S. 115 Nr. 45.

1987.

1301 März 27 Wolgast.

Herzog Bogislaw IV. ertheilt dem Dorfe Neuendorf oder Schönfeld das Privileg, daß alle seine Aecker, Felder, Wälder, Wiesen, Weiden mit allen Zugehörungen von den Herzogen nur für 20 Hufen gerechnet werden (d. h. nur dementsprechend Hufenschoß zahlen) sollen.

Buggezlaus dei gracia dux Slavorum atque Cassubie universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ville dicte Nigedorp sive Sconevelt, quod idem est, penuriam videntes cultorumque ville eiusdem labores, exactiones, expensas et alia diversa gravamina piis considerationibus intendentes, misericordia super hiis moti aliquantulum eis parcere cupientes donatione perpetua damus et concedimus, ut omnes agri, campi, silve, prata, animalium pascua cum omnibus aliis suis appendiciis infra terminos prememorate ville contentis sine qualibet ulteriori dimensione nomine nostro et heredum nostrorum seu successorum nostrorum quorumcumque perpetuis temporibus pro viginti mansis pariter habeantur. Huius donationis nostre testes sunt honesti viri videlicet venerabilis pater dominus Hinricus abbas Hydensis (sic!), Iohannes dictus Ursus marschalcus noster, Hinricus de Reno milites et Gherardus dictus Grope famulus et quamplures alii fide digni. Insuper in evidens testimonium presens instrumentum appensione nostri sigilli duximus muniendum. Datum Wolgut (sic!) anno domini M° CCC° primo, proxima secunda feria post Palmas.

Nach dem Originale, ohne Siegel, im Staatsarchiv Stettin s. r. Ducalia Nr. 12. Extract bei Klempzen fol. 86 v.

Regest bei Pyl, Eldena S. 623.

1988.

1301 März 28 Schlawe.

Zambor, Fürst von Rügen, bestätigt dem Mattheus, Burggrafen zu Schlawe, seine einzeln aufgeführten Güter, welche er von seinem Oheim Mestwin erhalten, giebt ihm dazu die Dörfer Warschow und Kuhtz mit allem Zubehör nebst der Berechtigung zum Häringsfang mit einem Schiffe von der Stolpe und einem von der Glawnitz.

Zambur dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in domino sempiternam. Recognoscimus et lucide protestamur, quod cum matura deliberacione et consilio nostrorum fidelium honesto militi domino Matheo borchgravio in Zlawena suisque veris heredibus bona sua videlicet Cirghowe, Conezowe, Zaghinzcowe, Micorowe, Cosa, Sarli, Postomino, Zelno, Indaginem, Zelnam, Oblanse, Darzuseno cum ipsorum pertinenciis, omni iure, quo dictus dominus Matheus a dilecto nostro avunculo domino Mestwino bone memorie quondam duce Pomeranie necnon a suis successoribus tenuit seu possedit ac eciam villam dictam Warsecowe et aliam Cusize nominatam, prout iam dicte ville in suis terminis continentur, cum omni utilitate et fructu, videlicet lignis, aquis, pascuis, pratis, agris cultis et incultis contulimus et concessimus possidere perpetuo libere et quiete. Dedimus eciam eidem Matheo et suis posteris tempore, quo allec capi solet, unam navem de aqua Stolpa nuncupata et aliam navem de alia aqua Glovenitza nominata, ad eandem piscaturam libere

exeuntes et pro nostra utilitate et piscatura intrantes. Ut autem sibi hec ac suis heredibus inviolabiliter observentur. presens scriptum exinde confectum iussimus nostri sigilli appensione roborari. Testes dominus Thomas cum Thorace, dominus Iohannes de Versen, dominus Paulus filius Bartus, dominus Thezemarus de Bonin et Nazemarus Dubbesseke, dominus Paulus de Ruyenwolt, Gherardus noster notarius, dominus prepositus in Cůsselin, dominus Lambertus noster capellanus et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Zlawena anno domini M° CCC° primo, feria tercia proxima post festum Palmarum.

Nach dem Originale, Siegel abgerissen, im Staatsarchiv Stettin s. r. Rügen Nr. 1; Abschrift bei Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 990.

Gedruckt bei Fabricius, Urkunden zur Geschichte des Fürstenthums Rügen III Urk. 484 (CCXCIV) S. 120; Pommerell. U.-B. S. 527 Nr. 594.

1989.

1301 Mai 21 Stettin.

Herzog Otto schenkt der Stadt Stettin die Crampe.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus Stetinensis omnibus in perpetuum. Quoniam interest principum, suorum subditorum fidelitatem dignis reconpensacionibus sublimare et ea, que cum ipsis in tempore ordinant, ne simul cum fluxibilitate temporis a memoria evanescant, scriptis autenticis expedit et vocibus testium perhennari. Igitur notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos de nostra bona voluntate nostris fidelibus et dilectis prefecto, schabinis, consulibus ac universis concivibus nostre civitatis Stetin cum omni iure pheodali et totali proprietate ad nos pertinente ad usus et ad emendacionem eiusdem civitatis plene contulimus et donavimus aquam Krampe usque in duram mericam versus Golnow, a dura merica per circuitum usque in antiquum Yna, ab antiquo Yna usque in Domansze, a Domansze usque in Rodun fluvium, a Rodun econverso usque in Krampe cum omnibus insulis in hiis terminis contentis tam in lignis, quam in pratis, pascuis, nemoribus, piscacionibus, usuagiis, iurisdicionibus, advocaciis, agris cultis pariter et incultis et omnibus, que in eis ipsorum profectibus poterunt ordinari, perpetuis temporibus libere et pacifice possidenda. Volentes eciam, quod ipsi consules suis custodiis eadem ligna foveant et defendant, non admittendo quemquam ea secare vel incidere, ut deducat extra terminos huius terre, ad quod si necesse habuerint, volumus eos efficaciter promovere. Ut autem huiusmodi collacio nostreque proprietatis donacio robur sempiternum obtineat, presens scriptum exinde confectum cum appensione sigilli nostri predictis consulibus atque universis concivibus nostre civitatis Stetin duximus largiendum. Testes huius rei sunt dominus Iohannes quondam noster notarius, dominus Thidericus Luchte noster marschalcus, dominus Heincekinus de Heydebrake iunior, dominus Iohannes de Curow, dominus Conradus de Elsholt, dominus Volttzekinus de Elsholt, dominus Conradus de Mose (?) et alii quam plurimi fide digni. Datum Stetin per manum Gerardi Buckemanni notarii nostre curie anno domini MCCC primo, in sancto die sollempnis penthecostes.

Nach dem Originale, mit an rosa Seidenschnüren anhängendem, stark beschädigtem Reitersiegel Herzog Ottos, im Stadtarchiv Stettin Nr. 27; Rothes Buch der Stadt Stettin S. 84 Nr. 20 und Transsumpt von 1373 Juni 15:

Nr. 50; Diplomatar. civitatis Stettin Pars I Nr. 29, Pars II Nr. 5; das Transsumpt von 1373 ebenda, Pars I Nr. 79, Pars II Nr. 15; das Retranssumpt von 1373 im Copialbuch der Stadt Stettin fol. 14v; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 986.

Auszug bei Hering, Historische Nachrichten von der Stadt Stettin, Cap. I Nr. 12.

1990.

1301 Juni 6 Wollin.

Herzog Bogislaw IV. verleiht der Stadt Stettin in wörtlicher Uebereinstimmung mit der vorstehenden Urkunde Herzog Ottos vom 21. Mai die Crampe.

Buguszlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Quoniam interest principum etc. wörtlich wie in der vorhergehenden Urkunde bis — — — duximus largiendum.[1]) Testes huius rei sunt vir nobilis dominus Iacsze comes de Gutzecow, dominus Lambertus decanus ecclesie Camynensis, dominus Heincekinus de Heydebrake senior, dominus Lodewichus Keding, dominus Zabellus de Swaven, dominus Zabellus Lepel, dominus Arnoldus de Ost, dominus Willekinus Trampe milites et quam plures alii fide digni. Actum et datum Wolyn per manum magistri Heinrici scriptoris curie anno domini MCCCI, octavo Idus Iunii.

[1]) Mit folgenden kleinen Abweichungen: scabinis statt schabinis, inscidere statt incidere, hinter sigilli fehlt nostri.

Nach dem Originale mit an rosa Schnüren anhängendem Reitersiegel des Herzogs im Stadtarchiv Stettin Nr. 28; Orig.-Transspt. vom 1309 Juni 15 ebenda Nr. 64; Diplomatar. civit. Stetin Pars I Nr. 30 (vor Idus Iunii fehlt hier octavo) Pars II Nr. 6; das Trsspt. von 1309 Pars I Nr. 31; Copialbuch der Stadt Stettin fol. 13; Rothes Buch der Stadt Stettin S. 85; Retransspt. von 1373 S. 130; zwei Auszüge im Grenzbuch von 1567 im Stettiner Stadtarchiv Titel XII Sect. 7 Nr. 20 fol. 27 fol. 129.

1991.

1301 Juni 10 und 11 Wollin.

Herzog Bogislaw IV. giebt der Stadt Wollin an Stelle der Rückerstattung zweier Geldsummen von 150 und 163 Mark, welche er der Stadt schuldet, die Dörfer Groß- und Klein-Mockratz und Darsewitz.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Buguzlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie. Universis presens scriptum cernentibus salutem et perpetuam in domino karitatem. Racio veritati consona docet, ut acta presencium temporum digna memoria scriptis et sigillorum appensionibus sic serventur integra, ne per oblivionem eccedant scienciam futurorum. Noscant igitur tam presentes quam futuri, quod nos de bona nostra voluntate et unanimi cum consensu nostris dilectis burgencibus in Wolin iuste et racionabiliter, vendidimus et resignavimus pro centum et quinquaginta marcis denariorum paratorum et pro centum et quinquaginta et tredim (!)

marcis, in quibus eisdem prius ex iusto debito fuimus obligati, plenam nostram proprietatem de tribus villis scilicet magnum Mokriz et parvum Mokriz et Darseviz, sicut nos et nostri heredes habuimus in agris, pascuis, pratis, silvis, virgultis omnique usufructu et utilitate, sicut iam dicte ville infra suos iustos terminos usque nunc a primis temporibus tenuerunt, cum pleno iudicio ad manus et ad collum, iure Lubcensi sibi et suis successoribus burgencibus quiete et libere iusto empcionis titulo perpetuis temporibus possidendam; dimittentes quosdam burgenses dicte civitatis nostre ab omni causa, quam adversus ipsos de bonis magnum Mokriz et Darseviz habuimus, liberos et solutos. Ut autem hec a nostris heredibus successoribus inviolata et firma permaneant, in testimonium huius nostre donacionis contulimus scripta presencia nostri sigilli munimine roborata. Testes huius nostre ordinacionis sunt noster dilectus consanguineus dominus Iacze comes de Gutzecow, Lambertus decanus in Camin, prepositus de Eversten, Detlevus prepositus in Wolin, milites Hinricus de Reno, Lodewicus Kedingus, Olricus et Arnoldus de Ost, Zabel Lepel, Bernardus de Lesten, Teodericus de Anclem, armigeri Martinus de Anclem, Gerhardus Grope, Hinricus Chlebow, Io(hannes) Holzatus, consules de Anclem Hermannus Lubbenow, Io(hannes) de Parchem, Willekinus de Wokeniz, consules de Griphenberg Io(hannes) de Criwiz, Wedekinus sutor, consules de Camin Hin(ricus) de Nessen, Gerhardus pellifex et alii quam plures fide digni. Datum Wolin per manum magistri Hinrici nostri notarii anno domini M° CCC° I°, IIII° Ydus Iunii.

Nach dem 27 cm langen, 20 cm breiten Originale, mit an rosa-grünen Schnüren anhängendem, stark beschädigtem Reitersiegel des Herzogs im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Stadt Wollin Nr. 1; Original-Transsumpt vom 20. Oktober 1315 ebenda Nr. 5 und vom 31. März 1356 ebenda Nr. 6, vom 11. Juni 1374 Nr. 8 und Sect. A Tit. I Nr. 4 fol. 3. Abschrift im Kosegartenschen Diplomatar. Pomer. (auf der Greifswalder Univers.-Bibl. B. 49) Bd. I fol. 111.

Dieselbe Urkunde liegt in einer zweiten vom 11. Juni datirten Ausfertigung vor, die bis zur Promulgationsformel wörtlich mit der vorstehenden übereinstimmt; nur steht statt eccedant richtig excedant. Dann folgt:

Noscant igitur tam presentes quam futuri, quod nos de bona nostra voluntate et unanimi cum consensu cum nostris dilectis burgensibus nostre civitatis Wolin conventione facta iusta et racionabili pro quibusdam denariis, sicut nobis placuit, quod ad hoc nos integraliter solutos ab omni debito pristino, quod ipsis debuimus, dimiserunt, attendentes plurima beneficia nobis et nostre familie sepius exhibita dedimus et integraliter resignavimus eisdem prefate civitatis nostre burgensibus plenam nostram proprietatem, quam nos et nostri heredes habuimus supra tres villas scilicet magnum Mokriz et parvum Mokriz et Darseviz, sicut nos habuimus in agris, pascuis — — etc. wie in der Ausfertigung vom 10. Juni bis zum Schluß mit folgenden Abweichungen: iure Lubicensi statt Lubcensi, hinter successoribus fehlt burgensibus; iusto empcionis titulo fehlt; sepedicte statt dicte. In der Zeugenreihe: statt sunt: presentes fuerunt; Guczecowe statt Gutzecow; de Camin statt in Camin; prepositus Bernardus de Eversten, Detlefus prepositus sanctimonialium in Wolin; Teedericus statt Teodericus; Chlebowe statt Chlebow; Lubbenowe statt Lubbenow; Wekeniz statt Wokeniz; in der Datirung statt anno domini: ab incarnacione domini anno; statt IIII° Ydus Iunii (10. Juni); in die Barnabe apostoli gloriosi (11. Juni).

Nach dem 30 cm langen und 20 cm breiten Originale mit an grün-rosa Schnüren anhängendem, fragmentarisch erhaltenem Reitersiegel des Herzogs im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Stadt Wollin Nr. 2.

1992.

1301 Juni 15 Demmin.

Herzog Bogislaw IV. beurkundet, daß die Stadt Demmin ihm gestattet habe, das Schullehen, über welches der Stadt das Patronat zusteht, seinem Kaplan Johann Wynand zu verleihen, daß sie aber in Zukunft das Patronatrecht behalten und außerdem berechtigt sein solle, ihre Mühlen gegen Kriegsgefahr zu befestigen und neue anzulegen.

Nos Bugzlaus dei gracia Sclavorum, Cassubie et Pomeranie dux ad noticiam singulorum clare volumus pervenire, quod ad requisicionem et peticionem nostram dilecti nobis consules civitatis Dymin benivole admiserunt, quod domino Iohanni Wynandi nostro capellano beneficium scole civitatis predicte, cuius ius patronatus ad ipsos de iure spectare dinoscitur, porreximus et contulimus propter deum, pro quo ipsis multis graciarum actionibus assurgimus; volentes igitur eosdem consules et communitatem civitatis eiusdem inhoneratos reficere de premissis, ipsis dedimus saneque damus per presentes, quod statim post mortem prefati domini Iohannis Wynandi precipue in collacionibus predicti beneficii scole et in aliis, que ipsos tangunt, non debemus nec volumus, renunciantes eisdem per aliquem modum, impedire seu aliqualiter infestare, sed et ipsi et eorum successores ipsas collaciones, ut premittitur, obtinebunt perpetuis temporibus feliciter possidendas. Si vero per negligenciam, vi vel alio quocunque actu predictum scole beneficium vel alias quod absit alteri conferremus nos vel nostri heredetarii successores vel alter, cuiuscunque status fuerit, alteri conferret, ipsam collacionem presentibus revocamus et nichilominus eandem vacuam, inanem et incertam reputavimus et per presentes pronunciamus non valere, presertim cum propter gwerrarum genera et alia multa incommoda ipsis consulibus et universitati civitatis nostre antedicte incumbentia aliquam grana molendi copiam habere non poterunt, ipsis dedimus et presentibus damus in recompensam, quod possint et debeant se munire municionibus molendinorum quorumcunque vel quocunque nomine censeantur; habebunt eciam ipsa molendina construendi et erigendi plenariam facultatem in civitate et extra, ubi, quando et quociens ipsis vel eorum alteri videbitur expedire, ne quem paciantur defectum ex insufficiencia premissorum. Demum cum advocatos maiores et generales pro utilitate et defensione terre constituere conswevimus, predictis consulibus nobis dilectis dedimus pariter et iniungimus, ut subadvocatum ipsis competentem, qui nostro et ipsorum nomine presit iudicio ipsis, substituere poterunt, quociens et quando ipsis opus fore videbitur et consultum. Premissa quidem vel premissorum quelibet nostris relinquimus successoribus fideliter observanda. Si vero ipsos aliquis in premissis impedire presumeret, pro nobis et nostris, ut subscribitur, totaliter promittimus disbrigandum. In cuius donacionis nostre firmiorem evidenciam sigillum nostrum presentibus dedimus appendendum; presentibus Hermanno Draken, Hinrico et Henningho dictis Vos, Conrado de Palude militibus et aliis quam pluribus. Datum et actum Demmyn anno domini M° CCC° primo, ipso die Viti et Modesti beatorum.

Nach dem Original-Transsumpt vom 24. Juli 1313 in dem im Staatsarchiv Stettin deponirten Stadtarchiv Demmin s. r. Nr. 9. Abschrift dieses Transsumpts in der Demminer Matrikel (deponirt im Staatsarchiv) Nr. 168 und im Mscr. Pomer. fol. 148 der Greifswalder Universitäts-Bibliothek, Demmin Nr. 8.

1993.

1301 Juni 28 Brünn.

König Wenzel II. von Böhmen und Polen verleiht dem Peter, Sohne des Palatin Swenzo von Pommerellen, die Dörfer Bislaw und Cekzin und die Stadt Neuenburg vier Meilen lang und zwei Meilen breit.

Nos Wenceslaus dei gracia Bohemie et Polonie rex ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod nos fideli nostro dilecto Petro filio Swence palatini Pomoraniensis propter eius grata et utilia nobis per ipsum impensa ac adhuc impendenda servicia villas nostras Sbislaw et Cekcino sitas in castellania Swecensi, civitatem eciam nostram Nuenburg cum villa Canechicz — — damus et conferimus de gracia speciali —

Datum Bronne anno domino millesimo trecentesimo primo, quarto Kalendas Iulii, quarta decima indiccione, anno regnorum nostrorum Bohemie quinto, Polonie vero primo.

Nach dem Druck im Pommerellischen Urkundenbuch S. 529 Nr. 595; gedruckt auch bei Voigt, Codex dipl. Prussicus II S. 47 Nr. 39.

1994.

1301 Juli 29 Stavenhagen.

Ritter Arnold von Schönfeld leistet um eine Leibrente für ihn selbst und seine Frau Beatrix dem Kloster Dargun Verzicht auf sechs Hufen in Zwiedorf, welche er vom Kloster zu Lehen getragen.

— —

Zeugenreihe und Datirung: presentem litteram super hoc confectam sigillis meo videlicet ac illorum militum, qui huic resignationi presentes aderant, quos etiam pro testibus haberi volo, videlicet Hinrici Vos de Wolt, Iohannis de Gutzecowe, Friderici de Broke, generi mei predilecti, feci communiri. Actum et datum Stovenhagen in ponte castri anno domini M° CCC° primo, sabbato post festum beati Iacobi apostoli.

Nach dem Druck im Mecklenb. Urk.-Buch V Nr. 2747 S. 18.

1995.

1301 August 1 Rostock.

Fürst Nikolaus von Werle gelobt dem Könige Erich von Dänemark, den zu Schwan am 22. Juli 1301 geschlossenen Frieden zu halten.

Omnibus presens scriptum cernentibus Nicholaus dei gratia dominus de Wenden salutem in domino sempiternam. Noverint universi, nos magnifico principi, domino nostro carissimo, Erico eadem gracia Danorum Slavorumque regi promisisse, quod fauctores nostri omnes et

singuli, videlicet marchio Hermanus de Brandenborch, princeps illustris, domini Bugguzlaus et Otto duces Stetinenses, domini Henricus senior ac iunior Magnopolenses, Nicholaus, Guncelinus comites Zwerinenses, illustres duces Saxonie Iohannes et Albertus, episcopus Zwerinensis Godefridus venerabilis cum ipso et suis fauctoribus omnibus et subditis exnunc concordes esse debent et contenti super omnibus causis et controversiis inter ipsos motis in eo, quod amici partis utriusque, quos ad hoc assumpserint, amicabili compositione vel via iuris decreverint ordinandum et quod anno domini M° C° C° C° I°, in die beate Marie Magdalene, Sewan inter eundem dominum nostrum regem ex una parte et nos ex altera concordia firma et pax stabilis sunt firmate. — — — — — Datum Rozstoc anno supradicto, in die beati Petri ad vincula.

Nach dem Druck im Mecklenb. Urk.-Buch V S. 19 Nr. 2748. Außerdem gedruckt bei Suhm, Historie af Danmark, Bd. XI S. 880—882.

1996.

1301 August 10 Stralsund.

Fürst Wizlaw II. von Rügen und seine Söhne Wizlaw III. und Zambor schenken auf Intervention des Marschalls Berthold von der Osten dem Kloster Hiddensee das Dorf Schwarbe mit allen Zugehörungen einschließlich des höheren und niederen Gerichts.

Wyslaus dei gracia princeps Ruyanorum necnon Wyslaus et Zambur filii eius eadem gracia principes eorundem omnibus presens scriptum inspecturis salutem in perpetuum. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos matura deliberacione prehabita in remissionem peccaminum nostrorum ad instanciam domini Bertoldi de Ost militis marscalci nostri et suorum amicorum donavimus et libere contulimus ecclesie sancti Nicolai in Hyddense Cisterciensis ordinis Roskyldensis diocesis integralem proprietatem ville Swarben site in Wittowe cum omnibus suis attinenciis, agris cultis et incultis, lignis, pratis, pascuis, paludibus, aquis et aquarum decursibus cum terminis suis ab antiquo distinctis nec per nos aut nostros legitimos heredes denuo mensurandis cum omni iudicio maiore et minore in omnium dictorum terminorum locis ubicunque situatis perpetuo libere possidendam. In cuius rei firmitatem perpetuam presentem cedulam nostris sigillis fecimus communiri. Testes sunt Hinricus de Ost marscalcus noster, Bertoldus de Ost fratres, Arnoldus de Vitzen et Fredericus de Vitzen fratres, Fredericus de Alkun[1]), Conradus Dotenberch, Thiste, domini milites et alii quam plures fide digni. Actum et datum in Stralessund anno domini M° CCC° primo, in die beati Laurencii martiris.

[1]) Matrikel: Altum.

Nach der Matrikel des Klosters Hiddensee im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 25) Nr. 53 fol. 62.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 295 S. 121.

1997.

1301 August 13 Anklam.

Fürst Nikolaus von Werle verleiht dem Kloster Dargun das höchste Gericht zu Gilow und Benitz und befreit diese Güter von Münzpfennigen und sonstigen Leistungen, sowie Gilow, Benitz und Zettemin von der Zollwache.

Nicolaus dei gracia dominus de Werle universis Christi fidelibus presens scriptum visuris salutem in domino — — — — — — Indulgemus eciam tam ipsis fratribus, quam hominibus in dictis bonis, Cethemin[1]) videlicet, Beniz et Chilow commanentibus, ne de cetero ad custodiam thelonei, quod a transeuntibus ibidem solet dari, sint astricti, quin pocius, si ipsum theloneum a quovis transeunte fuerit deportatum, hoc officialium nostrorum negligencie imputabitur, non eorum; nec licebit advocatis et officialibus nostris per se, nec per servos suos sub pretextu custodie dicti thelonei seu occasione alterius cuiuscumque rei tam fratres quam homines prelibatos expensis vel alio quolibet modo molestare. In cuis rei testimonium presentem litteram exinde confectam dedimus ipsis fratribus sigillo nostro communitam. Testes huius rei sunt: Iohannes et Bernardus fratres de Belin, Conradus Buno, Nicolaus de Malin, Tesmarus, Ludolfus et Hartmannus de Oldenborch, Iohannes de Lewezow, Fredericus et Hermannus filius suus de Kercdorp, Iohannes de Gottstede, Hinricus, Hinricus et Conradus dicti Vos, Vicko de Brůc milites et alii quam plures. Actum et datum Tanclim anno domini M° CCC° primo, Idus Augusti, hoc est in die Ypoliti martiris sociorumque eius martirum beatorum.

[1]) Zettemin ist der einzige in Pommern (Vorpommern, Kreis Demmin) gelegene Ort, welcher in der Urkunde, und zwar zuerst an dieser Stelle, vorkommt.

Nach dem in drei Ausfertigungen erhaltenen Originale im Hauptarchiv zu Schwerin (Kl. Dargun) mit allem kritischem Apparat gedruckt im Meckl enb. Urk.-Buch Bd. I S. 21 Nr. 2750.

1998.

1301 September 9—15 Treptow a. T.

Herzog Otto bestätigt die in Pommern belegenen Besitzungen des Klosters Jvenack.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Dyminensis, dominus Stettyn omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Ad exstirpacionem oblivionis, seve nutricis discordie, signa suis inpressionibus memoriam illuminancia est radicitus exaugere. Igitur ne acta perpetualia nostrorum progenitorum divine recordacionis ducis Dyminensis Warzlay nostri patruelis et ducis Stettynensis Barnym nostri patris signis ipsorum testimonialibus illuminata oblivione mixta dissipent, ea nostris illuminacionibus aucmentamus. Hinc est quod ad universorum presencium et futurorum noticiam volumus pervenire, quod nos examinatis privilegiis et nobis recitatis sanctimonialium Cysterciensis ordinis in Yvenac, que habent super proprietates et possessiones bonorum subsequencium a nostris dictis progenitoribus didicimus eas sparsim et coniunctim iacencium in elemosinam recepisse, scilicet a nostro patruele habito duorum mansorum proprietatem in villa Bocholt et semidecimam tocius ville Gustekow, item omnes insulas inter Yvenac et Bosepol sitas cum quadraginta mansis et stagno et piscacione integrali adiacentibus proprietarie in perpetuum possidendas cum mollendinis structis vel struendis et rivulis ipsum stagnum directe[1]) vel transversaliter[2]) excurrentibus, paludibus atque vadis, cum iure maiori et minori et quolibet usufructu; a nostro vero patre prehabito: proprietatem tocius ville Glendelyn et tocius ville Nigendorp et decem mansorum in Pynnowe, tocius ville Wrodow et mollendinorum adiacencium, undecim mansorum in villa Hassendorp, proprietatem tocius ville Hyllevelde et mollendini adiacentis et duodecim mansorum in villa Lyndenberghe, similiter et ius patronatus ecclesie Cerpenyn cum quatuordecim mansis, similiter ius patronatus ecclesie

Kerstensdorp cum octo mansis, similiter et duorum mansorum in Ghodyn, octo mansorum in Bencyn, et ex toto istarum villarum: Vorneholt, Wackerow, Grissekow cum omni utilitate et proventu et quolibet usufructu, cum cognicione cuiuslibet[3]) cause, cum iudicio maiori et minori; item centum mansorum proprietatem, ubicumque eos comparaverint prece vel precio in nostro dominio supra mansos, quos nunc possident, cum omni pacis tranquillitate et omni iure, nunc et in perpetuum possidendos; similiter a nostro fratre digno duce Stettynensi, Bugghezlao quarumdam villarum et mansorum cum omni iuridicione et usufructu in ipsius privilegiis easdem sanctimoniales novimus elemosinaliter recepisse, scilicet Clocowe tocius ville sic dicte et tocius ville Zollekendorp et duorum mansorum in Relyn, proprietatem cum omni utilitate et proventu perpetue possidendam. Quorum inquam omnium bonorum collacionem dictis monialibus ab eisdem nostris progenitoribus propter suarum animarum remedium inpensam simili confirmacione in nostrorum peccaminum remedium gratam tenebimus atque ratam. Cuius confirmacionis testes sunt: Stangho, Hermannus de Bluchere, Hynricus de Heydebrake, Hennygus de Bertekowe et Fredericus frater eius, Ulricus Molzan, Hennygus de Heydebrake milites nostri et alii quam plurimi fide digni. Datum Trebetow, per manus Gherhardi Bockeman, notarii nostre curie, anno domini M° C° C° C° primo, infra octavas nativitatis beate virginis Marie.

[1]) directe doppelt. Orig. [2]) tranversaliter. Orig. [3]) quelibet. Orig.

Nach dem Originale im Hauptarchiv zu Schwerin s. r. Kloster Ivenack, an dessen roth-grün-gelbseidenen Schnüren kein Siegel mehr hängt.

Gedruckt im Meckl. Urk.-Buch V Nr. 2754 S. 26 und bei Lisch, Urk.-Sammlung zur Geschichte des Geschlechts von Maltzan Nr. 47 S. 117. Auszug bei Wigger, Geschichte der Familie von Blücher 1, Nr. 155 S. 104.

1999.

1301 September 13 Friedeberg i. d. N.

Die Markgrafen Otto, Konrad und Johann von Brandenburg vereignen dem Kloster Bernstein das Dorf Clausdorf.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Otto, Cunradus et Iohannes de Brandenborch et Landesberch marchiones omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est hominum memoria et oblivioni dedita, necesse est, ut ea, que fiunt in tempore, ne simul labantur cum tempore et oblivioni tradantur et fiant irrita et annichilata, voce testium et literarum testimonio perhennentur. Nos autem hoc attendentes et illud malum negligentie seu oblivionis omnino precavere volentes, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod dominabus sive sanctimonialibus in claustro Bernsteyn deo ibidem servientibus ob dei remunerationem, qui nullum bonum irremuneratum[1]) dimittit et in animarum nostrarum remedium singulare villam Clausdorp et proprietatem ipsius ville cum omni iure, cum omnibus iudiciis summis et infimis, cum omnibus attinenciis seu pertinentibus ad eandem, cum omnibus agris cultis et incultis, cum pratis et pascuis, cum omnibus lignis et silvis, cum omnibus stagnis, rivis et rivulis, cum omnibus molendinis constructis et construendis, simpliciter cum omni utilitate, quam sibi infra metas hucusque habitas poterunt ordinare, ab omni etiam exactione sive precaria et angaria et ab omnibus quibuscunque serviciis liberam et exemptam donavimus perpetuo possidendam. Ut ergo ista omnia a nobis et a posteris nostris rata et firma et inviolabiliter observentur,

presentes dedimus sigillorum nostrorum[2]) munimine roboratas. Testes huius facti et rei sunt dominus Szhulitz et frater eius Ludolfus milites de Wedel, dominus Romulo, dominus Hinricus de Morchin, dominus Hasso de Glambek advocatus noster, Ulricus de Bilrebeke, Heydenricus de Gyslov et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno domini M° CCC° I° in Vredeberch, in vigilia exaltationis sancte crucis.

[1]) Abschr.: viremuneratum. [2]) Abschr.: nostrarum.

Nach der Abschr. in Dregers Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 995. Löpersches Mscr. 215 fol. 48 Nr. 27. Vgl. Dreger-Oelrichs, Urkunden-Verzeichniß S. 33; Treu, Geschichte von Friedeberg S. 46; Klöden, Markgraf Waldemar Theil 1 S. 297; Berghaus, Landbuch Bd. 3 S. 372 (über Bernstein) und 366 (über Clausdorf); von Raumer, Neumark S. 27 Anm. 4 S. 8. Regest bei Klette, Reg. hist. Neomarch., Märkische Forschungen 10, S. 62 und Urkundenbuch des Geschlechts von Wedel 2, S. 34 Nr. 58.

2000.

1301 September 15 Treptow a. T.

Herzog Otto I. schenkt der Stadt Anklam das Eigenthum des Zolles zu Japenzin.

In nomine divine et individue et sempiterne trinitatis amen. Otto miseracione dei dux Slavorum et Demmin, dominus Stetinensis, universis Christi fidelibus presentibus et futuris opcionem vite salubris in domino sempiterno. Cum rebus tempore mensurabilibus rigorosa anascatur mutacio, sollercia hominum in ipsarum perpetuitatem adhibet signa memoriam earundem continue relevantia, quam et nos more nostrorum progenitorum perusi pedissequamur in omnibus nostris actibus, quorum mentionem a nostris successoribus ratihabicione volumus inviolabiliter observari, tamquam in pluribus literarum paginis et in presentibus poterit expediri. Ad servicium igitur consulum providorum et honeste communitatis civium civitatis Tanclymensis vice varia nobis et nostris sepius elargitum ipsis proprietatem theolonii ville Jabesin adiacentis contulimus in perpetuum possidendam; ratam a nostris presentibus et futuris amicis et totam in eosdem, sicuti nos contingerat, transferentes ex manu Frederici Dracow resignatam nobis racionabiliter, ut prius eandem suus progenitor et ex hoc ipsemet a nobis receperat tytulo legittimi feodi et condigni. Cuius rei testes sunt Stangho, Hennighus de Walsleve, Hermannus Draco, Hennighus et Fredericus de Bertekow, Hermannus de Bluchern, Hinricus et Hennighus de Heydebreke iuniores, Ulricus Moltzan, Hennighus Vos de Waldis milites nostri cenatus et Hinricus carnifex et Hermannus Abellensone consules nostre civitatis Ukermunde. Actum in armario ecclesie Trebetow nostre civitatis sub anno domini M° tricentesimo primo in octava beate virginis nativitatis. Datum sub nostro sigillo per manus Gherhardi prothonotarii nostre curie.

Nach dem Originale zu Anklam Nr. 15. Orig.-Trsfpt. von 1339 Jan. 1 ebenda. Abschrift im Copiar der Stadt im Staatsarchiv Stettin fol. 25. Abschrift im Copeibuch der Stadt Anklam im dortigen Archive Tit. II Sect. 1 Nr. 5 fol. 17 v f. u. Nr. 6 fol. 14 v und im Mscr. Pom. fol. Nr. 148 der Greifswalder Universitäts-Bibliothek, Anklam Nr. 18. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 983.

Gedruckt bei Stavenhagen, Beschreibung der Stadt Anklam Nr. 21; Lisch, Urkundensammlung zur Geschichte des Geschlechts von Maltzan I S. 116 Nr. 46; Wigger, Familie von Blücher, Urkunde S. 105 (Auszug).

2001.

1301 September 18 Treptow a. T.

Herzog Otto von Pommern vereignet dem Kloster Verchen für das Dorf Buchar, welches es dem Ritter Hermann von Blücher aufgelassen hat, das Dorf Prützen.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Otto dei gratia dux Slavorum et Çassubie universis Cristi fidelibus, ad quos scriptum presens pervenerit, in perpetuum. Ab eo, per quem reges regnant et principes obtinent principatum, constituti in partem sollicitudinis monarchye, nostra interest personis religiosis et deo dicatis ecclesiis per subventionem temporalium sic adesse, ut absque defectu rerum mundanarum deo omnipotenti valeant liberius famulari, ut exinde centuplum recipere valeamus, et necesse, ut scriptis autenticis[1]) et testibus ydoneis in donationibus, que robur sortiri debent perpetue firmitatis, ipsis taliter caveamus, ut versutis et querentibus, que non sua sunt, omnis occasio malignandi in posterum precludatur. Quam ob causam notum esse cupimus venerande nacioni presencium et felici successioni futurorum, quod nos dedimus et per tytulum donationis appropriavimus ob dimissionem ville Bucher ex[2]) proprietate ipsius ad manus Hermanni militis dicti Blucher pro ipso et pro nostrorum progenitorum remedio salutari dilectis nobis in Cristo priorisse et conventui necnon monasterio sanctimonialium in Verchen ordinis sancti Benedicti in villa Pruzen viginti mansos et tercium dimidium mansum et ius proprietatis eiusdem ville cum pratis, pascuis, silvis, nemoribus, paludibus, aquis, agris cultis pariter et incultis cum terminis ville prehabite deputatis et omnibus contentis infra terminos dicte ville necnon cum omni iure et utilitate simulque usufructu, qui in ipsa villa nunc est vel in posterum nominari poterit vel acquiri, transferentes in monasterium et personas antedictas omne ius et quicquid nobis in ipsa villa competebat, ipsam villam et proprietatem ipsius in sempiternum feliciter et pacifice possidendas ab omni liberas servitute rustica vel urbana[3]) excepta communi defensione terre, cuius necessitatibus et servitiis manebant cum aliis dicte ville hominibus implicati. Possessores autem si qui fuerint preter prepositum et conventum, qui mansos vel ceteros proventus habeant in dicta villa, a preposito suo et conventu sub iure pheodali, prout a nobis teneant possidendos. Ut autem hec nostre donationis proprietas a nobis et a nostris successoribus inconcussa, firma et inviolabilis perseveret tempore sempiterno, antedictis monasterio et sanctimonialibus presens instrumentum deinde confectum dari iussimus sigilli nostri munimine roboratum, Testes huius donationis sunt: Reymbernus de Wacholt, Conradus de Palude, Hinricus Vos, Fredericus Vos, milites, et alii quam plures tam clerici quam layci fide digni. Datum Trebetow anno domini M° CCC° I°, in crastino Lamberti episcopi et martiris, quarto decimo Kalendas Octobris.

1) Dregersche Abschrift: attenticis. 2) Dregersche Abschrift: et. 3) Dregersche Abschrift: urbanica.

Nach der Dregerschen Abschrift der Verchener Matrikel (Löpersche Bibliothek Nr. 222) Nr. 40 S. 54 ff. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 988.

Gedruckt bei Wigger, Geschichte der Familie von Blücher, Urk. S. 105.

2002.

1301 Oktober 9 Cismar.

Abt Gottfried von Stolp und sein Kloster schließen mit dem Kloster Cismar einen Brüderschaftsvertrag.

De fraternitate in Stolp.

Gotfridus divina miseracione abbas monasterii sancti Iohannis baptiste in Stolp, Iacobus prior totusque eiusdem ecclesie conventus ordinis sancti Benedicti Camynensis diocesis omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino Iesu Christo. Cum sine sincera dilectione et ordinata caritate nichil Christo perfecte adhereat, necessarium est vinculum vere caritatis, quo divine legis amatores in domino firmiter uniantur. Noverint igitur universi tenorem presencium inspecturi, quod cooperante gracia spiritus septiformis, a qua cuncta bona influunt affluenter, maturo tocius conventus nostri prehabito consilio ordinem nostrum in Stolp secundum regulam beati Benedicti decrevimus in melius ordinandum, ut si quid in preterito esset deperditum, illud futurum in laudem divini nominis restauraretur in hunc modum: ita videlicet quod nos et conventus noster in Stolp ac reverendus pater dominus abbas et conventus in Cismaria in omnibus faciendo et dimittendo simus irrefragabiliter unum corpus primitus in observancia regule, ut, sicut ordo secundum regulam beati Benedicti in Cismaria, Lubicensis diocesis, die noctuque intus et extra in spiritualium ac temporalium disposicione ab abbate ac fratribus ibidem existentibus observatur, ita a nobis in Stolp iugiter observetur; item quod nos et conventus noster nullam potestatem habeamus sine consensu abbatis et conventus in Cismaria possessiones ac ornatum monasterii nostri vendendi, alienandi seu obligandi; item quod possessiones nostre ecclesie cum possessionibus sancte Marie sanctique Iohannis evangeliste in Cismaria quantum ad usum ac utilitatem utriusque monasterii absque disgregacione qualibet in perpetuum sint unita; item quod persone Cismariensis ecclesie cum nostris personis coniunctim et divisim eedem reputentur, ita videlicet ut, cum fratres de Cismaria Stolp ad commanendum venerint, sub obedientia abbatis Stolpensis vocem habebunt in capitulo et potestatem omnia alia faciendi, que fratres nostri intra capitulum et extra facere consueverunt. Item si contigerit viduate ecclesie nostre de abbate provideri, abbas Cismariensis cum duabus personis sue ecclesie in litera a nobis transmissa nominatis abbatem nostre ecclesie cum capitulo nostro secundum formam eleccionis vocem habeant plenariam eligendi, ita quod abbas primo eligat et post priorem nostrum fratres cum abbate venientes. Item persone ydonee pro officiis regendis de Cismaria nobis quando necesse fuerit transmittantur. Item abbas de Cismaria alternis annis in die beati Dyonisii cum duabus personis sue ecclesie sibi a suo conventu deputatis et tribus servis ad nos Stolp transire debet, ut cuncta, que ordinis sunt, de communi consilio salubrius conserventur, numerum vero personarum, quotienscumque transiverit, non excedet. Item penitentes transmissi secundum discrecionem sui abbatis, prout in litera eius exprimitur, corrigantur. Item omnes possessiones et condiciones nostre ecclesie in ecclesia Cismariensi debent diligentius a magno ad minimum registrari, ut, dum necesse fuerit, de eis defensionis ac conservacionis copia habeatur. Officiales vero nostre ecclesie in capitolio distinctis redditibus eligantur vel statuantur, qui in eodem capitolio coram conventu racionabiliter resignent vel destituantur, dantes in scriptis statum officiorum suorum cum rebus annexis bursariis ecclesie, videlicet priori, custodi, cantori, qui successoribus eorum integraliter exibebunt dicti eciam bursarii privilegia, depositum ac sigillum capituli sub tribus clavibus fideliter

conservabunt. Officialium vero computaciones ab abbate et conventu debitis temporibus, ne mora periculum inferat, audiantur. Item si abbas nostre ecclesie adeo fierit, quod absit, circa nos et res monasterii nostri negligens ac remissus, quod ad hoc a nobis nulla possent remedia repperiri, tunc ad nostram peticionem abbas Cismariensis cum duabus personis in nostra litera nominatis quantocius se transferet et quicquid aput nos correctione[1]) dignum invenerit, salutifera correctione corrigat ac emendet, abbas vero noster, si incorrigibilis invenitur, ad denunctiacionem abbatis Cismariensis ac utriusque conventus, ne ecclesia periclitetur, per dyocezanum episcopum deponatur iure dyocesanorum in omnibus observato. Super quibus ne alicui dubium oriatur, presentes dedimus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum in Cismaria anno domini M° CCC° primo, in die Dyonisii episcopi et martiris. Deo gratias.

[1]) Handschrift: correction.

Nach der Abschrift in einem aus Cismar stammenden Papierkodex über die Bursfeldische Kongregation aus der Zeit um 1490 in der Großen Kgl. Bibliothek zu Kopenhagen.

Gedruckt bei Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Regesten und Urkunden, Band III S. 7 Nr. 16.

2003.

1301 Oktober 13 Stettin.

Herzog Otto I. transsumirt die Urkunde seines Vaters Barnims I. vom 24. Februar 1267. (Pommersches Urkundenbuch II Nr. 831 S. 172.)

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Dymmenensis dominus Stetin universis Christi fidelibus inperpetuum. Quia precipue, que a nostris progenitoribus ad servicia sanctorum processerunt, nos expedit inviolabiliter effective ad ortum producere et ad fidem stabilem plurimorum: hinc est, quod notum esse volumus universis inperpetuum, quod examinatas pure recepimus litteras et privilegia nostri patris Barnim ducis divine recordationis recepimus in hac forma:

folgt wörtlich die Urkunde Barnims.

Quam rem nichilominus gratam et ratihabitam esse volumus et presentibus litteris nostris eidem conventui eam iussimus roborari. Cuius rei testes sunt Stangho, Luchto, nostre curie marscalcus, Conradus de Elsholt nostri milites fide digni. Actum Stetin et datum ibidem per manum Gerardi Bokeman nostre curie notarii sub anno domini M° CCC primo, III. Ydus Octobris.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Stettin (ohne Siegel) s. r. Kloster Stolp Nr. 28.

2004.

1301 Oktober 24 Stettin.

Herzog Otto von Pommern schenkt dem Kloster vor Pyritz 14 Hufen in Wobbermin mit allem Recht und Servitium zu ewigem Eigenthum.

In nomine domini amen. Non solum quod ante oculos est, sed et rerum exitus sapientum sapientia praemetitur, quorum et nos Otto dei gracia dux Slavorum et Diminensis dominus Stetin more perusi, licet nostro sub tempore ea, quae perpetuari volumus, ex nostra condonatione non varientur, tamen ut et ipsa post exitum nostri temporis a nostris successoribus non mutentur, expedit ea nobis lineis testimonium perpetuantibus exarmare. Ad primum hoc est, quod in remedium animarum nostrorum progenitorum et nostrorum relaxamen scelerum ad honorem intemeratae virginis Mariae ad aedificationem structurae et reparationem claustri extra muros nostrae civitatis Pyritz honorabili viro domino praeposito et priorissae omnibusque sanctimonialibus ibidem deo servientibus et cenobidatis sub ordine beati Augustini proprietatem quatuordecim mansorum villae Wobbermin nostrae duciae (!) subiacentium cum omni iure et usufructu, servicio rusticano et urbano et exactione nostrae omnis impetitionis contulimus in perpetuum possidendam, ita quod, quidquid de eisdem nobis contingere poterit, in eundem praepositum et easdem sanctimoniales transtulimus habendum ratum a nostris successoribus et nostris officialibus praesentibus et futuris et universis amicitia et servicio nostrorum successorum et nostro astrictis; cuius condonationis testes sunt dominus Thidericus de Lynda, dominus Boldewinus, dominus Conradus de Sannen canonici Stetinenses, Stango, Wilhelmus Trampe, Henningus de Hinnenborg, Hermannus de Karow, Iacobus Plate, Iohannes Bukeman nostri milites cum aliis pluribus fide dignis, Petrus de Brakele, Arnoldus et Engelbertus de Sannen nostri cives in Stetin. Et nos in eiusdem maiorem confidentiam hanc litteram nostro sigillo dictis cenobidatis dedimus roboratam. Actum Stetin anno domini MCCC primo, feria tertia ante diem apostolorum Simonis et Iudae.

Nach der Pyritzer Matrikel (Staatsarchiv Stettin Mscr. I 31) fol. 18 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 984.

2005.

1301 November 25 Stettin.

Herzog Otto schenkt dem Kloster Gobelnhagen (Jasenitz) die beiden Dörfer Leese und Hekelwerk (Zedlitzfelde).

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus Stetinensis universis Christi fidelibus omnis boni plenitudinem perpetua cum salute. Quoniam ex divina providencia, que ante mundi constitucionem omnia preordinavit, principatum ducatus Stetinensis iure hereditario possidemus ex parte illustris principis nostri patris Barnym ducis Slavorum beate memorie, bene condecet nos propter ipsius anime salutem et omnium progenitorum nostrorum ecclesiis novelle plantacionis intra nostrum dominium iacentibus aliquas elemosinas erogare, ut earum persone eo melius insistant divinis obsequiis et persistant. Sciant igitur tam posteri quam presentes, quod nos propter dei amorem ecclesie sancte Marie virginis in Gobelenhaghen[1]) necnon domino priori Wilhelmo totique conventui regularium canonicorum ordinis sancti Augustini ibidem residencium contulimus duas villas Lesen et Hekelwerk[2]) in verum pheodum et legale simul et earum proprietatem totalem ad nos spectantem eisdem plene donavimus ab ipsis et ab omnibus eorum successoribus inperpetuum feliciter et libere iure proprietario possidendas cum advocacia et omni iure, libertate et[3]) utilitate, usufructu in agris

cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, paludibus, lignis, nemoribus atque silvis et omnibus usuagiis, que sunt vel possunt fieri in futuro, sub eisdem distinccionibus, terminis atque metis, prout noster fidelis[4]) marscalcus dominus Lůchte[5]) habuit antea et possedit. Nos quoque eandem ecclesiam cum omnibus sibi annexis in nostram proteccionem recipimus et tutelam, volentes omnia predicta hec cum nostre promocionis et emendacionis commodo firma perpetualiter observare et in sempiternum ab omnibus nostris subsequentibus statuimus observanda. Idcirco presens instrumentum nostri sigilli robore commonitum[6]) ecclesie prenotate necnon priori totique conventui eiusdem ecclesie duximus largiendum. Testes huius rei sunt honorabilis frater dominus Dithmarus abbas in Colbaz, dominus Hildebrandus prepositus[7]) ecclesie sancte Marie virginis in Stetyn, dominus Thidericus prepositus de Tilia, dominus Iohannes[8]) quondam notarius nostre curie, clerici, dominus Thidericus Lůchte, dominus Wilhelmus Trampe[9]), dominus Heynricus de Rambyn, dominus Rodolphus de Morige, dominus Hinricus de Hindenborgh[10]), dominus Hinricus de Poclent, dominus Wotszeko de Elsholt milites et quam plures alii fide digni. Actum Stetyn et datum ibidem per manum Gherardi Bůkemanni scriptoris curie nostre anno domini M° CCC[11]) primo, in die sancte Katherine virginis et martiris gloriose.

[1]) Gobelenhagen. B. [2]) Hekelwerch. B. [3]) et fehlt in B. [4]) fidelis et dilectus. B. [5]) Luchto. B. [6]) sic in A und B. [7]) prepositus canonicorum in B. [8]) Iohannes fehlt in A. [9]) Trampo. B. [10]) Hindenborch. B. [11]) M°C°C°C°. B.

Nach der Jaseniṫer Matrikel im Staatsarchiv Stettin, I Nr. 15 (A), II Nr. 12 (B). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 985.

2006.

1301 November 25 Colberg.

Ritter Tesmar von Bonin verkauft den Erben Goswins, genannt de Salice (von Wida) und der Colberger Kirche zur Dotirung eines Altars den ihm gehörigen sechsten Theil, nämlich 10 Hufen, des Dorfes Strachmin, für 190 Mark.

Noscat felix presencium et felicissima nacio futurorum, quod ego Tessemarus miles dictus de Bonyn premente debitorum onere, sub quo labi me timui de mea et fratrum ac heredum meorum bona voluntate heredibus Gozwini dicti de Salice bone memorie et eorum tutoribus necnon ecclesie Colbergensi ad altare dotandum in eadem sextam partem ville Strachemyn, que me iure hereditario contingebat, videlicet decem mansos censuales cum aliis utpote tabernis, molendini et pullorum redditibus, qui nunc sunt et esse poterunt in futuro, una cum proprietate absque servicio quolibet, cum omni iure et terminis, aquis, piscationibus, pratis, pascuis, paludibus, nemoribus, agris cultis et incultis ad dictos mansos pertinentibus et omnibus hiis, que me villa contingere poterant in eadem, vendidi pro ducentis denariorum usualium marcis decem marcis minus perpetuis temporibus libere et feliciter possidendos, iure tamen patronatus semoto ecclesie ibidem, quod mihi specialiter reservavi. Predictorum vero mansorum coloni cum aliis prefate ville colonis iure et utilitate communi, que in vulgo Burscop dicitur, pacifice et sine obstaculo frui debent. Preter hec si reliquos mansos sepe nominate ville in aliqua sui parte deficientes agris, pratis, pascuis, nemoribus et silvis seu utilitate qualibet contingerit augmentari, quod in nostri ydiomatis lingua Vorlanden appellatur, sepedicti mansi id ipsum cum aliis sortientur augmentum. Verum homines in iam sepius tactis mansis residentes nec mihi nec meis fratribus, filiis, pueris et

successoribus in aliquo de cetero sint astricti. Ut autem huiusmodi contractus per me rite et rationabiliter factus incommutabilis perseveret, ego Tessemarus, Petrus de Kamyk milites, Tesan, Tezlaus fratres mei una cum Swantus (!) et Eghardo meis filiis, Hekethusen, Lubben Glasenap, Pribeslao, Scabone, Hartmaro de Schützowe, Iohanne de Nemer, Iohanne Wencken et Iohanne de Chuden, data fide presentibus in Colbergh consulibus, supradictos emptores promisimus anno et die warandare et infra iam dictum tempus eis proprietatem ordinabo. Quod si non fecero, prenarrati mei compromissores, donec proprietatem emptoribus hiis ordinavero, in fidei promisso meorum firmiter permanebunt. Et nos Petrus de Kamyk miles, Tessan et Theslaus, domini Thessemari fratres, Zwantus et Eghardus eiusdem domini filii[1]) huic contractui ita, ut prescriptum est, facto ac omnibus in presenti litera contentis sigillorum nostrorum appensione adhibemus consensum pariter et assensum. Et ne pravorum lingua hanc meam ordinacionem infirmare possit et cavillare, presentem literam desuper [confectam[2])] ego Thessemarus feci mei sigilli munimine firmissime communiri. Testes sunt Iohannes decanus, Hermannus custos, Albertus scolasticus, Helmoldus, Godfridus, Ludolfus et Lodewicus canonici ecclesie Colbergensis, Henceko de Heydebrake et Pribetzlaus domini Vidante filius milites, Cifridus Cerdo, Hartmodus, Iohannes Ghemelyn, Iacobus Heydenrici, Iohannes de Rostock, Arnoldus Pellifex, Conradus Albus, Gherardus Wigboldi, Iohannes Colbergh, Dethmarus Landesbant, Iohannes Bundo, Nicolaus de Scutsow, Herderus Bolto, Iohannes de Monasterio, Wernerus Chemelyn, Barenwolt, Iohannes iunior Stekelinch, Iohannes de Schützow, Ioachym, Gerardus de Lübeke, Godswinus de Salice, burgenses in Colbergh et alii quam plures fide digni. Ut autem omnium premissorum veritas magis clareat et pateat, nostre universitatis sigillum nos consules in Colbergh presentibus apponi fecimus in verum testimonium et appendi. Actum anno Cristi millesimo CCC° primo, in die sancte Katherine virginis. Datum Colbergh anno et die prenotato per manum Amelunghi notarii consulum in Colbergh.

[1]) Vor filii steht ein unverständliches tres. [2]) Fehlt in der Dregerschen Abschrift der Matrikel.

Nach der Dregerschen Abschrift der Colberger Matrikel Nr. 118 S. 270 ff. Transsumpt vom 24. März 1365 ebenda S. 276 ff. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 997.

Gedruckt in der Geschichte des Geschlechts von Bonin, S. 303 Nr. 1. Die Urkunde wird von dem sorgfältigen und vorsichtigen Familienforscher, Herrn Kammerherrn F. von Kameke, aus sehr beachtenswerthen inneren Gründen genealogischer und historischer Art für stark interpolirt erklärt. Eine Entscheidung läßt sich bei der sehr mangelhaften Art der Ueberlieferung schwer treffen. Herr von Kameke hat mir seine Beweisführung zur Verfügung gestellt, die ich bei der Wichtigkeit der Urkunde für die Genealogie der pommerschen Adelsfamilien wörtlich folgen lasse:

> Die Urkunde ist lediglich einer genealogischen und historischen Prüfung zu unterziehen. Das Original ist aus dem Transsumpt 1365 und dieses sogar nur in der Dregerschen Abschrift zu erkennen, da das älteste Copiarium des Domcapitels Colberg, die Diezsche Handschrift, nicht mehr erhalten ist.
>
> Der Verkäufer ist wahrscheinlich nicht Tessmarus de Bonin, den Dreger für den Stammvater der Familie von Bonin in Pommern anspricht. Dominus Peter miles de Kamik hat Strachmin verkauft, die Zustimmung zu diesem Verkaufe gaben die Brüder Tessen de Strachmin und Tesslaus, vielleicht Tessmarus de Bonin mit den zwei Söhnen des Verkäufers — dominus Peter miles de Kamik cum duobus filiis Swantus et Tessmarus 1317. Dieses wird der Inhalt der Urkunde 1301 gewesen sein.
>
> Der genannte Tessmarus de Bonin ist nicht der Ahnherr des pommerschen Geschlechtes von Bonin, das mit der Familie von Kameke ein, in allen Theilen gleiches Wappen angenommen hat, nachweislich seit 1402. Nach den alten Vermerken von Dreger, Cod. Msc. 1811, hat neuerdings der

Superintendent Quandt zwar die Familie Bonin von diesem Teßmar hergeleitet; das pommersche Urkundenbuch Register Bd. III scheint diesen beiden Annahmen beizupflichten und nennt Tessmarus 1294 neben Bonin, ohne Vornamen 1288.

Teßmar starb als Ecclesiasticus Camminensis nach 1336. Klempin, Beiträge S. 428.

Eine Originalurkunde 1330. Cöslin., gedruckt im Mecklenburgischen Urkundenbuche Nr. 5107. Orig. im Haupt- und Staatsarchiv Schwerin, Orig. Dargun, führt die Zeugenreihe: dominus Tesmarus et filius ejus Swantus de Bonin, ... zwischen ejus und Swantus ist keine sichtliche Trennung; jedoch ist dieser Tesmarus der Tesmarus Kamik, des Peter 1317 Sohn, und nicht der Tesmarus de Bonin. Die Verfasser des Registers in diesem Urkundenbuche sind lediglich dem sichtlichen Wortlaute gefolgt. Tesmarus de Bonin ist kinderlos gestorben

Daß Tesmarus de Bonin 1301 ein frater — Bruder oder Lehnsvetter — der Familie Kameke und der beiden Zweige de Strachmin und de Nizene gewesen ist, läßt sich annehmen wegen seiner mehrfachen Betheiligung als Zeuge in den Lehnsverträgen der Kameke und wegen seines Zeugnisses mit Tessen de Strachmin für die Familie von Bulgrin; vergl. Pommersches Urkunden-Buch III Nr. 1930. Tessmarus de Bonin als uterinus der Kameke anzusprechen, entbehrt einer näheren Begründung, wenngleich er in den Lehnsverträgen wegen der Kameke-Aecker in Wolfshagen mit Dargun nicht genannt ist.

Trotzdem ist die Urkunde 1301 sehr verdächtig in der Gestalt, wie sie jetzt vorliegt. Daß Swantus de Bonin, sonst bekannt als civis in Coeslin, und Eghardus die Söhne dieses Tesmar de Bonin gewesen sein sollen, muß direkt in Abrede gestellt werden, und ist hier eine Fälschung — Rasur — der Urkunde zu vermuthen, die an dieser Stelle Petri de Kamik für „Thessemari" und ferner Zwantus et Tesmarus für „Zwantus et Eghardus" gelautet haben mag. Eine Buchstabenzählung giebt freilich nichts weiter als einen Anhalt und keinen Beweis; Th und sse in Tesmarus ist freilich auffällig! —

Aber auch in dieser Form ist diese radirte Urkunde eine Fälschung — Interpolation — gewesen, denn die Reservation des Patronats deutet an, daß der Inhalt der Urkunde 1301 dem Inhalte der Urkunde 1316 Dreger, Msc. 1289, Pommersches Urkundenbuch V, angeglichen werden sollte, um die 1316 beabsichtigte Reluition dieses etwa 1301 verkauften Lehngutes Strachmin, nämlich durch die Lehnsagnaten Tessen und Teßlaus, gänzlich unmöglich zu machen —, weil Descendenz des Verkäufers noch am Leben sei, also ein Reluitionsrecht ruhte. Diese Descendenz war in der Familie von Bonin offenkundig nachzuweisen.

Unter diesen Umständen ist es sogar fraglich, ob nicht der Name des Verkäufers in gleicher Weise — durch Rasur — geändert ist und statt „Tessemarus miles dictus de Bonin" gelautet hat: Dominus Petrus miles dictus de Kamik; denn auch dieses Peter Descendenz ließ ein Absterben besorgen. Peter selbst verkaufte 1302 und 1307 sein Gut Kamik, und später sogar, vor 1346 laut Resignation, sein Gut Hennekenhagen, wo Teslaus de Nizene zwei Antheile hatte.

Der Betrug 1301 mußte offenbar werden durch die ungestörte Ausübung des Patronats in Strachmin seitens der Kameke. Sicherlich hätte die hierbei geschädigte Brüderschaft der vereinigten Pfarrer zu Colberg und Cöslin den Betrug des Domcapitels entdeckt — deshalb interpolirte man, transsumirte und vernichtete das gefälschte Original. Die Täuschung gelang, das Domcapitel wußte 1316, 1330 und 1365 sein erschlichenes Recht zu behaupten.

Die Familie von Bonin kann also nicht, wie Dreger annimmt, ihre Herkunft mit jenem Tessmar de Bonin belegen. Ihr Ahn ist Bonin, 1288 bei Persanzig begütert; obiger civis Zwantus de Bonin 1330 hatte wahrscheinlich einen Swantus junior als Nachkommen. Gleichzeitig tritt auf Gherardus de Bunnine noster miles zu Greifswald 1327 bei der schwergeprüften Herzogin Elisabeth von Pommern, Wittwe Wartislaws IV. — Gollmert, Familie Schwerin, Nr. 90, Greifswalder Stadtarchiv.

Bei Bublitz, der Heimath der Kameke und Bonin, weist man diese Familie mit Gerardus zu Goldbeck bis 1347 nach. Gerardus Goldbek ist der fundator von Bublitz 1340. Henning, ein Bulgrin-Chammo, der Kameke-Gerardus waren die erstgenannten Ritter, welche als Verkäufer des Landes Bublitz 1339 nach dem Geschlechte der Wedel sich nennen. Eickstedt, Urk.; Orig. Staatsarchiv Stettin, Bisthum 74.

Dieser Gerard ist derselbe Bonin, der Bublitz 1340 gründet, 1347 seine Grenzen mit den Glasenapp bei Dorpstedt festsetzt und die Fehde beilegt, wobei er selbst zwar nicht, wohl aber Tesslaus et Petrus fratres dicti de Bonin Zeugen sind; vergl. Schöttgen, Altes und Neues Pommerland. Teslaw ist in den Kämpfen gegen den Orden Führer des herzoglichen Aufgebots seines südlich Bublitz belegenen Lehnsbereichs; auch er hatte — der Noth gehorchend — vom Orden Soldgeld 1387 nehmen müssen. Bald aber 1389 überfällt Henning zu Naseband den Herzog Wilhelm von Geldern.

Dieses sind die Ahnherren der Bonine, die durch erwiesene Nachbarschaft bei Bublitz 1339, vielleicht schon seit den Kriegen Herzogs Barnim I. 1266 eine Wappengemeinschaft mit den Kameke geschlossen und fortgeführt haben. Teßlaf Bonin 1402 ist das erste bekannte Siegel der Familie Bonin; sie siegeln mit dem weißen Bock im rothen Felde, benutzen drei Saufpieße als Helmzier.

Cratzig (Cöslin), 16. Dezember 1900.

F. von Kameke.

2007.

1301 Dezember 12 Stettin.

Herzog Otto I. übergiebt der Stadt Pyritz die Einkünfte aus dem Zoll, welche bisher der Ritter Stango innegehabt hat, der dann darauf resignirt hat.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubiae, dominus Stettini, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Actioni iusticiae annectitur ad merita servitorum fidelium comparatio gratiosa premii dominorum. Piam igitur faciem fidelibus meritis nostrae civitatis Pyritz consulum congregationisque digne civium ibidem inclinantes coram nobis resignatum fructum theolonii ex manu domini Stangonis nostri militis ab ipso ex nostra condonatione in civitate dicta annuatim perceptum eiusdem civitatis dictis consulibus contulimus sufferendum in perpetuum usualiter et fructive, cum hoc ex nostro addentes eisdem proprietatem talis fructus perpetualiter absque omni impedimento nostro et nostrorum successorum omnium possidendam. Cuius rei testes sunt Willikinus Trampo, Henningus de Hindenborg, Hermannus de Scheningk et Ludolphus, Gerhardus de Bertikow, Reimarus de Morcin, Hinricus de Fokelent nostri milites fide digni et Laurentius famulus noster vasallus dictus de Isinger cum aliis pluribus fide dignis. Et in eiusdem rei maiorem certitudinem presentem literam dictis consulibus nostro sigillo contulimus sigillatam. Datum Stettini sub anno domini MCCC primo[1]), in vigilia beatae Luciae.

[1]) uno. Matr.

Nach der Matrikel der Stadt Pyritz (Staatsarchiv Stettin Mscr. I 32) fol. 20 Nr. 5. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 989.

Gedruckt bei Schöning, Geschichtliche Nachrichten von dem Geschlechte von Schöning, Bd. II S. 12 Nr. 49.

2008.

1301 Dezember 24 Stralsund.

Fürst Wizlaw II. und seine Söhne Wizlaw III. und Zambor verkaufen der Stadt Stralsund das Eigenthum des Dorfes Vogelsang.

In dei nomine amen. Wizlaus dei gracia Ruyanorum princeps, Wizlaus et Samborus, eadem gratia principes eorundem, omnibus Christi fidelibus, quibus presens scriptum fuerit

demonstratum, salutem in omnium salvatore. Ne ea, que fiunt in tempore, pereant et evanescant tempore defluente, poni solent in lingua testium et scripturarum memorie perhennari. Igitur notum facimus presentibus et futuris, quod nos habito maturo consilio nostrorum avunculorum dilectorum videlicet domini Woldemari, ducis Iutie, necnon domini Erici, ducis Laglandie, et etiam de consilio nostrorum fidelium consiliariorum vendidimus et contulimus nostris dilectis burgensibus civitatis Stralessundis pro ducentis marcis denariorum usualis monete proprietatem ville Voghelsank perpetuo libere possidendam. Etiam quandocumque dicti burgenses villam antedictam emerint cum bonis adiacentibus, prefatam proprietatem cum singulis bonis infra suas metas et terminos evidentes perpetuo libere possidebunt. Volumus insuper, ut prenotati nostri burgenses a parte nostra et nostrorum successorum terminos suos et metas suas inter civitatem Stralessundis et inter Lutzowe, sicut nunc sunt et longo tempore possederunt, optineant et possideant perpetuo inperplexe. In predictorum testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Huius rei testes sunt Henricus de Ost marscalcus, Bertoldus de Ost, Henningus de Grizstowe, Nicolaus et Thece fratres dicti de Putbuzik, Thomas cum Thorace, Arnoldus Wokenstede, Conradus Dotenberg, milites, et plures alii fide digni. Datum et actum in civitate nostra Stralessundis anno domini M° CCC° primo, in vigilia nativitatis domini nostri Ihesu Christi.

Nach dem Originale im Stadtarchiv Stralsund (Schrank VII, Schiebl. 1), mit an gelbseidenen Fäden anhängenden Siegeln der beiden Wizlaw. Das dritte Siegel fehlt. Dreger, Cod. Pomer. dipl. mscr. V Nr. 993.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 296 S. 121.

2009.

1301 Dezember 25.

Wizlaw II., Fürst von Rügen und seine Söhne Wizlaw III. und Zambor schenken dem Kloster Hiddensee das Dorf Schwarben mit allen Pertinenzen, einschließlich des Grundruhrrechts und des Fischereizolles.

Wysslawus[1]) dei gracia princeps Rugianorum[2]) necnon Wyslaus[1]) et Zamborus filii eius eadem gracia principes eorundem universis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos matura deliberatione prehabita donavimus deo et beate Marie virgini necnon et domino abbati ac conventui Sancti Nicolai[3]) in Hyddensze[4]) possidendam perpetuo integram proprietatem fundi, ville et totalium bonorum, que appellantur Tzwarben in Wittovia terre Rugie[5]) situatorum cum omnibus terminis suis nec[6]) per nos nec per heredes nostros in perpetuum mensurandis et omnibus intra eosdem terminos contentis videlicet agris cultis et incultis, pratis[7]), pascuis, paludibus[8]), virgultis, arbustis, piscaturis cum naufragio, quod schipbroke[9]) dicitur sive gruntroringhe, si quod absit apud littus seu in littore vel quibuscunque locis contiguis dictorum bonorum terminis contigerit, cum thelonio[10]), quod dare solent piscatores tempore allicis et plane cum omnibus aliis ad predicta bona pertinentibus, ita quod nullus hominum intra omnes predictos terminos tabernas quocunque tempore anni audeat extruere vel quidquam facere sine prememorati domini abbatis et conventus licencia speciali, cum iudicio totali maiori scilicet[11]) et minori in omni causa et omnibus predictis locis predictorum bonorum, ita quod nullus hominum de naufragio sive de iudiciis et de omnibus supradictis se debeat intromittere; sed prelibati dominus abbas et conventus de bonis prefatis et omnibus aliis ad ipsa bona pertinentibus disponere, ordinare et facere libere poterunt, quidquid volunt. In cuius

donacionis perpetuam firmitatem sigillis nostris presens privilegium fecimus roborari. Testes huius rei sunt dominus Arnoldus abbas Novi Campi, Heynricus[12] de Ost marscalcus noster, Iohannes Morderus, Arnoldus de Vitzen, dominus Pritborus de Vilmenitze[13] et Udo milites[14], Iohannes Krakevitze[15], Sume armigeri nostri et alii quamplures fide digni. Datum anno gracie MCCC secundo, in die nativitatis[16] Cristi.

1) Wiz. B. 2) Ruyanorum B. 3) Nycolai B. 4) Hyddense B. 5) Ruye B. 6) necnon B. 7) pratis fehlt in B. 8) pascuis et paludibus B. 9) scipbroke B. 10) theloneo B. 11) videlicet B. 12) Henricus B. 13) Vilmenize B. 14) miles B. 15) Krakevize B. 16) in nativitate B.

Nach der Hiddenseer Matrikel Nr. 55 fol. 63 (A) und dem Codex Rugianus (Staatsarchiv Stettin Mscr. I 33) Nr. 134 (B). Abschrift des 18. Jahrhunderts im Codex Tit. XX Nr. 1289 des Putbuser Archivs S. 159. Dreger, Cod. Pomer. dipl. mscr. V Nr. 1009.

Gedruckt bei Fabricius III S. 127 Nr. 307 mit der Jahreszahl 1302.

2010.

[Um 1301.]

Vicko und Theslaus, Söhne Ulrichs von Bevenhausen, verkaufen dem Colberger Domkapitel im Einverständniß mit ihrer Mutter Gustich für 30 Mark Pfennige 19 Pfund jährlicher Salzeinkünfte aus der Saline in Colberg.

In nomine domini amen. Que ab humanis fiunt actibus, per oblivionem naturaliter inditam a memoriis hominum citius evanescunt, si non scripturarum et testium robore solidentur. Noscat igitur nacio presencium ac hominum posteritas futurorum, quod nos Vickow et Theslaus filii ac heredes legitimi Ulrici militis dicti de Bevenhusen pie recordacionis de bona voluntate liberoque consensu matris nostre domine Gustich et omnium successorum nostrorum iuste emptionis titulo vendidimus venerabili[1] viro domino Iohanni decano totique capitulo ecclesie Colbergensis pro XXX marcis denariorum usualium redditus decem et novem ponderum salis vulgariter[2] dictorum punt annis singulis proveniencium in monte salis Colberghe a quinque tuguriis sive sartaginum locis ibidem circa Persantam situatis iuxta fluentum dicte aque perpetuis temporibus possidendos, qui videlicet redditus per obitum patris nostri prenominati dinoscuntur ad nos similiter et ad matrem nostram antefatam utpote ad heredes veros fuisse legitime devoluti.[3] Quapropter eundem dominum decanum et capitulum Colbergense de prefatis salis redditibus certificando plenius warendamus; compromissoribus nostris scilicet Iohanne dicto de Nymer, Iohanne dicto Dyrinc et Iohanne de Chyden una nobiscum in manus eorundem dominorum Colbergensium promittentibus, quod prefatos salis redditus perpetue duraturos ab impeticione qualibet et cuiuslibet possint et debeant dicti domini libere possidere, hoc tamen adiecto, quod iam dicti canonici Colbergenses proprietatem horum reddituum acquirendo, si poterunt, ordinabunt a domino nostro episcopo, quam si non subito attingere nec habere poterunt, obligavimus nos ad persistendum in servicio feodali pro redditibus sive censu salis prenominatis, quoadusque vel proprietatem obtineant vel ipsum censum, si voluerint, alteri vendant. Cuius vendicionis damus eis liberam facultatem. Exhibebimus etiam nichilominus

nos omnimode promptos et benivolos ad resignandum sepedictos salis redditus domino nostro episcopo, cum placuerit eisdem dominis Colbergensibus vel ad manus proprias eorum vel alterius, cui tunc vendere decreverint domini memorati. In quorum evidenciam ego Vicko sigillum meum unicum, quia frater meus Thesslaus sigillo caret, duxi presentibus appendendum.

[1]) Abschr.: nonerabili. [2]) Abschr.: vulgarite. [3]) Abschr.: devolati.

Nach der Dregerschen Abschrift in der Löperschen Bibliothek Mscr. 221 Seite 77 Nr. 54.

2011.

[Um 1301.]

Hildebrand, Propst, Bertram, Dekan und das ganze Kapitel zu St. Marien zu Stettin bezeugen, daß Theoderich, ehemals Propst von Schönlinden (Tylia), acht Hufen im Dorfe Luckow dem Altare, welchen er in der Marienkirche gestiftet hat, in seinem Testamente vermacht habe.

In nomine domini amen. Hildebrandus dei gracia prepositus, Bertrammus eadem gracia decanus totumque capitulum ecclesie sancte Marie in Stetyn omnibus in perpetuum. Ordo racionis exigit et consuetudo approbat et commendat, quod res racionabiliter geste, ne propter lapsum temporis in oblivionem deveniant, scripture testimonio roborentur. Agnoscat igitur nacio presencium et addiscat hoc scripto felix successio futurorum, quod, cum villam in Lucowe cum omni iure, iurisdicione, redditibus, proventibus et utilitatibus universis iusto empcionis tytulo emissemus, per nos omnes et singulos consensu unanimi deliberacione prehabita diligenti in nostro capitulo sic decretum extitit et ordinatum, quod persona quelibet et singuli canonici de dicto nostro capitulo de mansis et redditibus dicte ville, quos quilibet ex nobis pecunia sua propria absolveret, suum libere possent facere ac condere testamentum et exprimere cum effectu de mansis huiusmodi eorumque redditibus suam ultimam voluntatem, hac condicione adiecta, quod extra ecclesiam nostram supradictam nil omnino per huiusmodi testamentum seu ultimarum voluntatum ordinacionem donacionis vel legacionis aut alio quocunque tytulo transferatur de mansis, seu redditibus ville memorate. Recognoscimus itaque, quod dominus Theodericus quondam prepositus de Tylia noster canonicus pecunia sua propria octo mansos cum redditibus et proventibus eorundem in dicta villa Lucowe absolvit, de quibus idem Theodericus sanus mente et corpore suum sic ordinavit et condidit testamentum ultimam suam exprimens voluntatem: dotavit enim altare cum eisdem octo mansis ipsorumque redditibus et proventibus universis, quod propter salutem anime sue suorumque progenitorum in nostra ecclesia supradicta fundavit et construxit deputans et assignans capellano seu rectori dicti altaris, qui pro tempore fuerit, pro sua sustentacione dictos octo mansos cum ipsorum reditibus, proventibus et utilitatibus universis, que nunc sunt et erunt in —.

Hier bricht das Fragment des Copiars des Marienstifts (Mscr. des Staatsarchivs Stettin I 51 Nr. 27), in welchem die Urkunde enthalten ist, ab. Daß sie in diese Zeit gehört, zeigt die Gleichheit der Namen der Aussteller mit der Urkunde vom 18. Januar 1301.

2012.

1301—3.

Rostocker Verfestung wegen eines mörderischen Angriffs auf den Rathmann Heinrich Vormessen von Tribsees.

Noverint universi, quod in presentia advocati et dominorum consulum, videlicet Hinrici de Gotlandia, Hinrici Monaghi, qui tunc iudicio presidebant, et nostrorum burgensium, scilicet Lutberti Estatis, Ni(colai) de Malchow, Dancquardi Retoris, Hinrici Langhebosen, Molzani et Bolekow: Iohannes Lisowe et Wolberet et Pape Arnolt sunt iustis sententiis proscripti pro delicto, quod in Hinrico Vormessen de Tribeses consuli (!) hostiliter et mortaliter perpetraverunt pro eo, quod tenuit verbum civitatis,

Nach dem lib. proscr. Rostoc. folio Ia (der ersten Eintragung in dieses Buch) gedruckt im Meklenb. Urkundenbuch Bd. V S. 37 Nr. 2763.

2013.

1301.

Herzog Bogislaw verleiht dem Kloster Eldena den Hof zu Neuendorf.

Hertoch Bugslafs breff aver de hoven thom Nigendorp anno MCCCI (für Kloster Eldena).

Klempzen, Extract (Bibl. der Ges. f. Pomm. Gesch. Ia Folio 53) fol. 86v.

Gedruckt bei Pyl, Eldena S. 623.

2014.

1302 Januar 1.

Fürst Wizlaw II. von Rügen und seine Söhne Wizlaw III. und Zambor verkaufen und leihen der Stadt Stralsund zu Stadtrecht das Dorf Lüssow, befreien sie auch in Hinsicht desselben von allen Abgaben und Leistungen, zur Zeit jedoch mit Ausnahme des noch zu erwerbenden Antheils des Ricquinus.

In nomine domini amen. Wizlaus dei gracia Ruyanorum princeps, Wizlaus et Zamborus, eadem gratia principes eorundem, omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino sempiternam. Ex peccato primi patris cunctis iniungitur, quod humana memoria sit labilis et caduca, nisi fidelium testimonio et scriptis auctenticis confirmetur. Quocirca notum facimus presentibus et futuris, quod nos de consensu nostrorum avunculorum dilectorum, videlicet Woldemari, ducis Iucie, et Erici, domini Laglandie, nec non de maturo consilio nostrorum fidelium consiliariorum vendidimus et contulimus nostre dilecte civitati Stralessundis et burgensibus inhabitantibus ipsam villam Lutzowe et eius integralem proprietatem cum omnibus agris, cultis et incultis, pascuis, pratis, paludibus, aquis, silvis ac nemoribus infra distinctas metas eiusdem ville temporibus perpetuis libere possidendo, exceptis bonis Ricquini, que ipse possidebit, quamdiu nostri predicti burgenses ipsa non emerint, sicut ante. Sed quando dicta bona emerint, volumus, ut hiis bonis et aliis predictis cum omnibus fructibus, qui nunc sunt et in futurum acquiri poterunt, et cum integrali proprietate predicta in omnibus

bonis contentis intra metas predictas fruantur perpetuo absque ulla exactione, petitione et sine aliqua specie servitutis. Preterea nostris antedictis burgensibus hanc libertatem conferimus et donamus, ut in villa dicta et in omnibus bonis adiacentibus, exceptis bonis Ricquini, civitatensi iure, quo civitas est dotata, perpetuo perfruantur. Et quando etiam bona dicti Ricquini emerint, in hiis sicut in aliis bonis eodem iure perpetuo frui debent. Excipitur insuper ab hac venditione magnum stagnum Penyn, in quo cives ville Lutzowe optinebunt, quod in eo habuerunt temporibus ab antiquis. Ut autem hec nostra venditio rata maneat atque firma, sigilla nostra et nostrorum awunculorum presentibus sunt inpressa. Cuius rei testes sunt Henricus de Ost marscalcus, Bertoldus de Ost, Nicolaus et Thece et Pritburne dicti de Putbuzk, Iohannes de Grizstowe, Arnoldus de Vitzen, Conradus Dotenberg, Thidericus Metzekowe et Vicko de Alkun et plures alii fide digni. Datum et actum anno domini M° CCC° secundo, in circumcisione nostri domini Iesu Christi.

Nach dem Originale im Stadtarchiv zu Stralsund mit den drei Siegeln an rothen Seidenfäden. Abschrift im Staatsarchiv Stettin s. r. Wolg. Arch. Tit. 77 Nr. 53 fol. 47.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 297 S. 122.

2015.

1302 Januar 3.

Fürst Nikolaus von Werle verleiht dem Kloster Neuenkamp das höchste Gericht von drei Hufen in Zidderich.

Nos Nicolaus dei gratia dominus de Werle notum facimus omnibus presentia visuris, quod nos ob remissionem peccaminum nostrorum necnon ad instanciam fratris Theodorici monachi et sacerdotis in Novo Campo contulimus eidem ecclesie Novi Campi iudicium maius sanguinis[1]) videlicet sive colli et mutilationis in terminis trium mansorum sitorum in Cedarge et in omnibus actinentiis predictorum mansorum, volentes, ut sepedictos mansos ecclesia predicta Novi Campi absque omni exactione et servicio libere in perpetuum possideat et quiete. In cuius evidenciam presentem paginam apensione nostri sigilli duximus roborandam. Testes huius rei sunt domini et milites Buno, Ludolffus de Oldenborch, Boldewinus de Lobeke et filius eius dominus Fredericus et alii quam plures fide digni. Datum anno domini MCCCII, in octava beati Iohannis evangeliste.

[1]) Abschr.: sagwinis.

Nach einer Abschrift aus dem Jahre 1506 im Staatsarchiv Stettin, Wolg. Arch. Tit. 26 Nr. 3 vol. 1 fol. 314.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 72 Nr. 2811 mit dem auf Verwechselung von Iohannes evangel. mit Ioh. bapt. beruhenden irrigen Datum: Juli 1.

2016.

1302 Januar 28 Rom im Lateran.

Papst Bonifacius VIII. entscheidet die streitige Bischofswahl zu Camin nach eingehender Prüfung der Sachlage zu Gunsten des zuerst Erwählten, des bisherigen Demminer Archidiakons Heinrich, läßt ihm durch den Bischof von Tusculum die Weihe ertheilen und bestätigt ihn als Bischof.

[Bonifacius episcopus servus servorum dei] venerabili fratri Henrico episcopo Caminensi [salutem et apostolicam benedictionem].

Ex[1]) suscepte servitutis officio sollicitudine pulsamur assidua, ut ecclesias omnes, quarum cura nobis est summi dispositione pastoris commissa, spiritualibus et temporalibus comodis augeamus et eis maxime per debite provisionis ministerium necessitatibus consulamus, que noscuntur pastoris solatio destitute. Dudum siquidem Caminensis ecclesia per obitum. bo(ne) me(morie) Petri Caminensis episcopi pastoris solatio destituta dilectus filius Iohannes prepositus, . . decanus et capitulum ipsius ecclesie certa die ad eligendum prefixa vocatis et presentibus omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, pro futuri substitutione pastoris, ut est moris, insimul convenerunt, et tandem nonnullis super hoc tractatibus habitis, qui non habuerunt effectum, eligentes ad id per viam procedere compromissi, in dictum prepositum ac dilectum filium Fridericum archidiaconum Uzenemensem, in eadem ecclesia, Iohannem cantorem, Fridericum thesaurarium et Nicolaum canonicum eiusdem ecclesie unanimiter et concorditer compromittere curaverunt, concessa eis providendi ea vice de seipsis aut alio de ipsius ecclesie gremio existente extunc usque ad horam nonam sequentis diei tunc proxime futuri dicte ecclesie de pastore plena et libera potestate, promittentes, quod illum in suum et dicte ecclesie pastorem reciperent et haberent, quem idem compromissarii vel maior pars eorum infra dictum tempus ducerent eligendum. Sicque prefatis compromissariis huiusmodi compromisso recepto secedentibus in partem post diversos inter se tractatus habitos, suis etiam votis diligenti examinatione discussis hujusmodi compromissi forma diligenter servata, archidiaconus, cantor et thesaurarius predicti in te tunc archidiaconum Diminensem in eadem ecclesia unanimiter et concorditer consenserunt, ac deinde dictus cantor suo et archidiaconi ac thesaurarii predictorum collegarum suorum et totius capituli predicti vice, nomine ac mandato et expressa voluntate te in episcopum elegit ecclesie prelibate, tuque postmodum ad eorumdem (et) capituli multam instantiam hujusmodi electioni de te facte infra tempus a iure statutum humiliter consensisti. Et licet diu postmodum prepositus, decanus et Nicolaus predicti ac Bernardus de Eversten eiusdem ecclesie canonicus, Gunterum de Gvolre[2]), canonicum Magdeburgensem, in Caminensem episcopum de facto duxerint postulandum, tu tamen cum procuratoribus capituli supradicti, ac decreto electionis huiusmodi pro confirmationis electionis ipsius obtinendo munere ad sedem apostolicam personaliter accessisti et presentato nobis decreto predicto, nos examinationem tam electionis predicte, quam persone tue venerabili fratri I(ohanni) episcopo Tusculano et dilectis filiis nostris Gentili, tituli sancti Martini in montibus presbitero, et Landulpho, sancti Angeli diacono cardinalibus, duximus committendam, a quibus post huiusmodi examinationem per eos habitam diligenter, facta nobis relatione fideli, tu demum in nostra presentia constitutus, prefato Guntero postulato, cuius postulationem utpote de facto presumptam non duximus admittendam, se per eius procuratorem tibi ac electioni tue predicte indebite opponente, cupiens dictam ecclesiam, que per litigiorum aufractus incurrere poterat detrimenta, a dispendiis preservari sponte et libere, in nostris manibus omne ius, si quod tibi ex electione predicta acquisitum fuerat, resignasti. Nos igitur huiusmodi resignatione recepta de ipsius ecclesie ordinatione mente vigili cogitantes et cupientes ei talem personam preficere, per quam possit in spiritualibus et temporalibus salubriter gubernari, ad te, quem nobis et fratribus nostris de litterarum scientia, nobilitate generis, morum honestate, conversatione vite laudabilis, prudentia spiritualium et temporalium providentia fidedignorum testimonia multipliciter commendarunt, convertimus aciem nostre mentis, teque eidem ecclesie Caminensi de predictorum fratrum consilio et

apostolice plenitudine potestatis prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius plenariam tibi spiritualiter et temporaliter committendo, tibique postmodum per eundem Tusculanum episcopum fecimus munus consecrationis impendi, firma de te concepta fiducia, quod eadem ecclesia per tue circumspectionis industriam, et providentiam circumspectam grata deo auctore suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a domino devote supportans, sic curam et administrationem eiusdem ecclesie prudenter et utiliter prosequaris, quod ipsa sub tuo felici regimine dextera domini tibi assistente propitia votivis continuo amplietur comodis, et salutaribus proficiat incrementis, tuque velut pastor sollicitudine pervigili ecclesiam ipsam gubernasse fructuoso regimine comproberis, ac exinde nostram et apostolice sedis gratiam uberius consequi merearis. Datum Laterani V. Kalendas Februarii, anno octavo.

In eundem modum[3]) dilectis filiis . . preposito . . decano et capitulo ecclesie Caminensis. Ex suscepte etc. ut supra verbis competenter mutatis usque: incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem episcopo Caminensi tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes et exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam etc. Datum ut supra.

In eundem modum clero civitatis et diocesis Caminensis. In eundem modum populo, civitati et diocesi Caminensi etc. usque: incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hoc attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eumdem episcopum Caminensem tamquam patrem et pastorem animarum vestrarum suscipientes devote ac debita honorificentia prosequentes ipsius monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios, et vos in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis, nosque sinceritatem vestram valeamus proinde non immerito commendare. Datum ut supra.

In eundem modum[3]) dilectis filiis universis ecclesie Caminensis vasallis etc. usque: incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem episcopum Caminensem debita honorificentia prosequentes et fidelitatem solitam necnon et consueta servitia et iura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam, quas idem Caminensis episcopus rite tulerit seu statuerit in rebelles etc. Datum ut supra.

[1]) Adresse und erster Buchstabe des Kontextes in rother Tinte. [2]) Günther von Werle wird als postulirter Bischof von Camin sonst nur in der Urkunde von 1302 Oktober 9 erwähnt. Vergl. unten Nr. 2048. [3]) Vor In und m. im Cod. jedesmal ein rothes Paragraphzeichen.

Nach der aus Rom mitgetheilten Abschrift im Reg. 50 des Vatikanischen Archivs fol. 155 b bis 156 a Nr. 32 des Jahres 8.

2017.

1302 Februar 12 und 14.

a) Der Rath zu Zütphen beschwert sich beim Könige von Dänemark über die den Kaufleuten der wendischen Städte und den gemeinen Kaufleuten gegen ihre althergebrachten Rechte und Freiheiten durch die Vögte in Schonen geschehenen Kränkungen und ersucht um Abstellung derselben.

Datum Sutphanie, anno domini M° CCC° secundo, feria secunda post Agathe virginis.

1302 Februar 14.

b) Gleiches Schreiben des Rathes zu Nimwegen. Wörtlich gleichlautend mit dem vorhergehenden.

Datum Novimagi, anno domini M° CCC° secunda, feria quarta post Scolastice virginis.

c) Gleiches Schreiben des Rathes zu Doesburg. Wörtlich gleichlautend, aber mit Weglassung des Datum ꝛc.

d) Gleiches Schreiben des Rathes zu Harderwyk. Wörtlich gleichlautend, aber mit Weglassung des Datum ꝛc.

Die vier Originale im Staatsarchiv zu Lübeck. Gedruckt im Lübischen Urkundenbuch II S. 125/126. Sartorius-Lappenberg II S. 225. Regest im Meckl. Urkundenbuch S. 52 Nr. 2783. Die Zütphener Urkunde ist auch gedruckt bei Liljegren, Svenskt Diplomatarium II 2 Nr. 1360 S. 357.

2018.

1302 Februar 14 Eggesin.

Friedensvertrag zwischen den Markgrafen Otto, Konrad, Johann und Waldemar von Brandenburg und dem Herzoge Otto von Stettin.

Wy Otto, Conrad, Johann und Woldemar von der gotes gnaden marggreven to Brandenborch und to Landesberg bekennen in deseme jegenwerden breven, dat wy gededinget hebben met useme leven veddern, deme edelen forsten, hertogen Otten von Stettin od dus[1]) gededigt hebben, dat we ewelichen to somene scholen bliven met hulpe und dor neneman de levet vyande werden, und scholen sin hulper wesen up alle de leven, dar wy eme nicht minne oder rechtes over helpen mogen binnen vier weken. Dorna als heidt unss claget hevet, so schole wy eme helpen mit vöfftig mannen, wur hir bedarff. Uszen mannen, de wie eme senden, denn schall he de kost geven binnen sine lande; wat de lude fromen scheppen, de is sin, de lude schal he unss schadeloss wedder senden; dat sulve schole wie eme wedder dun. Dit hebbe wie gelavet up alle, de sine viende werden mogen, behalven desze herren: uszen veddern, marggreven Herman und uszen schwager herr Bugslave und unsen schwager de von Ruigen. Weret ock, dat usene vorbenomenden veddern hertogen Otten icht wurre jegen usze frunt, de wy utgenohmen hebben, des schole wie weldich wesen, minne oder rechtens, dorna als me unsz dat clagt, binnen vier weken; vermöge wie des nicht, so schole wie eme helpen met aller macht; weret aver also, dat use frundt usen veddern angrepen binnen den vier wecken, dor wie rechtes oder minne inne weldich sin, so schole wie eme mit aller macht helpen alto handt, und wie scholen unsz von eme nicht sonen oder freden, is en sie met sime willen; dat sulve schal he unsz wedder dun. Weret also, dat wie met usem veddern hertogen Otten ein urloge thosamende angrepen, dor schal malc fromen upboren na mannthal met vordekeden orsen an vangene und an dignisse und an schlote, sunder allene offt unser en allene silven stridde und einen forsten fenge, de schal sin allene sin, de dar strid. Wer wi beyde in eime stride, de gefangene verste schal unser beyde sin; worde och unser ein gefangen, de schal

den forsten hebben to siner lösinge allene. Fortmehr so schole wy users veddern manne ehr gut wedder ligen, also sie it hadden vor, und die man scholen unsz daraff dun, des sie plichten sin, und scholen en gut und gnedig sin, dat sülve schal use vedder usen mannen dun, de gut van eme hebben. Wie hebben och user mann twene to richtere gesat van user wegen up disze sit der Odere, de alle dinc undwerren scholen twischen unsz beyden und unser beyden mannen: dat ene is herr Hinrich van Stegilitz, dat ander herr Henning van Blanckenborch; wat sie nicht vor minnen und mogen, dat scholen sie richten na rechte; dat sülve schall over Odere dun herr Lüdecke von Wedele und herr Hasse von Wedele de junge, ir jewelc in den landen, dar en dat richte bevholen isz; wert ock also, dat irre en af queme van deme richte, so scholen wy enen andern setten in sin stede. Were och useme veddern jegen unss icht werrende van user stedere wegene oder user landt, de richter aver de land oder aver die stedere, de scholen van userntwegene aller dinck weldich sin tu rat werende; werre och icht tvischen users veddern stedern und usern stederen, user beyder manne, tvischen usen mannen und sinen stedern, tvischen usen veddern und usen stedern und tvischen unsz und sinen stederen und unsz und sinen mannen, dat scholen sie enttverren na minne und na rechte; jegen desze richtere hevet use veddere richtere gesat, de deszulven scholen weldich sin, over sine mann und sine stedere und user beyder mann und beyder stedere, unser beyder mann und stedere scholen sich genogen laten, up dat so berechte bliven, und neman schal panden, he en hebbet vorfolget vor dese richtere. Pandet jeman boven dat, des vinde schole wy beyde werdenn wannt in den dach, dat uses wedder dan wurde na user beyder wille, it en were, dat ein herre panden lete vor sinem dinst oder vor sothane dinck, also dat gemeine land deit. Wann ein manne mit rechte siner pandinge verfolget hevet, so scholen eme de vorbenohmeden richtere eines pandes helpen. Uppe desze dedinge schole wy desse husz brecken: Vorstense, Nowelin, Videchow, Specken, tun Tven Raden, Nadrense, tur Linden, Lockenitz und all die walle schlichten und nicht baven user en in des anderm lande oder up user beyder scheide, nah user twiger mann up desze sülve rede, so breket use veddern Olden Vorstense. Dat desze dinck ewelich gang und stede bliven, so hebbe wy Otto, Conrad, Johan und Woldemar marggrefen van Brandenburgk und von Landesberge usen veddern hertogen Otten von Stettin gelowet und truwen mit usen mannen und mit usen steden. Dat sülve hevet unsz use vedder mit sinen mannen und met sinen stedern wedder gedan; und up dat neman dem andern unrecht due, wedder here oder mann oder stedere, dor hebben use stedere apene brefe up gegeven disze, de wie hier benomen: an diszit der Odere Prentzlow, Pasewalck, Strassborch, Angermünde, Zwet, af gensit der Odere: Köningsberg, Sconenvlet, Lippene und Arnswalde. Deszer dinge tuch sint desze vorbenohmeden stedere und use mann in der vogedie tho Stolp und in unser vagedie tho Pasewalck und in user vagedie over Odere. Desze vorbenohmede husz scholen gebraken sin also hude over achte dage. Were jennich mann, de sick tyegen enes deszer dingk, de hier beschreven stohn, setten wolde, des viende schole wie beyde werden also lange, went unsz werde weder na user beyder wille. Desze breff ist gegeven imme dorpe to Ecksin nah der bort gades dusent jahr drey hundert jahr in dem andern jahre, in sünte Valentinus dage under usen ingesegelen.

[1]) ? vielleicht aldus?

Nach einer vom Stockholmer Reichsarchiv gütigst mitgetheilten Abschrift aus Niklas von Klempzens „Römische Kayserliche und Khunigliche Briefe, Privilegien, Lehnbriefe, Confirmationen" im Reichsarchiv zu Stockholm (A. II. 2) S. 837. Extract bei Klempzen, fol. 142 v, vgl. Kantzows Chronik ed. Gaebel I S. 175 Anm.

2019.

1302 Februar 14 Colberg.

Johann Ramel und seine Söhne Egbert, Sabellus und Henning, Ritter, verkaufen das Dorf Rossenthin an Konrad Witte (Albus), Konrad von Münster (de Monasterio) und Hintzekin, Siegfrieds Sohn, Bürger zu Colberg.

Noscant presentes et futuri, quod nos Iohannes Romelo senior, Egbertus, Sabellus[1]) et Henninghus eiusdem filii milites de bona voluntate nostrorum heredum honorabilibus viris Conrado Albo videlicet, Conrado de Monasterio et Hinczekino Cifridi filio, burgensibus in Colbergh, eorumque heredibus ac amicis, quibus favent, villam nostram dictam Rossentyn cum proprietate absque servicio quolibet cum omni iure et suis terminis, aquis, molendinis, piscacionibus, pratis, pascuis, paludibus, nemoribus, agris cultis pariter et incultis, ad dictam villam pertinentibus et omnibus hiis, que in terminis eiusdem ville continentur, vendidimus pro quadringentis et decem denariorum usualium marcis perpetuis temporibus iure hereditario libere et feliciter possidendam. Ut autem huiusmodi contractus per nos rite et rationabiliter factus incommutabilis perseveret, nos predictos emptores anno et die secundum commune ius terre promisimus warendare et infra iam dictum tempus prenotate ville proprietatem eis ordinabimus a nostro domino episcopo et capitulo Colbergensi. Quod si facere non poterimus, extunc sepedicti emptores duos et nos ex nostra parte duos eligemus arbitros, qui de proprietate faciendum quid fuerit inter nos et emptores ordinabunt. Super premissis omnibus a nobis et nostris heredibus successoribusque inviolabiliter tenendis nos prenominati milites Iohannes videlicet Romolo senior, Egbertus, Sabellus, Hermannus vir nobilis comes de Eversten, Hinceko de Heydebrake, Vidanto et suus filius Pribeslaus, Nicolaus Borko milites, Marquardus dictus Rugenwolt et Rufus Pribeslaus famuli antedictis emptoribus promisimus data fide; si vero in omnibus aut in aliquo premissorum articulorum defectus fuerit, illum supplebimus cum nostris compromissoribus; quod si non fecerimus, nos et nostri compromissores prescripti sub fidei cautione Colbergh civitatem intrabimus et non exibimus, nisi defectus per nos suppletus fuerit, uti prescriptum est, si quis fuerit in premissis. Sed ne pravorum lingua hanc nostram ordinationem infirmare possit in posterum, nos et nostri compromissores presentem cedulam desuper conscribi fecimus et nostris ipsorumque sigillis iussimus communiri. Testes sunt Hermannus de Kaghendorp, Gotfridus de Salice et Lodewicus frater eius, canonici Colbergenses, Lubbo Glazenap, Steslaus de Karckow, Stephanus de Wartekow, Lubbe Calsow, Herderus filius Sanderi de Damyz, famuli, Cifridus Cerdo, Hartmodi (sic!), Bertoldus Glazenap, Iohannes Gemelyn, Nicolaus et Reymarus de Scützow, Bertoldus Albus, Herderus Bolto, Barenwolt, Heynemannus Pattiner, Hintze Pape, Hermannus Plote, Henneke Albus, Kerstianus de Lewytzow et alii quam plures fide digni burgenses in Colbergh civitate. Actum Colbergh et datum ibidem anno incarnationis dominice millesimo CCC° secundo, in die sancti Valentini martiris benedicti per manum Amelunghi notarii consulum in Colbergh.

1) Dregersche Abschrift: Sabellis.

Nach der Dregerschen Abschrift aus der (verlorenen) Colberger Kapitelsmatrikel S. 283 Nr. 123. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1013.

Gedruckt bei Wachsen, Geschichte der Altstadt Colberg (auch Transsumpt von 1304 Septbr. 7), bei Sello, Geschichtsquellen des Geschlechts von Borcke I S. 153 Nr. 146 und auszüglich im Pommerell. Urkundenbuch S. 536 Nr. 602.

2020.

1302 März 3 Greifenberg.

Herzog Bogislaw IV. giebt dem Kloster Belbuck das Eigenthum des Dorfes Görke mit der Bedingung, daß dasselbe keinem Fürsten oder sonst einem Mächtigen verkauft werden solle.

Buguzlaus dei gratia dux Slavorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Quoniam more torrentis aque tempora pretereunt, oportet ut res geste modernorum per scripta ad noticiam veniant futurorum. Ideo notum esse volumus nationibus presentibus et futuris, quod nos et dilectus filius noster Wartizlaus de maturo consilio et communi consensu dedimus et donavimus abbati et conventui et ipsi monasterio castri Sancti Petri in Belbuc ordinis Premonstratensis, Camynensis dyocesis, proprietatem et ius proprietatis ville Gorik, secundum quod in terminis suis sita est cum pratis, pascuis, agris cultis pariter et incultis, stagnis, rivis decurrentibus et aliis aquis, insulis, silvis, nemoribus, molendinis constructis pariter et construendis, piscationibus et utilitatibus et usufructibus universis, qui in terminis predicte ville Gorik sunt aut quos in eisdem poterunt in futuro comparare. Causas etiam et excessus hominum in predicta villa commorantium sicut in ceteris bonis suis plenarie iudicabunt. Ceterum si antedicti abbas et conventus necessitate urgente bona contigerit vendere memorata aut pro aliis bonis commutare aut alienare aliquo modo, non debent ea vendere vel alienare alicui nobili vel potenti, per quem nos et heredes nostri vel terra nostra poterimus perturbationem, dampna et incommoda sustinere. Testes sunt Reimarus de Wacholt, Henricus de Heydebrake, Iohannes de Heydebrake, Lodewicus Kedink, Ulricus de Ost, A. Wedelstede, Iohannes Manduvel, milites, Iohannes Troye, Wulf, Gherardus Grope, Matheus Advocatus, consules civitatis Grifenberg ac consules civitatis Trebetow et alii quam plures fide digni. Ne autem id, quod provide factum est, perversitate qualibet impugnetur, sigillum nostrum presentibus literis est appensum. Datum Griphenberg per manus domini de Moderiz anno domini M° CCC° secundo, sabbato ante Esto mihi.

Nach der, auf dem jetzt nicht mehr vorhandenen Originale in Greifenberg beruhenden Abschrift Dregers im Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 998. Abschrift im Greifenberger Stadtbuch im Staatsarchive Stettin (Dep. Stadt Greifenberg Tit. I Sect. 1 Nr. 1) Bl. 162.

2021.

1302 März 9 und August 14.

Notiz über Gütererwerbungen des Klosters Oliva.

Anno domini MCCCII, septimo Ydus Marcii abbas Rudigerus emit hereditatem Mostryn[1]) et in eodem anno in vigilia assumptionis beate Marie Swencza palatinus cum filiis suis Petro, Laurentio, Iohanne dederunt monasterio Langow et Gransyn.

[1]) Bei Putzig.

Nach einer Notiz in der Lemberger Handschrift der Chronik von Oliva (Pawlikowskische Bibliothek in Lemberg), gedruckt in der Altpreußischen Monatsschrift VIII (1871) 603.

2022.

1302 März 18 Stralsund.

Agnes, Fürstin von Rügen, leiht mit Zustimmung ihres Gemahls, des Fürsten Wizlaw II., ihrem Kapellan Bernhard einen Altar in der Kirche zu Prohn und dotirt solchen mit drei von ihr daselbst angekauften Hufen.

Agnes dei gracia princeps Ruyanorum omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino sempiternam. Quoniam salutari consilio salvatoris nostri iubemur, amicos nobis facere de rebus transitoriis et caducis, ut eorum suffragantibus meritis, cum defecerimus, recipiamur in eterna tabernacula, tales potissimum nobis amicicie vinculo consiliare atque eligere convenit, quos fides pura, vita clara, intentio pia, devotio assidua, religio sancta atque perfectio summa dei facit domesticos et amicos. Hinc est, quod nos ad cultum divini nominis ampliandum ac uberiorem fructum animarum procurandum, divina, ut speramus, afflate gracia, de maturo nostri dilecti mariti, domini Wizlai, consilio necnon filiorum nostrorum, domini Wizlai et Sambori, consensu altare in ecclesia ville Perun domino Bernardo, nostro capellano, contulimus pure et simpliciter propter deum. Ad quod nos, cum consensu dilecti mariti nostri pariter et assensu filiorum nostrorum predictorum tres mansos in predicta villa Perun iacentes cum edificiis suis, sicuti nos cum nostris denariis propriis emimus, in remissionem nostrorum peccaminum et parentum, succedentium nostrorum omnium cum omnibus attinenciis suis, sicuti nos habuimus, assignavimus et dedimus cum proprietate et libertate totali ab eo et a quolibet sacerdote, qui pro tempore fuerit, perpetuo libere possidendo. In cuius rei testimonium evidens sigillum nostrum una cum sigillis dilecti mariti nostri, domini Wizlai, filiorum nostrorum, dominorum Wizlai et Sambori, presentibus duximus apponendum. Datum et actum Sundis anno domini M° C° C° C° secundo, die dominico cum canitur Reminiscere.

Nach dem Original im Stadtarchiv zu Stralsund (Schr. VII Schiebl. 1) mit vier Siegeln an rothen, gelben, grünen und roth-gelben Seidenfäden. Das Siegel der Fürstin Agnes liegt lose bei.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 298 S. 122 (im Regest S. 80 falsch mit März 13 datirt).

2023.

1302 März 30 (?) [1]) Demmin.

Herzog Bogislaw IV. verleiht allen Kaufleuten, namentlich den schwäbischen, dänischen und normännischen, von allen Abgaben und Zöllen freies Geleit für ihre Waaren, welche sie nach Wolgast und Anklam bringen und dort verkaufen wollen.

Universis Christi fidelibus hoc presens scriptum visuris volumus esse notum, quod nos Bucslavus dei gracia dux Slavorum et Cassubie dedimus licenciam omnibus mercatoribus et mercimonia deducentibus circumquaque residentibus liberum [2]) conductum absque aliqua inpeticione advocatorum seu officialium nostrorum et absque omni inpensione theolonei mercimonia eorum qualiacunque habencia in civitatem nostram Wolgast et Thanclim deducendi et eadem ibidem vendendi, maxime viris Suevis [3]), Danicis et Normannis. Hoc ut permaneat ratum, sigilli

nostri munimine roboramus. Datum Demyn anno domini M° CCC° secundo, XIX. Kalendas Aprilis, feria VI. ante Letare.

1) Die Datirung enthält einen unzweifelhaften Widerspruch; feria sexta (die Abschrift im Mscr. Pomer. fol. 148 in Greifswald hat: 7) ante Letare ist im Jahre 1302 der 30. März, XIX. Kal. April. ist der 14. März; zudem wäre die Datirung XIX (Mscr. Pomer. fol. 148 hat ausgeschrieben nono decimo) Kal. April. statt pridie Idus Mart. sehr ungewöhnlich; wahrscheinlich ist XIX statt III verschrieben. 2) Original: e t liberum. 3) Suevis ist nachträglich hinzugefügt.

Nach dem Originale im Stadtarchiv zu Anklam Nr. 16 mit Siegelresten. Original-Transsumpt von 1339 ebenda Nr. 34. Abschrift im Copiar der Stadt Anklam im Staatsarchiv Stettin Mscr. I 2 S. 12, im Stadtarchiv zu Anklam Tit. II Sect. 1 Nr. 5 Bl. 13 v u. Nr. 6 fol. 7 v, Mscr. Pomeran. Fol. Nr. 146 der Greifswalder Universitätsbibliothek Wolgast Nr. 4 u. 148, Anklam Nr. 20. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 999.

Gedruckt bei Stavenhagen, Topographische und chronologische Beschreibung von Anklam S. 340 Nr. 25, Hansisches Urkundenbuch II S. 9 Nr. 17, Dähnert, Pommersche Bibliothek 5, 222.

2024.

1302 April 26 Stralsund.

Der Guardian der Minoriten zu Stralsund Giselbert schließt mit der Stadt eine Vereinbarung wegen Anlage eines heimlichen Gemachs und zweier Wohnungen außerhalb der Stadtmauer.

In dei nomine amen. Omnibus Christi fidelibus, quibus presens scriptum fuerit recitatum, frater Gyselbertus gardianus totusque conventus domus fratrum minorum civitatis Stralessundis salutem in eo, qui neminem vult perire. Ne ea, que in tempore fiunt, evanescant et pereant tempore defluente, solent scripturarum et testium memorie commendari. Quocirca notum facimus presentibus et futuris, quod nos super constructione cuiusdam necessarii extra muros cum consulibus civitatis in unum convenimus sub hoc pacto: Nos de communi consensu et mera voluntate consulum construere debemus necessarium cum duabus habitacionibus, quarum inferiorem ad nostrum usum debemus libere observare, consules autem superiorem habitacionem, quam cum gradu et hostio bene serato faciemus ad usus civitatis, libere ad usus quoscumque voluerint observabunt. Eciam si, quod absit, de eodem necessario civitati aliquod periculum proveniret, consules de toto necessario se intromittant, cum ipso quidquid decreverint facientes. Preterea quando burgenses bona sua ad pontem nostrum deputare voluerint, nos debemus valvam et portas hiis burgensibus, quibus necesse fuerit, aperire, ut pateat eis via, et hoc quamdiu habuerimus ibi portam; sed transire debent discrete, tempestive et quiete, sicut religiosos homines bene decet. Ceterum nos debemus consulibus clavem nostre porte ad pontem, quando habere voluerint, presentare. In predictorum testimonium, ut perpetuo maneant firma, sigillum gardiani et conventus presentibus sunt appensa. Datum Stralessundis anno domini millesimo CCC° secundo, feria quinta in septimana Pasche.

Nach der Abschrift in einem alten Copeienbuch Bl. LXXVIII v im Stadtarchiv zu Stralsund.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 299 S. 123.

2025.

1302 April 29 Stettin.

Herzog Otto I. vereignet mit Genehmigung des Propstes der Marienkirche zu Stettin Hildebrand dem Altar St. Johannis in der Pfarrkirche zu Greifenhagen vier Hufen in Alt-Grabow, welche dem Katharinenaltar daselbst zugestanden haben.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubiae universis Christi fidelibus, ad quos praesens pagina pervenerit, salutem. Opera pietatis nobilium sive misericordie non sunt oblivioni tradenda, sed potius tenaci memoriae iugiter commendanda; et ideo oportet ipsa testibus et instrumentis fortiter confirmari. Quare notum facimus universis et praesentibus publice protestamur, quod quatuor mansos sitos in villa antiqua[1]) Grapow, quorum proprietatem altare sanctae Katharinae, quod fuerat fundatum in ecclesia parrochiali in Gryphenhagen, ad sustentationem sui sacerdotis habuit tempore revoluto, modo vero ad altare sancti Iohannis apostoli et ewangelistae, quod in eadem ecclesia situm et fundatum est, apponimus et cum maturo consilio et consensu honorabilis viri domini Hildebrandi prepositi gerentis vices venerabilis domini episcopi ecclesiae Caminensis tytulo donationis appropriavimus cum omni fructu et utilitate suorum proventuum qualibetque libertate cum terminis suis plenis et perfectis pascuis[2]), pratis, piscationibus et lignorum acquisitionibus ad meliorem sustentationem sacerdotis pro tempore officiantis altare modo dictum.[3]) Praeterea volumus, ut[4]), si excessus aliquis in bonis iam dictis contingerit, iudex villae iudicans de eodem, si emenda pecuniaria pro ipso[5]) solvetur, sacerdos iam dicti altaris tollat facte emende[6]) duas partes, iudex autem tertiam partem sumat impedimentis omnibus amputatis. Et ut stabilitatem et securam firmitatem habeant hic prescripta, praesentem literam inde confectam dedimus nostro sigillo firmiter roboratam. Testes sunt dominus prepositus Hyldebrandus, Bertramus decanus totumque capitulum ecclesiae Stetynensis, noster marscalcus Luchto, Stango, Wilhelmus Trampo, Iacobus cum Torace, Coldenbeke, Hinricus de Pokelente, Gerardus de Bertekov[7]) milites, Arnoldus de Sanne, Iohannes Wussow[8]), Petrus de Brakel et consules Stetynenses necnon consules in Gryphenhagen et alii quam plures fide digni. Datum et actum Stetyn anno domini M° CCC° II°. tertio Kalendas Maii.

[1]) In A: antiquo. [2]) pascuis fehlt in B. [3]) A hat fehlerhaft dicto. [4]) A und B haben vor ut ein sinnloses et. [5]) B hat pro tempore. [6]) emende fehlt in A. [7]) Bertecowe B. [8]) Wossow B.

Nach dem Copiar der Marienkirche im Marienstiftsarchiv in Stettin Titel I Sectio I Nr. 33 fol. 21 (A); Abschrift in der Matrikel ebenda Titel I Sectio I Nr. 1 fol. 174 (B); Diplomatar. eccles. S. Mariae II Nr. 38 (C).

2026.

1302 Mai 15.

Herzog Waldemar von Jütland verkauft dem Kloster Hiddensee alle seine Güter in Lehsten und eine Hakenhufe in Renz für 1000 Mark slavisch.

Omnibus presens scriptum cernentibus Waldemarus dei gracia dux Iucie sinceram in domino dileccionem. Recognoscimus publice protestantes, quod nos viro religioso et discreto domino Petro abbati monasterii sancti Nicholai in Hiddensø pro mille marcis slavicorum vendidimus omnia bona in villa Leste cum una haka in Renciz, que a quodam Szlawekino empcionis titulo

acquisivimus, cum omnibus iuribus et pertinenciis ad utilitatem dicti monasterii perpetuo possidenda, que quidem bona ad annum et diem abbati et conventui dicti monasterii ab impeticione omnium liberare promittimus ac eciam warentdare. Si vero medio tempore aliquis predicta bona inpetere voluerit quoquo modo, nos et frater noster Ericus dominus Langlandie et milites infrascripti ad mensem, postquam nobis hoc innotuerit, Stralesundis intrabimus, non exituri, antequam predicta bona ab inpeticione omnium eidem monasterio liberabimus, warentdabimus et cum omni iure appropriemus. (!) Recognoscimus nos eciam dicto abbati promisisse et una nobiscum fratrem nostrum et milites infrascriptos promisisse, hec sepedicta bona ab omni servitute, onere, gravamine, exactione, precaria vel quacumque alia inpeticione domini Wizlavi principis Ruyanorum vel suorum successorum ante festum beati Martini cum omni iure perpetuo liberare. Promiserunt una nobiscum dilectus frater noster antedictus, Nicolaus et Tesze fratres de Potbozk, Hinricus marscalcus, Bertoldus et Iohannes de Ost, Arnoldus[1]) de Vizen, Conradus Dotenbergh, Ernestus Budde milites discreti, Arnoldus[1]) de Ost et Claus Scriptor famuli, quorum eciam sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° secundo, Ydus Maii.

[1]) Arnaldus. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Hiddensee Nr. 6. Von den angehängt gewesenen zehn Siegeln sind nur vier, und auch diese sehr fragmentarisch, erhalten; es sind zwei Ostensche, das Vizensche und das von Claus Scriptor. Die Datirung ist nicht ganz sicher. Nach dem Aeußeren der Urkunde, der räumlichen Anordnung, dem . hinter secundo, welches von Ydus durch einen größeren Zwischenraum getrennt ist, gehört secundo zur Jahreszahl, welche dann 1302 lautet. Dafür spricht auch die Bestätigung der Urkunde durch Fürst Wizlaw, welche am 9. Juni 1302 erfolgte (s. unten Nr. 2032). Extract bei Klempzen fol. 60 v., Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1005.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 300 S. 123.

2027.

1302 Mai 21 Wolgast.

Herzog Bogislaw IV. schenkt dem Nonnenkloster zu Wollin das Eigenthum an dem Lande Bukow mit allem Nutzen und das Patronatsrecht über die Kirche zu Krummin und das dazu gehörige Kirchenlehen.

In nomine sancte et individue trinitatis. Bugezlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi bonum, prout gessimus in corpore, sive malum, oportet ergo nunc in lacrimis seminare, quod tunc, cum extreme messionis dies advenerit, fructuose metere gaudeamus; dicetur tunc districti iudicis sentencia reprobis: ite infructuosi, quia non seminastis, et probis: venite, quia seminastis, unde vobis fructus multiplex pullulavit; et ne quasi arbor[1]) infructuosa succidamur et in ignem mittamur eternum, necesse est illum cunctis[2]) tremendum diem operibus misericordie preveniri. Igitur noscat verenda nacio presencium et felix successio futurorum, quod nos ad honorem omnipotentis dei et matris eius virginis gloriose in progenitorum nostrorum et nostrarum remedium animarum damus religiosis dominabus, filie nostre Iutte deo dicate et reliquis monialibus in Wolin proprietatem terre Bucow cum omni utilitate et usufructu, sicut ipsa terra in metis suis iacet, in aquis et aquarum decursibus, piscacionibus, pascuis, pratis, paludibus, lignis, arboribus, arbustis et cum omni iure, ita quod prorsus nichil iuris nobis reservamus in eadem, adicientes eciam ius patronatus ecclesie Cromin in ipsa terra Bucow site

et ipsum beneficium, cum primum nobis vacare contingerit(!), cum omnibus ad idem beneficium pertinentibus tali modo, si tempore succedente prefate moniales ibidem residenciam elegerint corporalem, volumus tantum ad illas moniales, que ibi deo serviunt, dicte terre Crummin[3]) proventus et dictum beneficium penitus pertinere; et hec damus dictis monialibus iusto donacionis titulo in perpetuum possidenda. Et ne hanc nostram donacionem in posterum livor detrahencium valeat irritare, presentem damus paginam inde confectam nostri sygilli munimine roboratam. Testes: Thetlevus prepositus Wolin, Henricus plebanus ecclesie beati Nicolai in Gripeswalt, Hartwicus plebanus in Cromin, clerici, item Iohannes de Gutzecowe nobilis, Henricus Heydene, Iohannes Bere noster marscalcus, Iohannes Manduvel, Heyno de Levenow, Zabel Lepel et Theodericus Lepel, Henricus de Reno milites, Otto de Bone, Gherardus noster advocatus, Iohannes de Pinnow et plures alii fide digni. Datum et actum Vulgust anno domini M° CCC° II°, XII° Kalendas Iunii, Elizabet tunc abbatissa[4]) in Wolin dicta de Alta Domo, per manum magistri Henrici nostre curie notarii.

1) Original verschrieben: albor. 2) Orig.: cuntis. 3) Von anderer Hand übergeschrieben. 4) Orig.: albatissa.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Stettin, s. r. Stadt Wollin Nr. 1. Das an roth-schwarzen Schnüren befestigt gewesene Siegel ist abgefallen. Originaltranssumpt von 1396 April 9 ebenda, s. r. Kloster Krummin Nr. 7; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1000.

2028.

1302 Mai 24[1]) Gartz.

Herzogin Mechtild von Pommern verleiht der Stadt Gartz das Straßen- und Zollrecht auf der Straße von Schwedt über Gartz nach Stettin.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Mechildis dei gracia ducissa Slavorum et Cassubie universis Christi fidelibus presens scriptum audituris in perpetuum salutem et omne bonum. Quoniam omnium habere memoriam pocius est divinitatis quam humanitatis, expedit ut ea, que coram nobis aguntur, literarum testimonio confirmentur. Hinc noscant presentes et futuri, quod nos ex nostro libero [arbitrio][2]) et voluntate gratuita in favorem, quem ingerimus civitati Gardz et in eius emendacionem sibi allocavimus stratam communem mercatoriam et vectigalem a civitate Swetz transeuntem per villas Reynekendorp et Tantowe et reliquas villas eiusdem viae[3]) versus Stettyn, ita quod omnes mercatores vectigales vel qualiscunque mercature fuerint relicta strata prefata per civitatem Gardz transire debeant versus Stettyn et a Stettyn redire versus civitatem Gardz libere in civitate Gardz absque omni inpugnacione exactionis. Nolumus enim, ut aliquis ausu temerario se opponat huic ordinacioni ordinatae per nostrum dilectum filium Ottonem ducem Slavorum et Cassubie et nos, ipsam infringendo. Quod si aliquis fecerit, ille noscat se contra nos et civitatem Gardz deliquisse. In cuius rei testimonium presentem literam cum sigilli appensione munitam ipsis conscribi iussimus ad tutelam perpetuam et perhennem. Cuius facti nomina testium sunt hec: The(odoricus) Luchto[4]) nostre curie marscalcus, Wil(helmus) Trampo, Henningus de Hinnenborch, Ubesco de Dyzekenhaghen, Hennigus Bukeman nostre curie advocatus, The(odericus) de Delen nostre curie cappitaneus, The(odericus) plebanus in Gardz, Ber. de Hagen et Ia(cobus) Laurencii cives in Penkůn et alii

quam plurimi honesti viri et fide digni. Datum Gardz anno incarnationis domini Mº Cº Cº Cº IIº, ultima V^{ta} feria ante diem ascensionis domini, hora vespertina, VIIIº Calendas Iunii, luna XXIIII^{ta}.

1) Die Datirung enthält einen Widerspruch: quinta feria ante diem ascensionis domini = 24. Mai; VIII. Calend. Iunii = 25. Mai. Ist bei VIII vielleicht eine I ausgelassen? 2) arbitrio fehlt in der Matrikel. 3) Matrikel hat versehentlich ville; in der Urkunde Ottos I. von demselben Tage richtig vie. 4) Matrikel verschrieben, Luchko.

Nach der im Staatsarchiv Stettin deponirten Gartzer Originalmatrikel Blatt 3v; Matrikel saec. XVII im Staatsarchiv fol. 18. Niederdeutsche Uebersetzung ebenda fol. 59. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1002.

2029.

1302 Mai 24 Gartz.

Herzog Otto I. verleiht der Stadt Gartz das Straßen- und Zollrecht auf der Straße von Schwedt über Gartz nach Stettin.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis Christi fidelibus presentem paginam audituris in perpetuum salutem et omne bonum. Quoniam omnium habere memoriam pocius est divinitatis quam humanitatis, expedit, ut ea, que coram nobis aguntur, literarum testimonio roborentur. Hinc notum esse volumus presentibus et futuris, quod ex nostro libero arbitrio et proviso animo nostri consilii secretariorum militum in favorem, quem ingerimus nostre civitati Gardz, et eius emendacionem sibi allocavimus stratam communem mercatoriam et vectigalem in civitate Sweyt transeuntem per villas Reinikendorp et Tantow et per alias villas ulteriores eiusdem vie versus Stettyn, ita quod omnes mercatores vectigales vel qualiscunque mercature fuerint de relicta strata prememorata per civitatem Gardz transire debeant versus Stettyn et a Stettyn redire versus Gardz libere in civitate Gardz ab omni inpugnacione exaccionis. Nolumus enim, ut aliquis ausu temerario se opponat huic ordinacioni ordinate per nos nostrosque milites ipsam infringendo. Quod si quis fecerit, ille noverit se contra nos nostramque civitatem Gardz deliquisse. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli nostri munimine munitam ipsis conscribi iussimus ad tutelam perpetuam et perhennem. Cuius nomina facti testium sunt haec: The(odericus) Luchto, Wil(helmus) Trampo, Hen(ningus) de Hinnenborch, Ubesco de Dyzekenhaghen, Hen(ningus) Bukeman et alii quam plurimi fide digni. Datum Gardz anno incarnationis domini Mº Cº Cº Cº IIº, feria V^{ta} ultima ante diem ascensionis domini nostri Iesu Christi.

1) Matrikel verschrieben Luchko.

Nach der im Staatsarchiv Stettin deponirten Gartzer Originalmatrikel Blatt 8; Matrikel saec. XVII. im Staatsarchiv fol. 25v Nr. 23. Niederdeutsche Uebersetzung fol. 68 v f. Abschrift im Stettiner Archiv Pars II Tit. 23 Nr. 28 fol. 20.

2030.

1302 Mai 31.

Papst Bonifacius VIII. bestimmt, daß Niemand Schulden halber gebannt werden sollte.

Potthast 25155. Für Kloster Bukow transsumirt am 21. März 1400 im Originaltranssumpt vom 10. Mai 1468 im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Bukow Nr. 16.

2031.

1302 Juni 7 Neuenburg.

Swenzo, Woiwode von Pommerellen, überträgt dem Walther Grelle das Erbrichteramt in Neuenburg mit verschiedenen Einkünften.

In nomine domini amen — — — — Proinde noverint universi posteri videlicet et futuri, quod nos Swenczo, woywod Pomoranie, cum Petro cancellario, Iohanne et Laurencio dilectissimis filiis nostris dilecto nobis famulo Walthero Grelli ac suis liberis natis et nascendis dedimus in civitate nostra Nuwenburc, ut sit iudex in ea etc. — — — — — — — Data et conscripta sunt hec in eadem civitate nostra Nuwenburc anno domini M° CCCII° in octava assensionis, presentibus domino Gotsalco de Gen, Stephano de Bela, fratre Iohanne gardiano fratrum ibidem dicto de Godow, Herdano, Ludewico, Iohanne Rufo civibus et aliis fide dignis.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Königsberg Schiebl. 50 Nr. 69.

Gedruckt im Pommerell. Urkundenbuch S. 537 Nr. 604.

2032.

1302 Juni 9.

Fürst Wizlaw II. von Rügen und seine Söhne Wizlaw III. und Zambor schenken dem Kloster Hiddensee das volle Eigenthum an allen Gütern in Lehsten und Renz mit allen Pertinenzen und der höheren und niederen Gerichtsbarkeit über dieselben.

Omnibus presens scriptum cernentibus Wizlavus dei gracia princeps Ruyanorum et dux Pomeranorum necnon Wizlavus et Zamborus filii sui salutem in virginis filio glorioso. Notum facimus universis, quod nos matura deliberacione et mera libertate et eciam ad peticionem dominorum Waldemari ducis Iucie et Erici fratris sui domini Langland(ie) donavimus deo et beate Marie necnon religioso viro domino abbati et conventui monasterii sancti Nycolai in Hyddense Cysterciensis ordinis plenam proprietatem omnium bonorum ad villam Leesten pertinencium cum omnibus terminis suis ab antiquo distinctis, cum agris, pratis, pascuis, paludibus nunquam per nos vel quempiam hominum de cetero mensurandis, cum aquis et virgultis, cum proprietate bonorum in Renciz et terminorum eorundem cum pleno et totali iudicio maiore videlicet et minore in omni causa et in omnibus locis bonorum et terminorum omnium predictorum, ita ut omnia bona memorata cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ab omni potestate et iurisdicione nostra et successorum nostrorum perpetuo sint libera et exempta et prefati dominus abbas et conventus de ipsis bonis omnibus disponant, ordinent et faciant, quicquid eorum placuerit voluntati. In cuius rei testimonium presens privilegium sigillis nostris fecimus roborari. Testes sunt Waldemarus dux Iutie et Ericus frater suus dominus Langlandie nostri awunculi, dominus Arnoldus abbas Novi Campi, dominus Iohannes abbas Dargunensis, dominus Nycolaus et Theze fratres de Putbuzke, Hynricus et Bertoldus milites de Osten,

dominus Arnoldus de Vizen et Ernestus Budhe miles et alii quam plures. Datum anno domini M° CCC° secundo, in profesto pentecostes.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Hiddensee Nr. 7. Siegel nicht vorhanden. Abschrift in der Matrikel des Klosters Nr. 56 fol. 63 v. Extract bei Klempzen fol. 60 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V. Nr. 1006.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 301 S. 123. Auszüge im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 65 Nr. 2798 und im Pommerell. Urkundenbuch S. 538 Nr. 605. — Eine andere abweichende Ausfertigung derselben Urkunde vom 29. Juni s. unten Nr. 2036. Vergl. auch oben Nr. 2026.

2033.

1302 Juni 23 Colberg.

Der Rath zu Colberg setzt die Statuten der Salzkocher-Gilde fest.

Nos consules in Colberg universitatis nostre provisores servitoresque constituti et electi ad profectum ipsius et honorem iugiter intendere nitimur, ut iure tenemur, quedam vetera statuta arbitrata, que quondam fraternitati salis coctorum, ghilde vulgariter dicte, per quam nostra Colberg maxime et precipue suffulta sustentatur et floret, dederamus instituentes de consilio maturissimo nostrorum tam veterum quam novorum consulum conscribere decrevimus et stabilire, ut quevis persona de numero fraternitatis eiusdem existens ipsa eo firmius teneat atque servet; et est prima quidem institucio hec videlicet, quod quecunque persona de consorcio fraternitatis istius esse voluerit, debet primum anno et die noster fuisse conburgensis, et quod habeat de suis propriis bonis XL marcas denariorum, cuius veritatem duo probi viri nostri concives quivis XL marcas habentes protestabuntur; hoc supposito, si persona hec fuerit filius alicuius, qui fraternitatem hanc quondam habuit, illi est parcendum, et si persona hec habuerit C marcas propriorum bonorum, hereditatem emet et fraternitas sibi non dabitur, nisi prius emerit hereditatem. Hec eciam persona tante debet esse valitudinis, quod pro viro possit ire, stare, ambulare, equitare et cetera sicut vir facere. Item filius sal non decoquet, nisi habuerit bona specialia et a patre divisa. Item fratres et congnati, quorum pars foris et pars intus civitatem moratur, bona mutuo habentes sal non decoquent, nisi quivis specialiter et divisim per se habeat sua bona. Item si aliqua persona de fraternitate hac decesserit ante festum sancti Iacobi, vidua ipsius et relicta non decoquet, set per eandem estatem et non ultra; si vero post festum sancti Iacobi decesserit, relicta eius per illam et per secundam estatem decoquet, ut suis creditoribus eo melius solvere possit. Item quicunque fratrum istorum exit civitatem nostram cum uxore sua in hyeme, si redierit, non decoquet, nisi de novo fraternitatem acquisierit. Item quevis sartago in longitudine VI et in latitudine VI ulnam retinebit. Item nemo prestabit alteri suam sartaginem nec eam suo proprio servo sub pena unius talenti denariorum accommodabit. Item si aliquis fraudulenter et secrete in decoctione communionem habuerit cum aliquo fraternitatem non habente, ille fraternitate carebit et sal in tugurio et ligna ante tugurium iacencia nobis recipiemus. Item quivis alveus tres sexagenas urnarum secundum mensuram

nunc factam continebit; sed si X urnas magis retinuerit alveus, in hoc excessum non iudicamus neque varam. Item omnes dantes et tollentes sal in parvas tunnas non mensuratum habebimus pro iniustis et iniquis et sal ad usum civitatis recipiemus. Item due patelle in uno tugurio ferventes unum habebunt modium sub pena XX solidorum. Item quivis dabit servo suo tot denarios pro sporta, quantos solvit lasta in monte pro paratis denariis sub pena talenti. Item statutum de alveis predictum sub pena X marcarum servari mandamus. Item nullus, postquam civitas clauditur et antequam aperitur, sal mensurabit, ligna cum curribus et pramonibus ducet; quod qui fecerit, habebimus viro pro iniusto. Item nemo dabit ligna pro sale sub pena unius talenti. Item nemo emet ligna scilicet plaweholt et blochold ante clausuras; quod qui fecerit, de grenza qualibet I talentum et similiter de quolibet flot totidem nobis dabit. Item quicunque plawehold superius in piscina emerit, de qualibet grenza I talentum nobis dabit; et eadem ligna quicunque infra slusam in aqua emerit, de qualibet grenza IIII solidorum penam se noscat incursurum. Item nemo secabit ligna blochold inter civitatem et montem in ista parte aque. Item nullus emet plura ligna plawehold ad cumulandum seu deponendum per hyemem ad futurum annum, quam ad quamlibet patellam XX grenzas; si plura emerit, ea nobis ad usum tollemus civitatis. Item si aliquis ligna emere inceperit, quod dinghet dicitur, et alter supervenerit, si partem in lignis habere voluerit, alius sibi partem dimittet sine contradictione sub pena XX solidorum. Item si quis habuerit ligna ad mensem, non emet plawehold sub pena talenti. Item vendentes et ementes sal in anforis, in sportis, malleum, ligones, uncos, seras et cetera ad[1]) cocturam salis pertinencia pro iniustis reputabimus. Item nemo deferet nec deferri faciet ligna in civitatem, exceptis hastulis, plantis et restibus, nisi warand habeat; quod qui fecerit et in cuius possessione ligna inventa fuerint, pro fure reputabitur. Item nulla cimba ducet ligna preter hastulas sub pena talenti et cimbam nobis tollemus, sed cimba sancti Spiritus et sancti Georrii ligna rogata et petita ducet libere. Item nemo emet ligna a nostris burgensibus, nisi ipsi ea suis equis de mirica vel navibus suis in portum deduxerint. Item quandocunque ligna plawehold per slusam descenderint, tunc omnes naves scilicet bordingi inter civitatem et montem deducentur et ammovebuntur; quod si factum non fuerit, sine excessu libere dimittentur et dissolventur. Item ligna signata signo civitatis nemo deducet nisi de licencia saltgraviorum sub pena unius talenti denariorum. Preter hec ambo fontes meliorabuntur, si melioracione indigent. De pecunia ex fraternitate resultante superfluuum in civitatis usum convertetur. Ceterum quicunque ligna in lignorum divisione acceperit, ea non reddet; quod si fecerit, dans et similiter ligna recipiens talentum nobis dabit. Dum hec omnia pro utilitate universitatis nostre, cui preesse fideliter de iure tenemur, conscribi fecimus, proconsules fuerunt Sifridus Cerdo et Bertoldus Glasenap, camerarii Conradus Albus et Gherrardus Wigboldi, saltgravii parvus Hildebrandus et Hermannus Rensecowe. Presentes fuerunt tam novi quam antiqui nostri karissimi de consilio socii, isti videlicet: Sifridus Cerdo, Hartmodus, Iohannes de Brunswic, Iohannes Ghemelin, Iohannes senior Stekeling, Iohannes de Rozstoke, Iacobus Heydenrici, Arnoldus Pellifex, Ditmarus Landesbant, Ioachym, Gher(ardus) de Lubeke, Iohannes Colberg, Iohannes de Monasterio, Herderus Bolto, Nicolaus de Scůtsowe, Hermannus de Arce, Hermannus Boyding, Albertus de Lubeke, Hince Sifridi, Iohannes iunior Stekeling, Barenwold, Gozwinus de Salice, Ghiselerus, Calvus Webelo, Rotcherus Merine, Hince de Aquis, Salomon senior et saltgravii superius nominati. Ut autem tam singula quam universa, que supra scripta sunt, eo firmius serventur, pro utilitate communitatis nostre presentem cedulam fraternitati prefate super eo dedimus nostre Colberg civitatis sigillo in evidens testimonium

sigillatam. Actum et datum anno incarnationis dominice M° CCC secundo, in vigilia sancti Iohannis baptiste. Datum per manum Amelungy nostri notarii.

[1]) Orig.: a.

Nach dem Originale mit an rosa und gelben Schnüren anhängendem grünem Wachssiegel der Stadt im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Stadt Colberg Nr. 18.

Gedruckt bei Riemann, Geschichte von Colberg, Anhang S. 11 Nr. X.

2034.

1302 Juni 28 Treptow a. T.

Herzog Otto I. verleiht dem Nonnenkloster Jvenack das Dorf Weitendorf.

In nomine domini amen. Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie protestamur, quod ob reverenciam omnipotentis dei et sue matris intemerate virginis Marie in salutem animarum nostrorum progenitorum et nostrorum scelerum relaxamen[1]) scilicet reverendis in Christo monialibus Cysterciensis ordinis cenobidatis in Yvenac villam Weytendorf cum suis distinctionibus, continentibus viginti mansos cum iure eo, quod nos contingere aut nostros heredes posset in eadem, contulimus tytulo appropriacionis, perpetualiter possidendam, volentes, ut una nobiscum nunc viventes amici nostri et benefautores hanc perpetuam nostram collacionem feliciter ipsis monialibus observent et nostri successores etiam non infringant. Cuius sunt rei testes: nobilis vir dominus Iohannes comes de Gutsecow, Stangho et Hinricus Vos de Wolde, Iohannes de Walsleve, Ebelo de Ieben, Hinricus et Iohannes de Heydebrake, nostri milites fide digni. Acta res et nostro sigillo presencium testimonio munita sub annis (!) gracie domini millesimo trecentesimo secundo in vigilia Petri et Pauli apostolorum sanctorum in Trebetow.

[1]) relexamen. Orig.

Nach dem Originale mit an rother Seide anhängendem großem Herzogssiegel im Hauptarchiv zu Schwerin s. r. Kl. Jvenack.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 71 Nr. 2811.

2035.

1302 Juni 29.

Fürst Wizlaw II. von Rügen erlaubt dem Gottschalk zur Mühlen vor der Stadt Stralsund neben St. Georg eine Mühle aufzuführen.

Omnibus presencia visuris Wislaus dei gracia Ruyanorum senior princeps salutem in domino. Notum facimus presentibus, quod nos concedimus et damus Gotschalco dicto de Molendino libertatem, ut construere et edificare sibi liceat molendinum in campo ante nostram civitatem Sundis apud sanctum Georrium, quando et quomodo sibi fuerit oportunum, dantes sibi et suis heredibus ipsum cum omni utilitate et fructu, quod inde provenerit, perpetuo liberum iure Lube-

censi possidendum. Et si vendere decreverint predictum dictus et sui heredes racione paupertatis vel alterius necessitatis, in hoc[1]) concedimus similiter liberam facultatem memoratis. Cuicunque etiam vendiderint, eisdem damus eandem libertatem supra sepedictam, quam donamus antedictis. Preterea precipimus omnibus in nostris terris morantibus, ut hanc donacionem nostram in nullo audeant irritare, sicut nostram gratiam diligant in offensam. In cuius rei certitudinem presentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum anno domini M° CCC° secundo in die Petri et Pauli apostolorum.

[1]) Uebergeschrieben.

Nach dem Originale im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. VII Schiebl. 1) mit an Pergamentstreifen anhängendem Siegel des Fürsten.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 302 S. 124.

2036.

1302 Juni 29 Stralsund.

Fürst Wizlaw II. von Rügen und seine Söhne Wizlaw III. und Zambor schenken dem Kloster Hiddensee das Eigenthum des Dorfes Lehsten mit einer Hakenhufe in Renz mit allen Rechten und Pertinenzien.

Wyzlaus[1]) domini Iaromari filius necnon et Wyzlaus[2]) et Sambur[3]) filii eius dei gracia principes Ruyanorum universis Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in domino sempiternam. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos ad peticionem et instanciam dilectorum consangwineorum[4]) nostrorum domini Waldemari ducis Iucie et Erici domini Langlandie cum matura deliberacione et consensu unanimi de consilio fidelium vasallorum nostrorum donavimus deo et beate Marie virgini necnon domino abbati et conventui de Hiddense[5]) Cysterciensis[6]) ordinis integram proprietatem ac dominium fundi ville et omnium bonorum, que vocantur Lesten[7]), cum uno haken in Rentzitze[8]) in terra Scaprode situatorum cum[9]) pratis, pascuis, paludibus, aquis, virgultis, cum omnibus terminis suis notissime ab antiquo distinctis, nunquam per nos vel quempiam hominum de cetero mensurandis, cum omni utilitate et fructu bonorum predictorum, cum omni iudicio totali videlicet maiore et minore[10]), in omni causa et in omni loco bonorum eorundem, ita ut neque[11]) nos neque[11]) heredes nostri nec aliquis hominum de libertate predictorum bonorum sibi aliquid debeat vendicare nec in eisdem bonis in gravamen et preiudicium memoratorum domini abbatis et conventus possit vel debeat aliquid attemptare, sed sepedicti dominus abbas et conventus ipsa bona cum omnibus ad ea pertinentibus quiete et libere debeant perpetuo possidere. In cuius rei perpetuam firmitatem presens privilegium sub adnotacione testium subscriptorum sigillis nostris et sigillis nobilium dominorum Waldemari ducis Iucie et Erici domini Langlandie fecimus communiri. Testes vero hii sunt: dominus Waldemarus dux Iucie, Ericus dominus Langlandie fratres, dominus Nicolaus et dominus Theze fratres de Branthenhagen[12]), dominus Hinricus et dominus Bertoldus de Ost fratres marscalci nostri, dominus Arnoldus de Vitzen, dominus Iohannes de Ost de Neslestorp[13]), dominus Ernestus Budde et dominus Conradus Dotenberch[14]) milites, Arnoldus de Ost advocatus

noster et Nicolaus Schriver[15]) armigeri nostri et alii quam plures fide digni. Datum Sundis anno domini M° CCC° secundo, in die sanctorum apostolorum Petri et Pauli.

1) Wizlaus. B. 2) Witzlaus. B. 3) Zambur. B. 4) consanguineorum. B. 5) Hidensze. B. 6) Cisterciensis. B. 7) Leesten. B. 8) Rentzitti. B. 9) sicut (!) B. 10) maiori et minori. B. 11) nec. B. 12) Borantenhaghen. B. 13) Nezelstrop. B. 14) Dacenaes. B. 15) Serniore. B.

Nach dem Originaltransſumpt vom 6. Mai 1338 im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloſter Hiddenſee Nr. 27 (A); Abſchrift in der Hiddenſeer Matrikel Nr. 57 fol. 64 (B). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1007.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 303 S. 124. Eine andere, abweichende Ausfertigung vom 9. Juni ſ. oben Nr. 2032.

2037.

1302 Juli 12 Stralſund.

Zlaweke beauftragt den Ritter Bertold von der Oſten, die von ihm früher beſeſſenen, aber an Herzog Waldemar von Jütland verkauften Güter in Lehſten und Renz dem Kloſter Hiddenſee zu übergeben.

Universis Christi fidelibus presencia visuris vel audituris Zlaweke salutem in domino sempiternam. Notum facio presentibus protestando, quod ego honorabilem militem dominum Bertoldum de Ost procuratorem meum ordino et constituo in hoc videlicet, quod bona mea in Lesten et Rentzitze, que vendidi foro irretractabili illustri domino Waldemaro duci Iucie, domino abbati et conventui in Hiddense vel eorum ydoneo nuncio cum omni fructu et utilitate, sicut ea quondam possedi, resignet et ipsos in eisdem bonis potentes faciat, ratum et gratum habiturus, quicquid per dictum dominum Bertoldum ordinatum et factum fuerit in premissis. In cuius rei evidenciam sigillum meum presentibus est appensum. Datum Sundis anno domini M° CCC secundo, in profesto Margarete virginis.

Nach dem Originale, deſſen Siegel nicht mehr vorhanden, im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloſter Hiddenſee Nr. 8.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 304 S. 125.

2038.

1302 Juli 13 Stettin.

Adam Flemming und ſein Sohn Konrad verzichten gegen 30 Mark zu Gunſten der Marienkirche zu Stettin auf die Fiſcherei in Stepenitzlanken, verſprechen auch die Verzichtleiſtung Theoderichs, des Sohnes Adams, beizubringen.

Ego Adam miles dictus Flamig et ego Conradus filius eiusdem militis presentibus recognoscimus publice protestantes, quod nos in causa, quae super piscatione seu piscina dicta Stepenitz Lanken inter nos nostrosque heredes ex una parte et praepositum, decanum et capitulum canonicorum ecclesiae sanctae Mariae in Stetin ex altera diutius agitata exstitit, omni actione cessimus et omni iuri renunctiavimus in manibus praepositi et canonicorum ecclesie antedictae ad usus perpetuos eorundem, quę et quod nobis nostrisque heredibus in dicta

piscina seu piscatione in presenti competunt vel competere poterunt in futurum. Promisimus etiam fide data, quod iterato infra festum beati Michaelis proximo venturum in presentia dominorum nostrorum Bug(uslai) et Ottonis fratrum ducum Slavorum et Cassubię, omni actioni cedemus et omni iuri in manibus dictorum ducum ad usus praepositi, decani et capituli premissorum renunctiabimus, prout de iure terrę ac vasallorum fuerit faciendum. Promisimus etiam ego Adam miles et ego Conradus antedicti, quod Theodericus filius mei Adę modo premisso infra terminum prenominatum omni actioni et iuri, que et quod dicto Theoderico competit vel competere posset in futurum, in dicta piscina seu piscatione in manibus dictorum dominorum ducum ad usus premissi capituli et canonicorum cedet et finaliter renunciabit. Promiserunt etiam nobis praepositus et canonici antedicti infra premissum terminum, postquam renunctiaverimus et cesserimus iuri et actioni, (quod et que)[1]) in bonis predictis nobis nostrisque heredibus competunt vel competere possent in futurum, XXX[a] marcas denariorum slavicalium persolvere in restaurum et recompensam dictę piscinę seu dampnorum, si que[2]) nobis illata essent quocunque modo per eosdem. Testes huius rei sunt domini Conradus prior ecclesie sancti Iacobi in Stetin, Iohannes quondam notarius domini ducis Ottonis et Theodericus dictus Stuven sacerdotes et domini Luchto marscalcus dicti domini ducis Ottonis et Iohannes dictus Morat milites et Arnoldus dictus de Sanne, Iohannes dictus Albus, Hinricus prefectus, Iohannes dictus Luscus, Fredericus et Arnoldus dicti de Alta Domo, cives in Stetin, et alii quam plures fide digni. In cuius rei memoriam et noticiam futurorum ego Adam meum sigillum reci presentibus appendi. Datum et actum Stetyn anno domini M° CCC° II°, in die beate Margarete virginis.

1) Fehlt in der Matrikel. 2) Matrikel: qua.

Nach der Matrikel des Marienstifts in dessen Archiv zu Stettin Tit. I Sect. I Nr. 1 fol. 312. Zweite Abschrift im Diplomatar. eccles. S. Mariae II Nr. 37.

2039.

1302 Juli 25 Dargun.

Abt Johann von Dargun bezeugt, daß den Bewohnern des Dorfes Zettemin das Feld Wredelof mit Ausnahme der Mühle gehört, das Kloster Dargun jedoch jährlich 5 Mark Zins davon zu erheben, auch nebst dem Müller die Weide mitzubenutzen hat.

Universis Christi fidelibus presens scriptum audituris frater Iohannes abbas in Dargun cum orationibus in domino salutem. Utiliter res gesta describitur, ne processu temporis per oblivionem a memoria deleatur. Hinc notum facimus presentibus et futuris, quod campus dictus Wredeloc excepto molendino et excepto monte supra molendinum posito ad cives ville Cethemin cum pascuis, lignis et cum omni sua utilitate spectat specialiter, sed tantum ecclesie nostre inde dabunt pro censu quinque marcas in festo Martini annis singulis persolvendas; quicunque vero ibidem a parte nostra fuerit, dicto campo ad usum pecorum nostrorum cum civibus communiter perfruetur. Molendinarius etiam in Wredeloc eisdem pascuis et lignis ad necessi-

tatem suam utendi habebit licentiam, cum consilio tamen civium predictorum. Unde ad successorum nostrorum noticiam presentem hanc literam eis super hoc conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum Dargun, anno domini M° CCC° II°, in festo beati Iacobi apostoli.

Nach der Abschrift von 1575 im Kirchenvisitations-Protokoll Clandrians (Amt Dargun); beglaubigte Abschrift von 1562 im Hauptarchiv zu Schwerin. Original fehlt.

Gedruckt im Meckenb. Urkundenbuch V S. 73 Nr. 2813.

2040.

1302 August 3 Demmin.

Ritter Heinrich von Wachholtz bewidmet die von ihm erbaute Kapelle zu Plestlin und ordnet ihr Verhältniß zum Pfarrer an der Mutterkirche zu Sophienhof.

Hinricus miles dictus de Wacholte omnibus in perpetuum. Cum hominis vita brevis, tempus vero longum existat, oblivio per successum temporis gestorum excludit memoriam, nisi scriptis et sigillorum appensionibus roborentur. Noverint igitur tam presentis quam futuri temporis singuli ac universi, quod ego Hinricus miles dictus de Wacholte de consensu filiorum meorum Reymari, Paridis, Iohannis, Symonis et Arnoldi necnon de consilio meorum plurimorum amicorum ob reverentiam omnipotentis dei, beate virginis Marie et beati Iohannis apostoli et ewangeliste et pro remedio anime mee et meorum progenitorum et successorum necnon de assensu et confirmatione venerabilis in Christo patris domini nostri Hinrici Caminensis ecclesie episcopi in villa mea Plestelin edificavi seu edificari feci capellulam cum scitu et voluntate Helmoldi prepositi in Yvenak patroni et Bertrammi plebani in Cerbencin et eam dotavi cum duobus mansis, scilicet cum omni iudicio et iustitia, prout habui et mei heredes in areis Iohannis de Wittenwerdere et Dethmari in eadem villa sitis, in pratis, agris, pascuis et nemoribus necnon in omnibus redditibus eorumdem. Prenotatos vero redditus predictorum duorum mansorum, quos ego H(inricus) legavi ecclesie supradicte, utrum in eadem divina fuerint an ne, dominus Ber(trammus) plebanus cum omni iure premisso inviolabiliter attamen optinebit. Preterea villani sive cultores agrorum ville memorate, quivis de suo proprio arbitrio et voluntate duos solidos de quolibet manso in ipsa villa sito in crastino beati Martini episcopi domino Ber(trammo) plebano in Cerbencin vel suo successori perpetuo persolvebunt (sic!). Si autem me dictam villam Plestelin vendere contingeret, emens eam[1]) per se vel per suos famulos vel nuncios exigere vel requirere debebit per pignora vel quomodo sibi magis videbitur expedire pensionem memoratam et eam sine omni dilatione et exceptione Ber(trammo) plebano in Cerbencin vel qui pro tempore fuerit ibidem ratione subiectionis et annectionis, cui videlicet ecclesie in Cerbencin dicta capella in Plestelin tamquam filia est annexa, integraliter presentabit. Quot (sic!) si non darent tempore deputato, prefatus Ber(trammus) plebanus cessare deberet ibidem a divinis, quousque darent de quolibet manso duos solidos prenotatos. Insuper predicti cultores agrorum predicte ville, cum de pensione duorum solidorum volunt esse soluti, domino Ber(trammo) plebano in Cerbencin vel qui pro tempore ibidem fuerit, in villa memorata videlicet Plestelin sex marcarum redditus perpetuo debent unanimiter conparare. Prefatus ergo Ber(trammus) plebanus in Cerbencin vel qui pro tempore ibidem fuerit, officiabit singulis septimanis, videlicet dominicis diebus et festivis, feria quarta vel sexta, dictam capellulam in Plestelin in missa.

In festo pasche[2]), nativitatis domini et pentecostes ibidem vesperas celebrabit. Ut autem mea predicta donatio seu dotatio stabilis perseveret, ad petitionem eiusdem Ber(trammi) plebani in Cerbencin sigillo meo feci presentem paginam roborari. Testes vero sunt hii: dominus H(inricus) Caminensis ecclesie episcopus, H. plebanus in Rokeniz, prepositus Helmoldus in Yvenak et alii quam plures fide digni. Datum Dymin anno domini M° CCC° II°, feria sexta post vincula sancti Petri apostoli.

1) Original: ea. 2) Original: pache.

Nach dem Originale mit an Pergamentstreifen anhängendem Siegel im Hauptarchiv zu Schwerin s. r. Kloster Ivenack. Das Wachholtz'sche Siegel zeigt in einem mit Ranken verzierten Felde einen stehenden Schild mit einem vorwärts gerichteten Widderkopfe. Legende: + S. HENRICI : DE : WACHOLT : MILITIS.

Gedruckt (mit mehreren größeren Auslassungen) im MeckIenb. Urkundenbuch V Nr. 2814 S. 74.

2041.

1302 August 16—21 Reddevitz.

Pritbur von der Lancken verkauft dem Kloster Eldena 5 Morgen Wiesen zu Reddevitz für 20 Mark.

Klempzen, Extract Regest Nr. 139, s. unten Nr. 2049.

2042.

1302 August 26 Rostock.

Herzog Waldemar von Süd-Jütland und sein Bruder Erich von Langeland, Fürst Wizlaw II. von Rügen, Graf Gerhard von Holstein und dessen Brudersöhne Adolf und Johann, Fürst Nikolaus von Werle und Fürst Heinrich von Meckenburg, verbinden sich mit König Erich von Dänemark und seinen Brüdern, sowie den Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg zu einem gütlichen Austrage etwaiger Streitigkeiten untereinander, zum Beistande gegen fremde Beeinträchtigungen und zu völliger Unterwerfung der Stadt Rostock unter den König von Dänemark.

Aar 1302, naeste Søndag effter den 8. Dag Assumptionis Mariae, forbant sich Hertug Woldemar aff Sønder Judland oc hans Broder Erich aff Langeland, Hertug Witzlaff aff Ryen oc hans Børn Geert aff Holsten, hans Brødrebørn Adolphus oc Johannes, Nicolaus Herre aff Verle oc Henrich Herre aff Mekelnborg med Kong Erich aff Danmarck, Ottho oc Conrad Margreffver aff Brandenborg, Hertug Christoffer oc Hertug Woldemar, Kongens Broder, at bliffue udi en fast stadig Fred sammens: Kom der Traette imellem Margreffverne, eller Kongen oc hans Brødre, skulle Kongen haffue Mact det at skielne, til minde eller rette; kom der Traette imellem Kongen og nogen aff dem, da skulle fire aff disse beneffnde, skaffe dennem Ret imellem, to paa Kongens side, to paa den anden Partis vegne, som Tviste, inden sex Uger naest effter, kunde icke de fire afflegge den traette, da skulde de allesammens komme oc giøre klart, in den sex Uger effter, at de andre haffue skild dem ved Sagen. Den som icke vil vaere tilfreds med deris Eed oc sigelse, den skal de saette til Rette. Hues der kom traette imellem Kongen, hans Broder oc Hertug Woldemar aff Judland, eller hans Brødre, Greffve

Geert aff Holsten, eller hans Brødrebørn, Hertug Witzlaff den aeldre oc hans Børn, da skal nogen deris Vasaller paa begge sider fortige dem, som skulle tilneffnis, lige som imellem Kongen oc dem, alt effter fornefnde Form, oc de dog stedse at bliffue udi it fast Venskab: hues nogen aff dem icke ville lyde Retten, oc huad forordnet bliffuer i disse Sager, da skal de alle staa den bj som Brøstlider: hues de aff nogen an den Herre bliffuer molesterit, som icke er ideris Bund, da skal den Skadde komme for Kong Erich, oc Kongen skal forordne hannem Ret eller minde, om det icke maa skee, skal hand hannem bestandig vaere med Mact. Hues vor Herre oc Konge aff nogen anden udvortis, end i dette Breff staar beneffnd, skeede ubørlig Forfang, da skal vi alle vaere hannem bistandige til minde elle rette, eller forhielpe hannem med Mact. Vi scal oc alle med Mact til hielpe, at Kongen bekommer Rostock oc Rostock foorbeed med alle tilleggelse, effter den Affskeed, oc som de Breffve, forbemelte Kongen oc Nicolao aff Rostock imellem er gangen, til Vidnesbyrd, undir allis voris Indsegle. Actum for Rostock.

Nach Huitfeldts Danmarckis Rigis Krønicke I p. 317. Gedruckt bei Suhm, Hist. af Danmark XI p. 401, Riedel, Cod. dipl. Brandenb. II 1 p. 245 Nr. 315 (Regest) und im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 76 Nr. 2818. Regest bei Fabricius III Reg. 495.

2043.

1302 September 17.

Quittung Heinrich Schönings und Bertrams von Beenz für Herzog Otto.

Hinrick Schenninck unnd Bartram van Bentz breff meldende eine quitantz belangende hertoch Otten tho Stettin. Datum 1302, die Lamberti, betekent mit C 111.

Klemptzen, Extract fol. 172.

2044.

1302 September 25 Anklam.

Herzog Bogislaw IV. überträgt der Stadt Anklam die Altefähre mit dem Zoll, wie sie Johann von Berlin besessen hat, zu vollem Eigenthum und verkündet den dortigen Zolltarif.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Bugheslaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Ne rerum gestarum memoria processu temporis evanescat et pereat, discretorum prudencia solet eas per literas eternare. Ob quam causam noscant tam presentes quam postere naciones, quod nos contulimus de bona voluntate nostra et de maturo consilio et consensu Wartizlai nostri filii dilecti et de nostrorum consilio consiliariorum ac discretorum vasallorum donavimus dilectis nostris et fidelibus consulibus, burgensibus et civibus nostre civitatis Tanglim ac universis ipsorum successoribus presentibus perpetue conferimus nostrum traductum Oldevyr dictum cum omni iure ac utilitate, libertate, usu et usufructu omnibusque proventibus, qui nunc in predicto sunt traductu et in perpetuum fieri poterunt vel acquiri, et omne theoloneum dictum tolle, prout subsequitur, et ita eciam, sicut eundem traductum et locum eius cum terminis et metis et aquis circumquaque fidelis noster

miles domines Iohannes de Berlyn a nobis in verum pheudum habuit et tenebat, et nichilominus quemadmodum nos nostrique progenitores et parentes eundem traductum a primeva plantacione hactenus habuisse dinoscimur, cum omni proprietate; et quidquid in eodem traductu proprietatis et iuris ac servicii habuimus, predictis nostris consulibus et civibus ipsorumque successoribus totaliter legaliterque donavimus, assignavimus et contulimus perpetuis temporibus habendum et quaque[1]) felicitate possidendum, predictamque proprietatem in dictam nostram civitatem Tanglim pleno iure omnibusque prescriptis cum utilitatibus duximus transferendam, ita plane, quod dicti consules nostri et cives ipsorum seu successores per expressum traductum cum suis omnibus pertinenciis absque ullo servicio et sine solucione alicuius penitus ungeldi seu pensionis nobis aut nostris heredibus faciendi sive dandi[2]) liberaliter et in evum possidebunt cum huiusmodi theolonei iugiter percepcione, videlicet: de lasta cupri VI solidos; de lasta stanni sex solidos, de lasta mellis totidem, de lasta butiri tantum, item de lasta piguedinis focarum dicte[3]) zed sex solidos, de medio plaustro vini dicto[4]) pipe unum solidum, de dimidio plaustro cervisie sex denarios, de medio plaustro olei dicto pipe unum solidum, de dimidio plaustro amigdalarum unum solidum[5]), de medio plaustro gyt dicti rys unum solidum, de coppella ficuum duos denarios, de sporta uvepasse dicte rosyn duos denarios, pro libra lardi duos denarios, pro tunna amigdalarum duos denarios, de tunna arvine IIII^or denarios, de tunna caseorum IIII^or denarios, pro vase osemundi IIII^or denarios, pro centenario ferri IIII denarios, de libra lini II denarios, pro calculo canapi dicto stene heppes obulum, de centenario lini panni I denarium, de libra lane VI denarios, de libra prescise lane dicte vlocke II denarios, de pulchro panno et de quolibet panno semper II denarios, de tunna piperis VI denarios, de libra cimini dicti dicti komen IIII denarios, de libra humuli I solidum, de lasta allecis II solidos, de lasta salis II solidos, de lasta farine, siliginis, tritici, ordei, avene, rosaci dicti theer, picis, pro qualibet lasta II solidos, pro equo et vacca venientibus navigio trans stagnum IIII denarios, pro quolibet porco stagno veniente obulum, pro nave vacua XVI denarios, de centenario lignorum decem pedum dictorum wagenschot, doliorum lignorum levium dictorum lytholt, de centenario quolibet VI denarios, de quolibet faselo dicto hafkan IIII denarios, de cymba[6]) vischersoge dicta VIII denarios, pro sexagena postium VI denarios, de struibus lignorum dictis vlote holtes, pro quolibet malo dicto mastbom II solidos, de parvo malo I solidum, de trunco sarratorio II denarios, de trabe I denarium, de tigno I obulum, de panno Yrensi I denarium, de panno Parchamensi I denarium, pro mercatoria tunnata II denarios, de decade cucium VI denarios, pro decade cucium asperarum III denarios, pro decade pellium agnorum II denarios, pro alevore III solidos, de lasta vacuarum tunnarum VI denarios, pro centenario magnorum strumulorum VI denarios, pro centenario crǒpelink II denarios, pro libra plumbi IIII denarios; et ita de rebus hiis similibus sumatur; nolentes tamen huiusmodi theoloneum umquam ullo tempore ampliari ac magnificari seu augeri. Ne igitur, quod tam provide factum est, perversitate qualibet impugnetur aut per nos nostros seu heredes aliquatenus infringatur, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Cuius rei testes sunt Hinricus de Reno, Heyno de Levenow, Hinricus Paganus, Iohannes Bere, Wernerus Lepel, Gherardus de Zwerin milites, Iohannes de Polonia, Iohannes de Dymyn, Hinricus Tenczo nostri capellani, Otto de Bǒnis, Gherardus Boz, Hinricus de Zagentze, Arnoldus de Osten famuli et quamplures alii fide digni. Datum Tanglim anno domini millesimo CCC° secundo, feria tercia proxima ante beati Michaelis archangeli per manum domini Iohannis antedicti nostri capellani de Dymyn.

1) Orig.-Trsfpt.: queque. 2) Orig.-Trsfpt.: dandum. 3) Orig.-Trsfpt.: dicti. 4) Orig.-Trsfpt.: dicti. 5) solidi im Orig.-Trsfpt. 6) Orig.-Trsfpt.: lymba.

Nach dem Orig.-Trsfpt. Bischof Philipps von Camin von 1378 Oktober 7 im Stadtarchiv Anklam Nr. 51; Abschrift dieses Trsfpts. im Copiar der Stadt Anklam im Staatsarchiv Stettin, S. 43—48; Orig.-Trsfpt. Herzog Philipps von 1537 im Stadtarchiv Anklam Nr. 17; Abschriften dieses Transsumpts im Liber privilegiorum civitatum Pomeranie im Staatsarchiv Stettin, Bd. 2 fol. 64 v f, im Mscr. Pomer. fol. 148 der Greifswalder Univers.-Bibliothek, Anklam Nr. 19 und im Copeibuch der Stadt im Anklamer Stadtarchiv Tit. II Sect. I Nr. 5 Bl. 30 und Nr. 6 fol. 24 v, Staatsarchiv Stettin, Stettiner Archiv Pars I Titel 54 Nr. 22 Vol. I fol. 139 v. Abschrift der Urkunde selbst aus dem 17. Jahrhundert im Staatsarchiv s. r. Stadt Anklam Nr. 5.

Gedruckt bei Stavenhagen, Chronik von Anklam, S. 333 Nr. 17, Dähnert, Pommersche Bibliothek II, 556. Auszüge bei Gollmert, Geschlecht Schwerin III S. 83 Nr. 40 und im Hans. Urkundenbuch II S. 11 Nr. 21.

2045.

1302 September 25 Anklam.

Herzog Bogislaw IV. verleiht die der Stadt Anklam zu vollem Eigenthum übertragene Altefähre den Anklamer Bürgern Willekin Cropelin und Heinrich, dem Sohne Willers, die sie nunmehr von der Stadt besitzen sollen.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Buguzlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Ne rerum gestarum memoria processu temporis evanescat et pereat, discretorum prudencia solet eas per litteras eternare. Ob quam causam noscant tam presentes quam postere nationes, quod nos contulimus de bona voluntate nostra et de maturo consensu Werzlai nostri filii dilecti et de nostrorum consilio vasallorum dilectis nostris Willekino Cropelin[1]), Heinrico filio Willeri, civibus nostre civitatis Tanglim, ac veris heredibus eorundem nostrum traductum Oldenvir dictum cum omni iure ac utilitate et proventu, qui nunc in predicto traductu sunt et in perpetuum fieri poterunt vel acquiri, et ita eciam, sicut eundem traductum et locum eius cum terminis dominus Iohannes de Berlin miles a nobis habuit et tenebat, predictis nostris civibus duximus conferendum. Insuper eisdem dedimus proprietatem predicti traductus et omnium prescriptorum, quam nos habuimus in eisdem, et eandem proprietatem in civitatem nostram Tanglim perpetuo duximus transferendam, in hunc modum, quod prememorati Willekinus et Heinricus vel eorum heredes prenotatum traductum absque servicio et solutione alicuius penitus pensionis de civitate[2]) Tanglim liberaliter perpetuo possidebunt. Huius rei testes sunt Heinricus de Reno, Heinricus[3]) de Lebenowe, Iohannes Bere, Heinricus Paganus[4]), Wernerus Lepel, Gherardus de Szverin milites, Iohannes Polonus[5]), Iohannes de Dymin, Heinricus Tentso nostri capellani, Otto de Bonis, Gherardus Boz, Arnoldus de Osta famuli, consules sepedicte civitatis Tanglim et quam plures alii fide digni. Ne igitur id quod[6]) provide factum est, perversitate qualibet impugnetur[7]), sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Tanglim per manus Gherardi de Moderiz presbiteri, anno domini M° trecentesimo secundo, feria tercia ante Mychaelis.

[1]) B: Cropelin ac Hinrico. [2]) B: de dicta civitate. [3]) B: Heyno. [4]) B: Heinricus Paganus, Iohannes Bere. [5]) B: Iohannes de Polonia. [6]) B: quod tam. [7]) B: inpugnetur.

Nach dem Originale in zwei Ausfertigungen (A und B) im Stadtarchiv zu Anklam Nr. 15 b und 18. Abschrift im Liber privileg. civitatum Pom. Pars II fol. 64 v, Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1003.

Gedruckt bei Stavenhagen, Chronik von Anklam, S. 332 Nr. 16; Gollmert, Geschlecht von Schwerin III, S. 84 Nr. 40.

2046.

1302 September 28 Roeskilde.

Olav, erwählter Bischof von Roeskilde, trennt die Insel Hiddensee von der Parochie Schaprode ab und unterstellt sie der Kapelle der Cisterciensermönche in Gellen.

Omnibus presens scriptum cernentibus magister Olavus permissione divina electus confirmatus ecclesie Roskildensis salutem in domino sempiternam. Quoniam, ut pro certo didicimus, insula Hythensøø nostre dyocesis, que adiacere solebat ecclesie parochiali in Scaproden, in tantum distat a dicta ecclesia, quod propter dificultatem transitus brachii maris intercidentis plurima pericula animarum habitatoribus ipsius insule noscuntur sepius evenisse; nam, ut nobis datum est intelligi, plures parvuli sine gracia baptismatis et adulti sine sacramentis ecclesie quandoque decesserunt: nos igitur ex officii nostri debito animarum periculis, quantum possumus, precavere volentes predictam insulam a dicta parochiali ecclesia propter premissas causas dividimus et capelle monachorum in Yellant Cisterciensis ordinis de consensu capituli nostri perpetuo annectimus, curam animarum ipsis domino abbati et conventui dicti loci committentes, salvis tamen in omnibus iuribus episcopi Roskildensis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo capituli nostri presentibus est appensum. Datum Roskildis anno domini M° CCC° secundo, quarto Kalendas Octobris.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Hiddensee Nr. 9. Undatirtes Orig.-Trsfpt. Abt Johanns von Eldena im Diplomatar. Roskild. im Staatsarchiv Stettin Mscr. I 48 Nr. 4 und Nr. 9 nach dem Originale in Kopenhagen. Orig.-Trsfpt. s. d. und ein zweites vom 17. April 1318 im Archiv zu Kopenhagen. Abschrift in der Kosegartenschen Sammlung der Greifswalder Univ.-Bibl. B. 49 Bd. I fol. 114. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1010.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. 305 S. 125.

2047.

1302 Oktober 6 Kongelf.

König Hakon von Norwegen verspricht den Städten Lübeck, Wismar, Rostock, Stralsund und Greifswald Abstellung der durch Lübeck ihm vorgetragenen Beschwerden und ersucht sie, die Deutschen Brüder in Preußen zu mahnen, von fernerer Belästigung des Fürsten Wizlaw II. von Rügen abzustehen, im Weigerungsfalle aber den Handelsverkehr mit denselben einzustellen.

Haquinus dei gracia rex Norwegie viris providis et honestis consulibus civitatum Lybek, Wismar, Raudstok, Stralesund et Gripswald amicis sibi dilectis salutem in domino sempiternam. Recepimus[1]) hoc anno Bergis per discretum virum Iohannem de Calmarnia literas vestras de civitate Lybicensi, in quibus continebatur, quod incolis[2]) civitatum vestrarum inferuntur diversa gravamina a nostris officialibus et ballivis. Cum igitur dictus Iohannes nobis ostendere non potuit, ubi et a quibus vel in quibus articulis huiusmodi gravamina sint inlata, nichil tunc temporis facere potuimus super illo. Set quandocunque nobis aliquem mittere volueritis, qui nos super talibus clarius informabit[3]), libenti animo facere volumus, quicquid postulat ordo iuris, ac inviolabiliter observare singula, que inter regnum nostrum et civitates vestras pro

bono pacis et concordie sunt condicta. Preterea rogamus vos, ut fratres domus Theutonicorum in Prucia per literas vestras velitis habere commonitos, ut a molestacione domini Wizelavi, principis Ryanorum illustris, cessare velint et eidem libere dimittere iura sua. Quod (si) ad requisi(ci)onem vestram facere neglexerint, petimus a vobis, ut coram vestris publicetis incolis, ne bona dictorum fratrum vel eis attinencium in navibus suis ferant. Nam dictos fratres et eorum fautores, donec dicto domino Wizelavo fecerint, quod de iure tenentur, volumus, in quibuscumque possumus, inpedire, quia plures eis literas misimus deprecatorias, ut memoratum principem in suis iuribus non inpedirent, set dedignati sunt aliquam nobis mittere responsivam. Datum apud Konghelliam anno domini M° CCC° secundo, pridie Nonas Octobris.

In dorso: Consulibus civitatum Lybek, Wismar, Raudstok, Stralesund et Gripswald.

1) Orig.: recipimus. 2) Orig.: incole. 3) Orig.: informabunt.

Nach dem Originale auf der Trese in Lübeck mit wohlerhaltenem, nur am Rande in der Umschrift beschädigtem Siegel.

Gedruckt im Urkundenbuch der Stadt Lübeck Bd. II 1 Nr. 155 S. 132; Hans. Urkundenbuch II Nr. 22 S. 11; Urkundl. Geschichte des Ursprungs der Hansa 2, 225; Diplom. Norveg. 5 Nr. 42; Mecklenb. Urkundenbuch 5 Nr. 2824; im Auszug bei Fabricius III Nr. 497 und im Pommerell. Urkundenbuch S. 539 Nr. 607.

2048.

1302 Oktober 9 Plau.

Nikolaus, Herr von Werle, und Günther, postulirter Bischof zu Camin, überlassen wiederlöslich den Grafen Burchard und Ulrich von Lindow, ihren Oheimen, und den Rittern Konrad Boehn und Nikolaus von Mallin die Mühle in Priborn und was sie in Spitzkuhn besitzen.

— — — — nos Nicolaus dei gracia dominus de Werle et Guntterus, Caminensis ecclesie postulatus 1) — — — —

Datum anno domini M° CCC° II, Plawis, die Dionysii.

1) Vgl. oben S. 34 Nr. 2016.

Gedruckt nach dem Originale im Archive des Klosters Malchow im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 83 Nr. 2825 und bei Riedel, Cod. dipl. Brandenb. I 4 S. 41 Nr. 4.

2049.

1302 November 11 (August 16—21).

Pritbur von der Lancken verkauft dem Kloster Eldena fünf Morgen Wiesen zu Reddevitz für 20 Mark.

Ego Pritburus miles dictus de Lanken universis notum esse cupio per presentes me cum voluntate bona, consilio pariter et consensu uxoris mee dilecte, filiorum meorum Reddizlaw, Nidemar, Sullezlaw et Pritbur necnon et aliorum heredum ac amicorum meorum omnium religiosis viris videlicet domino Hinrico abbati et conventui de Hylda vendidisse rite et racionabiliter

quinque iugera pratorum, que habui in terra Redeviz infra terminos eorundem. Assignavi autem et dedi eis predicta quinque iugera cum omni iure, fructu et utilitate, sicut ego ea hactenus possederam, in possessionem perpetuam pro viginti marcis denariorum monete slavicalis mihi datis amicabiliter et integraliter persolutis. Cesso igitur perpetuo et quiesco ab omni impeticione, que mihi seu meis heredibus in predictis iugeribus competebat in presenti aut competere poterat in futuro, recognoscens ad me vel ad heredes meos quoscunque in cunctis terminis predicte terre Redebiz nihil omnino iuris, proprietatis aut impeticionis de cetero pertinere. Acta sunt hec in curia Redevitz anno domini MCCCII, infra octavam assumptionis virginis gloriose, presente domino Felice sacerdote de Monte. Datum autem anno quo supra, in die beati Martini episcopi. In quorum omnium evidenciam pleniorem honestorum militum sigilla dominorum videlicet Pritburi de Vilminiz, Nicolai et Thez fratrum suorum dictorum de Putbuzch una cum sigillo meo presentibus sunt appensa.

Nach einer, angeblich nach einem jetzt nicht mehr vorhandenen Originale im Stettiner Staatsarchiv hergestellten, bisher unbekannt gebliebenen Abschrift im Putbuser Archiv Tit. XX Nr. 1298 S. 97. Der Extract bei Klempzen, Regest Nr. 139, ist gedruckt bei Pyl, Eldena S. 623/24. S. oben S. 55 Nr. 2041.

2050.

1302 November 15 Doberan.

Bischof Gottfried von Schwerin beurkundet einen schiedsrichterlichen Vergleich zwischen dem Kloster Doberan und dem Pfarrer Heinrich Goldoge zu Schwaan über die Fischerei in dem Mühlbache zwischen Groß-Grenz und Bröbberow.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Testes autem sunt: dominus Conradus thesaurarius ecclesie Zwerinensis, Luderus scolasticus, Ludolfus archydiaconus in Tribeses et canonicus in Zwerin, quorum ista ad effectum mediante consilio sunt perducta. Datum Doberan anno domini M° CCC° II, XVII° Kalendas Decembris.

Nach dem Druck im Mecklenb. Urkundenbuch Bd. V S. 86 Nr. 2829.

2051.

1302 November 30 Stettin.

Abt Ditmar von Colbatz vergleicht sich mit dem Rath der Stadt Stettin wegen des Abtshofes.

Nos frater Dithmarus dei gratia abbas ecclesiae Colebatzensis ac universi confratres nostro conventui adhaerentes sic esse placitatum inter nos et honestos viros consules civitatis Stettin unanimiter profitemur, quod nos et omnes nostri successores super nostram aream in civitate Stettin iacentem iuxta pontem sartorum aedificabimus quaecunque voluerimus nostrae ecclesiae convenientia, sed nequaquam ipsi civitati nocentia, infra murum seu munimen civitatis et nostrae curiae maceriam, relinquendo spatium octo pedum nec eandem curiam alicui alteri venundando, nisi cum voluntate consulum fuerit et consensu. Nos quoque et nostri posteri universi eandem curiam et omnia, quae sunt in ea, mobilia et immobilia, ad nos fratres pertinentia liberam et

exemptam a nocturnis vigiliis et diurnis et ab omni servitio publico et privato et ab omni collecta vulgariter schosz dicta perpetuis temporibus pacifice possidebimus et quiete et omnia nobis nostraeque ecclesiae necessaria ad expensas de civitate damnis huc adducemus omnino libere et deducemus. Has equidem libertates iusto emptionis titulo ab eisdem consulibus comparavimus pro XXV marcis argenti Brandenburgensis, hoc etiam interserto, si nos hanc curiam alicui locaverimus seculari, ille pro suis bonis more aliorum concivium iura et statuta civilia faciet observanter. Ut autem omnia haec praedicta a nobis et a nostris posteris universis perpetuis temporibus inviolabiliter observentur, nos praesens instrumentum nostri sigilli robore communitum praefatis consulibus duximus largiendum. Actum Stettin praesentibus Henrico Barvato schulteto civitatis Stettin, Arnoldo de Sanne, Petro de Brakel, Thiderico Stangevol, Heinrico Hake, Iohanne de Polse, Heinrico Divite, Willekino de Schapov, Heinrico Strobeke, Conrado Molendinario, Bartoldo de Perleberg, Iohanne de Brakel, Nicolao Hamer, Bethekino de Bobelin, Arnoldo de Alta Domo, consulibus tunc temporis in Stettin. Datum ibidem per manum Herbordi notarii eiusdem civitatis anno domini MCCC secundo, in die sancti Andreae apostoli gloriosi.

Nach der Abschrift im Staatsarchiv Stettin, Stettiner Archiv Pars I Tit. 122 Nr. 13 fol. 294.

2052.

1302 Dezember 6 Woltin.

Durch genannte Interventienten vermittelter Vergleich zwischen dem Abte Ditmar von Colbatz und den Junkern von Börneke, Velthane und Lockstädt über gewisse bisher streitig gewesene Rechte und Besitzungen.

In nomine domini amen. Nos Iohannes dictus Bokeman advocatus domini Ottonis illustris Stetinensis, Wilhelmus dictus Trampe, Theodericus dictus Luchte, Reyberus de Parmen, Iohannes dictus Polonus, Nicolaus Velthane et Theodericus dictus Papendorp, notum esse cupimus universis, ad quos presentes pervenerint seu quibus nosse fuerit oportunum, omnem dissensionem et discordiam, que inter venerabilem dominum Dithmarum abbatem de Colbas et suum conventum vertebatur[1]) parte ex una et inter honorabiles famulos Hermannum, Theodericum, Lambertum, Bartholomeum dictos de Borneke, Arnoldum, Iohannem dictos Velthane, Paulum, Petrum dictum de Locstede et ipsorum amicos vertebatur parte ex altera nobis mediantibus et interloquentibus esse sopitam in hunc modum: Predicti siquidem famuli ac ipsorum amici et consanguinei renunciaverunt pro se et suis amicis et consangwineis[2]) masculis et feminis tam presentibus quam futuris omni exaccioni et inpeticioni, que ipsis competere videbatur racione cuiusdam privilegii quondam ipsorum progenitoribus a quodam abbate Colbacensi dati. Insuper renunciaverunt omni iuri et utilitati, quod hactenus habuerunt piscandi in stangno Woltin, ita ut nullus antedictorum famulorum seu ipsorum heredum presencium et futurorum aut aliquis nomine ipsorum ius et licenciam piscandi habeat quibuscunque retibus aut quocunque instrumento in stangno Woltin memorato aut in aliis stangnis et aquis iacentibus infra terminos possessionum, que petebant. Predictus vero dominus Dithmarus abbas Colbacensis nomine conventus sui pro huiusmodi renuncciacione facta dabit supradictis famulis, videlicet Hermanno, Theoderico, Lamberto, Bartholomeo, Arnoldo, Iohanni, Paulo et Petro nomine ipsorum ac omnium approprin-

quorum ipsorum presencium et futurorum quadringentas marcas denariorum levium hoc anno in quatuor subscriptis temporibus exsolvendas: in carnisprivio videlicet centum marcas, in festo pentecostes centum marcas, in nativitate sancte virginis centum marcas et in festo beati Nicolai centum marcas; pro qua pecunia in dictis terminis exsolvenda dominus Ludolfus de Scheninge, Wolfardus de Koldenbeke et Heynemannus prefectus in Beliz promiserunt. Hanc quidem pecuniam dominus Polonus de Clebowe aut, si ipsum non contingeret, Nicolaus dictus Velthane nomine et vice dictorum dominorum famulorum a dicto domino abbate de Colbas aut suo[3]) recipiet in opido Woltin temporibus solucionis memoratis. De bonis vero Theoderici de Borneke pheodalibus, que tenet ab ecclesia Colbacensi, sic recognoscimus per nos esse placitatum, quod idem Theodericus de Borneke bona sua ea possideat libertate, sicud hactenus possedit, ita quod non cogatur domino abbati Colbacensi equum concedere vel presentare nomine servitutis seu rogatus in negociis ecclesie Colbacensis per se vel per alium equitabit, cum fuerit oportunum. Ut autem hec ordinacio seu composicio amicabilis non violetur in posterum, presentes litteras inde confectas nostrorum sigillorum appensionibus fecimus communiri. Testes huius composicionis sunt: frater Hinricus prior, Gerardus subprior, Iohannes cellararius, Meynardus camerarius, Iohannes cantor, Iohannes, Bertoldus, Conradus, monachi in Colbas, dominus Hinricus plebanus in Dammis, dominus Iohannes plebanus in Woltin, dominus Iohannes plebanus in Woltersdorp, dominus Thomas plebanus in Zilslowe, dominus Iohannes plebanus in Binow, clerici, dominus Henningus de Hindenborch, dominus Otto Drako, dominus Ludolfus de Scheninghe, dominus Gerardus de Bertikow milites, Heynemannus de Stekelyn, Iohannes prefectus in Piritz, Petrus Niencop, Hinricus Struz, Calf cives ibidem, *Gerardus[4]) prefectus in Griphenhaghen, Gerardus[4]) de Foro, Nicolaus de Lyndowe cives ibidem** [5]), Albertus de Ysingher, Fardus de Reno, Heynemannus de Valva cives in Dammis, Symon de Clebowe, Wolfardus de Kolenbeke, Heynemannus de Belitz prefectus, Wilhelmus prefectus in Borin, Martinus prefectus in Gardena et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec in Woltyn anno domini M° CCC° II°, in die beati Nicolai episcopi et confessoris.

1) Die Orig.-Matr. hat verebatur, die Kielsche Abschrift richtig vertebatur. 2) cumsagwineis. Matr. 3) Die Kielsche Abschrift hat zwischen suo und recipiet noch: quopiam. 4) Gearcdus. Matr. 5) Die zwischen * und ** stehenden Zeugen fehlen in der Kielschen Abschrift.

Nach der Colbatzer Original-Matrikel Nr. 42 fol. 11 v. Kielsche Abschrift S. 41—43. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1011.

Gedruckt bei Schöning, Geschichtliche Nachrichten von dem Geschlechte von Schöning, Bd. II S. 13 Nr. 53.

2053.

1302 Dezember 7.

Der Ritter Wulfold von Below verkauft mit Einwilligung seiner Gemahlin, Söhne und Erben dem Kloster Eldena sein Dorf Cröslin mit seinem Hofe daselbst und die Dörfer Vencemin und Freest mit allen Pertinenzen für 2150 Mark Pfennige kurrenter Münze.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Wulfoldus miles dictus de Below salutem in omnium salvatore. Tenore presentium ad universorum noticiam tam presentium quam futurorum cupio pervenire, quod ego nulla vio-

lentia vel molestia compulsus, nullo dolo vel fraude deceptus a quoquam aut inductus, sed voluntate bona, deliberatione congrua, habito eciam super hoc consilio et consensu uxoris mee dilecte et filiorum meorum, omnium quoque amicorum ac propinquorum meorum rite racionabiliterque vendidi pariter et assignavi religiosis viris scilicet domino Hinrico abbati totique conventui monasterii Hyldensis ordinis Cysterciensis, dyocesis Caminensis, simul et eorum successoribus in possessionem perpetuam villam meam Cracelin et curiam meam, quam habui ibidem, insuper eciam et villas meas Vencemin et Vrest cum omnibus ipsarum trium villarum attinenciis, cum terminis suis omnibus ac singulis infra contentis utpote silvis et rubetis, agris cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, rivis, aquis, molendinis, piscinis, paludibus et miricis, cum minori Wotik cum omni iure, iudicio maiori pariter et minori plane et cum omnibus, que in predictis bonis ac suis terminis habui, que in privilegio domini mei Buggezlai ducis Slavorum illustris super proprietate predictorum bonorum predictis religiosis viris videlicet dominis de Hylda per procurationes et petitiones meas tradito plenius continentur. Hec omnia supradicta sepedictis religiosis viris pro duobus milibus marcarum, centum et quinquagenta marcis denariorum monete currentis vendidi et assignavi perpetuis possidenda libere, bene, commode, feliciter et quiete. Igitur recognosco et grates multiplico, quia sepedicti viri michi supradictam pecuniam tempore debito expedite, amicabiliter, favorabiliter, plene et integraliter persolverunt, omnia bona predicta sepedictis dominis de Hylda exnunc pertinere cum omnibus infra terminos eorum contentis iure perpetuo recognosco; unde nomine meo, uxoris mee, filiorum meorum et heredum meorum quorumcunque cesso perpetuis temporibus et quiesco ab omni iure, libertate, proprietate aut impetitione, que in predictis bonis omnibus michi seu meis heredibus quibuscunque competebat in presenti vel forte competere poterat in futuro, renuncians omni exceptioni doli mali, fraudis, lesionis, pecunie non numerate, non date, non tradite, non recepte et omnibus privilegiis michi super sepedictis bonis a quibuscumque datis, si que sunt in presenti aut forsan inventa fuerint in futuro, volens ea nullius esse roboris, utilitatis, precii vel momenti; renuntio eciam omni auxilio iuris canonici et civilis, quod super lesione predictorum michi seu meis heredibus prodesse poterat et obesse dominis antedictis. Acta sunt hec anno domini MCCC mense Iulio. Testes horum omnium sunt reverendi viri, quorum sigilla in evidentiam maiorem cum sigillo meo presentibus sunt appensa. Sunt autem isti domini: Iohannes dominus Guzkowensis, Iohannes Heydebrak, Iohannes Ursus, marscalcus domini Buggezlai ducis Slavorum, et Hinricus frater suus, Thidericus et Hinricus dicti Ursi milites et quamplures alii eciam fide digni. Datum vero anno domini M° CCC° II°, in crastino sancti Nicolai epischopi.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Eldena Nr. 53. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1012. Bei Klempzen fol. 101 zu 1303 extrahirt.

Gedruckt bei Lisch, Urkunden des Geschlechts von Behr II S. 8 Nr. 134. Pyl, Eldena S. 624.

2054.

1302 Dezember 12.

Herzog Bogislaw IV. schenkt dem Kloster Belbuck das Dorf Groß-Zapplin mit allen Zugehörungen und dem Rechte, nach welchem es bisher Johann von Heydebreck innegehabt hat.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Actio temporalis[1]) cum tempore simul labitur, nisi scripturae memoria et[2]) lingua testium perhennetur. Noverit igitur verenda[3]) natio

praesentium et foelix successio futurorum, quod nos Buguzlaus dei gratia dux Slavorum et Cassubiae ad honorem omnipotentis dei et virginis matris eius Mariae necnon in[4]) progenitorum nostrorum[5]) et nostrarum remedium[6]) animarum de libera nostra[7]) voluntate et nostrorum haeredum unanimi cum[8]) consensu damus dilectis nobis in Christo abbati, priori totique conventui castri Sancti Petri in Belbuc proprietatem villae Zapelin maioris cum[9]) tali iure, quo Iohannes miles dictus de Heidbrake villam tenet et tenuit memoratam, ita videlicet sicut dicta villa infra suas iacet metas, in agris cultis et incultis, pascuis, pratis, paludibus, aquis et[9]) aquarum decursibus, molendinis constructis et construendis, lignis, arboribus, arbustis, iusto donationis titulo libere et pacifice[10]) et foeliciter in perpetuum possidendum. Et ne hanc donationem nostram piae factam livor detrahentium in posterum[11]) valeat infirmare, praesentem damus chartam[12]) inde confectam nostri sigilli munimine roboratam. Testes sunt Henricus de Reno, Heino de Levenowe,[13]) Zabellus dictus Lepel, Nevelunarus,[14]) Arnoldus Monachus, Iohannes de Zleitz,[15]) Beggehardus Smelingi, milites, Otto de Bône, Gerhardus Grape,[16]) Matteus Bartevitz,[17]) famuli et plures alii fide digni. Actum[18]) Trebetow anno domini millesimo trecentesimo secundo,[19]) pridie Idus Decembris.

1) B: temporalis citius cum tempore. 2) B: vel. 3) B: veneranda. 4) in fehlt in B. 5) nostrorum fehlt in B. 6) B: in remedio. 7) B: nostra libera. 8) B: de. 9) Die ganze Stelle von Zapelin maioris bis aquarum decursibus hat in B folgenden abweichenden Wortlaut: cum omni iure et utilitate et usufructu, sicut ipsa villa infra suas iacet metas, videlicet agris, pascuis, pratis, aquis, aquarum decursibus etc. 10) B: quietae. 11) in posterum fehlt in B. 12) B: paginam. 13) B: Henricus de Leveno. 14) Zabellus dictus Lepel, Nevelunarus fehlen in B. 15) B: Slicz, dann Nevelingus, während Beggehardus Smelingi fehlt. 16) B: Gerardus Grape, Otto de Bone. 17) B: Darteviz. 18) B: Datum. 19) B: MCCCII.

Nach der Abschrift in der Belbucker Matrikel im Staatsarchiv Stettin fol. 42—43 (A). Transsumpt von 1310 ebenda Nr. 50 fol. 56 v ff. (B). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1004.

2055.

1302 Dezember 18 Gollnow.

Herzog Bogislaw IV. bestätigt der Stadt Stettin die von seinem Bruder Otto I. ertheilte Erlaubniß, zwischen den Städten Stettin und Damm einen Damm und Brücken anzulegen.

In nomine domini amen. Buguzlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis Christi fidelibus omnis boni plenitudinem perpetua cum salute. Cum humana memoria sit labilis et caduca, congruit acta principum et nobilium dominorum mansura in sempiternum testibus ydoneis et documentis legitimis adeo perhennari, quod in eis in posterum precludatur omnis occasio malignandi. Igitur sciat nacio presencium et posteritas futurorum, quod nos prehabito maturo consilio et consensu illustris principis karissimi fratris nostri Ottonis ducis Slavorum et Cassubie ac prudentum nostrorum et fidelium vasallorum propter commune bonum nostri totius dominii nostris fidelibus et dilectis schulteto, consulibus, scabinis ac universis conburgensibus nostre civitatis Stetin plenam donavimus et appropriavimus libertatem congeries fodendi, aggeres preparandi et pontes edificandi omnibus transeuntibus convenientes a nostra civitate Stetin usque Damme procedentes ultra omnia intermedia flumina atque prata, ubi eis

maxime videbitur expedire nullo prorsus obstaculo accedente. Ad quorum poncium edificacionem et perpetuam conservacionem damus eisdem in subsidium plenariam potestatem perfruendi lignis, arbustis, rubetis, virgultis, terra, lapidibus et arena, ubicumque in nostro fuerint principatu. Et si aliqui eos voluerint inpedire in huiusmodi fossione, lignorum sectione, terre, arene et lapidum adductione, poncium seu aggerum preparacione aut in aliis quibuscumque necessariis ad hos aggeres sive pontes, ab hoc inpedimento inpedientes conpescere volumus et inducere, quod desistant. Insuper assensum nostrum plene damus ad omnia, que idem frater noster dedit et assignavit eis in auxilium omnium predictorum, nolentes ea in aliquo minuere vel inpedire, sed augere pocius et fovere. Ut autem omnia hec predicta nostre dilecte civitati Stetin et cunctis inhabitantibus eam a nobis et ab omnibus nostris successoribus perpetuis temporibus inviolabiliter observentur, nos presens instrumentum nostri sigilli robore communitum omnibus prenotatis duximus largiendum. Testes huius rei sunt dominus Hinricus de Reno, dominus Ubesseko, dominus Willekinus Trampe milites, Gerardus Grope, Martinus de Tanclim, Tesseko, Albertus Grope et quam plures alii fide digni. Actum et datum Golnow per manum domini Gerardi de Måderiz nostri notarii anno domini MCCC secundo, quinto decimo Kalendas Ianuarii, tercia feria ante diem sancti Thome apostoli gloriosi.

Nach dem Originale mit an rosa Seidenschnüren anhängendem großem Reitersiegel Bogislaws im Stadtarchiv Stettin Nr. 29. Diplomatar. civitat. Stettin Pars I Nr. 28 und 76, sowie Nr. 77 im Transsumpt von 1309 Juni 15; Rothes Buch der Stadt Stettin S. 77 Nr. 22.

2056.

1302 Dezember 21.

Wizlaw II. der ältere und seine Söhne Wizlaw III. und Zambor, Fürsten von Rügen, urkunden über den vom Ritter Friedrich von Alkun geschehenen Verkauf von Wolgast an das Heilige Geist-Hospital zu Lübeck unter Vorbehalt des Wiederkaufs binnen vier Jahren.

In dei nomine amen. Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Wirslaus et eius filii Wirslaus et Zambur, dei gratia principes Ruianorum, salutem in domino. Ut ea, que fiunt in tempore, non evanescant nec pereant tempore defluente, solent scripturarum et testium memorie commendari. Quare recognoscimus et tenore presentium constare volumus universis presentibus et futuris, de nostro beneplacito et consensu, communicato consilio fidelium nostrorum, Fredericum de Alcun militem nostrum, cum consensu uxoris sue et puerorum suorum et generorum suorum, Henningi et Arnoldi Wakenstede et suarum uxorum et omnium, quorum ad ista consensus est requirendus, vendidisse rite ac rationabiliter provisoribus, magistro et fratribus ac sororibus domus sancti Spiritus et ipsi domui civitatis Lubicensis villam dictam Wolgast in eisdem terminis, ut nunc iacet, cum mansis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis et paludibus, viis et inviis, exitibus et regressibus, lignis, nemoribus et rubetis, venti et aque molendinis, areis et tabernis, cum integritate universorum reddituum maiorum et minorum de dicta villa et eius attinentiis provenientium, cum iure patronatus ecclesie eiusdem ville et plane cum omni commoditate, utilitate et iure, sicut dicto Frederico dinoscitur pertinere.

Quam villam et eius mansos et territoria nunquam faciemus ea mensura, que hofslach dicitur, mensurare, sed semper, ut nunc iacent, ea faciemus in eisdem terminis permanere. Rubus quidem in ipsius ville territorio constitutus durantibus quatuor annis proxime nunc instantibus intactus permanebit, ita quod nec ex parte ipsius Frederici vel suorum, nec aliquorum aliorum in ea ligna secabuntur nec interim aliquid exurbabitur in eodem. Pro quibus bonis dicti provisores magistrum et fratres dicte domus sepedicto Frederico et sue uxori et pueris, nomine domus eiusdem, sicut conventum exstitit inter ipsos, duo milia marcarum denariorum slavicorum et trecentas marcas denariorum eiusdem monete recognoscimus persolvisse. Propter quod idem Fredericus et eius uxor et pueri et dicti generi sui, Henningus videlicet et Arnoldus, cum eorum uxoribus bona predicta sepefate domui de nostra voluntate resignaverunt iuste et rationabiliter coram nobis taliter, quod ipsa domus eiusdem bonis sine quolibet servitio et exactionis onere in omni libertate ecclesiastica proprie perfruatur, salvis tamen plebano ville suis duobus mansis et salvo cuidam, qui Grammerstorpe vocatur, iure suo, quod in duobus mansis in ipsa villa dinoscitur obtinere. Contulerunt tamen dicti provisores, magister et fratres dicte domus suo et ipsius domus nomine prefato Frederico et uxori sue et eorum pueris (et) heredibus potestatem, quod infra quatuor annos proxime nunc instantes ipsa bona in nativitate domini reemere possint pro duobus milibus marcarum slavicorum denariorum et pro trecentis marcis denariorum eiusdem monete, quandocumque durantibus hiis quatuor annis in nativitate domini ipsorum fuerit voluntatis. Quam reemptionem si non fecerint isto modo, tunc evolutis ipsis quatuor annis ipsa bona reemere non poterunt, sed extunc super easdem[1]) domus sancti spiritus et eius persone hec bona libere et proprie possidebunt in ecclesiastica libertate tam expedite, sicut alique ecclesie bonis suis liberius perfruuntur. Et tunc de rubo predicto dictis quatuor annis intacto permanere debente, sicut de sua propria re, quod eis placuerit, ordinabunt. Et si persone domus eiusdem aliquo tempore cuiquam congruo modo vendiderint ipsa bona, nos illi emptori super eo simile privilegium conferimus[2]). Super premissis autem omnibus stabiliter et firmiter observandis coniunctim et in solidum promiserunt fideles nostri Arnoldus et Fredericus dicti de Vitzen, Fredericus de Alcun, Pudburus, Nicolaus et Thero[3]) de Pudburke[4]), Lodewicus et Nicolaus Kabolt, Detlevus Angeremueld, Gocanus et Morder, Arnoldus Wakenstede, Conradus Datenberch; eodem modo promiserunt Reinfridus de Pene et Iaroslaus de Kalende, ut, si prefata domus vel eius persone defectum aliquem passi fuerint in premissis vel in aliquo premissorum, ipsi promissores omnes introire debent Stralessund ad iacendum, non exituri, quin observata sunt omnia et singula, que in hac pagina continentur. Et si premissorum aliquis in hiis quatuor annis obierit, nos dicti Fridericus de Alcun et Arnoldus et Fredericus dicti de Vitzen intrabimus in dictum Stralessund et ibi iacebimus, quousque in locum talis defuncti eque dignum virum alium statuamus. In testimonium autem omnium premissorum (presentia) sigillis sunt firmiter communita. Datum anno domini millesimo tricentesimo secundo, Thome apostoli.

[1]) Wohl verschrieben statt semper eadem. [2]) Wohl: conferemus. [3]) Soll heißen: Thezo. [4]) Verschrieben statt Pudbuzke.

Nach einer im Copiarium des Heiligen Geist-Hospitals von 1539 enthaltenen Abschrift eines Transsumptes des Lübischen Bischofs Arnold vom 12. Februar 1458.

Gedruckt bei Fabricius III Nr. CCCVI S. 125 und im Lübischen Urkundenbuch II 1 Nr. 159 S. 136.

2057.

1302 Dezember 27 Alsloe[1]).

Testament des Fürsten Wizlaw II. von Rügen, errichtet in der Stadt Alsloe in Norwegen.

In nomine Iesu Christi amen. Anno nativitatis eiusdem M° CCC° secundo in die beati Iohannis apostoli et ewangeliste. Ego Wizslavus senior Ruyanorum princeps apud civitatem Asloensem constitutus et licet languens corpore, mente tamen sanus, per graciam Iesu Christi testamentum meum condidi in hunc modum presentibus testibus infrascriptis. In primis dominum Wizlavum iuniorem et domicellum Zamborum filios meos heredes mihi instituo, preterea carissime uxori mee domine Agnete do, lego medietatem ville Perun cum omnibus iuribus et pertinenciis ad eandem, prout habuit medietatem alterius partis ante. Item silvam ad me pertinentem, que iacet in pede montis iuxta claustrum sanctimonalium Bergh in Ruya, do lego monasterio eidem iure perpetuo possidendam eadem libertate, quam ego habui in eadem. Item villa de Sceby in Seelandia cum omnibus suis pertinenciis est mihi per domicellum Christoforum obligata pro sexcentis marcis argenti ponderis Coloniensis, do lego hospitali sancti Iohannis in Andvordskoghen ducentas marcas argenti ponderis eiusdem de pretactis sexcentis marcis et debet eadem villa Sceby dicto hospitali esse obligata, donec memorate marce ducente erunt hospitali memorato integraliter exsolute; et postquam ex parte dicti domicelli prelibate ducente marce eidem hospitali sunt solute, ego dictum domicellum Christoforum dimitto liberum pro me et heredibus meis super quadringentis marcis argenti residuis et quitum ac penitus absolutum. Item volo et mando heredibus meis, quod slavi mei in Michelstorp, Bresechevis ac in vico apud Bard eandem libertatem habeant in omnibus, quam meo tempore habuerunt. Item apud ecclesiam beate Marie virginis Asloy eligo sepulturam, cui lego ad structuram et fabricam ipsius ecclesie centum marcas puri argenti ponderis Noricani. Item collegio clericorum eiusdem ecclesie, ut anniversarium meum quolibet anno celebrent in perpetuum et quinquaginta pauperes die anniversarii pascant, centum marcas Noricanas. Item ecclesie cathedrali beati Halwardi centum marcas Noricanas, ut anniversarium meum celebrent perpetuo et apud alias ecclesias parrochiales ipsius civitatis faciant celebrari. Item predicatoribus Asloye triginta marcas Noricanas. Item fratribus minoribus ibidem triginta marcas Noricanas. Item monialibus in eodem loco triginta marcas Noricanas. Item Hawday triginta marcas Noricanas. Item ecclesie beati Nicolai predicte civitatis quinque marcas Noricanas. Item ecclesie beati Clementis ibidem quinque marcas Noricanas. Item ecclesie sancte crucis quinqe marcas. Item hospitali sancti Laurencii ibidem quinque marcas et lectum meum. Item domine regine Norwegie filie mee predilecte duas cratheras argenteas magnas, quas dedit mihi dominus rex Suecie. Item domine Margarete dilecte filie mee, uxori domini Bugislavi, duo becharia mea argentea, item dilecte filie mee comitisse de Bernaburgh sex minores cratheras argenteas, quas dedit mihi domina regina Norwegie supradicta. Item domino Henrico domino Magnopolensi dilecto consanguineo meo cingulum argenteum deauratum, quod dedit mihi dominus rex Norwegie filius meus predilectus. Item dilecto consanguineo meo domino Thece de Pudbuz militi honesto duas cratheras argenteas mediocres et unum equum; item domino Lamberto Pralenbergh capellano meo viginti quinque marcas puri argenti Coloniensis ponderis do et lego, qui pro remedio anime mee et sue peregrinacionem explebit versus Romam. Item Sophie filie mee apud dominam reginam Norwegie existenti ducentas marcas slavicanas. Item Botilde nutrici vestes meas de scarleco. Item Iohanni fachonario meo duos mansos in

Hermenshagen in bonis Frederici Divitis et suis liberis iure feudali relinquo. Item Malchino camerario meo et ex eo legitime descendentibus quatuor mansos in eadem villa ad arbitrium suum eligendos iure feudali possidendos et decem marcas slavicanas et decem marcas slavicanas et decem marcas falkonario supradicto. Item Senchepil decem marcas. Item Mildehowd decem marcas et unum equum summarium meum. Item Groepeke decem marcas. Item Slaveche decem marcas. Item Gerichino decem marcas. Item Nicloes Bunt decem marcas. Item Knut decem marcas, item Nicles Hestason decem marcas, item Schonove decem marcas. Item Winrhake decem marcas. Item Thesmaro decem marcas. Item Petro Gamal decem marcas. Item Palegans decem marcas. Item Meyster Iohan parvulo decem marcas. Item Spori Iagher decem marcas. Item Kara decem marcas. Item Roleke decem marcas. Item Conrado de Retim decem marcas. Item Iohanni Nedemerson decem marcas. Item Ploce decem marcas. Item Pikut decem marcas. Item Lamberto de Nova Villa decem marcas et Lamberto de Biscůpestorp decem marcas, qui duo fuerunt mei famularii in Norwegia. Debita vero mea, de quibus recordor, sunt ista: videlicet domino Bernardo comiti de Bernaburgh genero meo dilecto in centum marcas puri argenti ponderis Coloniensis pro expensis et debitis teneor obligatus. Item Ludberto Somer civi in Rozstoc creditori meo ducentas marcas et triginta slavicanas. Item Alberto dicto Cosfelt hospiti meo de Rozstok centum marcas slavicanas; item Iohanni Hamer civi in Lubik in viginti marcis monete Lubicensis teneor obligatus, salvis debitis aliorum, que legitime probabuntur. Pro quibus omnibus debitis et legatis obligo insulam meam Darz cum omnibus iuribus et pertinenciis eiusdem, et redditus meos civitatis Stralesund et iniungo heredibus meis ac mando, quatenus bene et legitime impleant omnia supradicta, sicuti animam meam et suas diligunt et ulcionem divinam voluerint evitare. Quod si in aliquo negligentes fuerint, quod non spero, exsecutores huius mei testamenti et ultime voluntatis ordino et deputo videlicet dominum abbatem Novi Campi, dominos fratres de Pudbuz et dominum Iohannem de Gristow milites et meos consanguineos dominum Henricum de Ost marscalcum et dominum Arnaldum de Vitze fideles meos milites necnon et consules civitatis Stralessundis, ita quod, si aliqui de predictis noluerint vel non poterint execucioni huiusmodi interesse, ceteri istam ultimam voluntatem, quam valere volo, prout melius valere poterit, de consuetudine vel de iure nichilominus exequantur. Insuper superiores executores omnium predictorum dilectum filium meum in Christo dominum Haguinum regem Norwegie illustrem, dominum Ericum ducem Suecie et dominos Waldemarum ducem Suecie[2]) ac Ericum dominum Langlandie nepotes meos carissimos in subsidium ordinavi, ita quod quicquid per impotenciam vel negligenciam priorum executorum fuerit pretermissum, per predictos dominos vel maiorem partem aut saltim duos ex ipsa inpleatur. Actum et datum anno, loco et die suprascriptis presentibus sepedicto domino Haquino rege et domina Eufemia regina Norwegie, dominis Erico duci (!) Suecie, et Iacobo comiti (!) Hallandie, domino Aberno Sixdeinsson dapifero dicti ducis, domino Akone cancellario dicti regis et domino Lamberto Pralenbergh capellano meo et secretario, cum quorum sigillis sigillum meum presentibus est appensum. Presentes fuerunt eciam alii testes clerici et layci fide digni.

[1]) Fabricius und die Herausgeber des Mecklenb. Urkundenbuches nehmen an, daß nicht 1301, sondern 1302 gemeint sei, das Jahr also in dieser Urkunde nicht mit Dezember 25 beginne. Die Gründe, welche Fabricius dafür beibringt, scheinen Wahrscheinlichkeit, wenn auch nicht Gewißheit in sich zu schließen. [2]) Soll wohl heißen: Iucie.

Nach dem Codex Rugianus im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 33) Nr. 125 fol. 41 v. Beglaubigte Abschrift von 1704 im Putbuser Archiv. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1008.

Gedruckt bei Gerdes, Nützliche Sammlungen IX S. 10. Dähnert, Sammlung Pommerscher und Rügischer Landesurkunden, Supplt. 1, S. 298 Nr. 2. Fabricius III Nr. 308 S. 128. Auszüge im Meckenb. Urkundenbuch V S. 92 Nr. 2835.

2058.

1302 Dezember 28 Schlawe.

Frizco von Schachowitz, Kämmerer des Reiches Polen und Hauptmann in Cujavien und Pommerellen, bestätigt dem Kloster Buckow 60 Hufen zu Borkow, die er von Wenzeko von Soldekow erhalten hat.

In nomine domini amen. Noverint universi, quibus nosse fuerit oportunum, quod coram nobis Frischone[1]) de Scassowe, camerario regni Poloniae et capitaneo ducatuum Cuiaviae necnon Pomeraniae constitutus praesentialiter Venzeko de Solcowe animadvertens dampna quam plurima religiosis et in Christo devotis viris fratribus monasterii de Bucowe per patrem suum quondam Luthemarum piae recordationis illata eidem conventui iam dicto fratrum ordinis Cistertiensis pro remedio animae suae [et[2]) ipsius patris sui praehabiti villam Borchowe nuncupatam mansos sexaginta continentem cum omnibus utilitatibus, quae sunt vel in futuro fieri possunt, cum aquis et pratis et rivis, sylvis et pascuis et universo dominio, sicuti praefatus Venseko et sui successores rite et rationabiliter possederunt, dedit et in praesentia nostra resignavit libere. Nos vero a saepe dicto Venzechone[3]) rogati hanc iam dictam donationem suam nomine domini nostri incliti regis Bohemiae praesentibus confirmamus. In cuius rei testimonium praesentes conscribi fecimus literas annulo domini Wenceslai incliti regis Bohemiae et Poloniae fideliter communitas. Datum in Slawena anno domini millesimo trecentesimo tertio, quinto Kalendas Ianuarii, praesentibus Wichone domino de Scassowe fratre nostro, Petro Wost capellano de Danizt, Scesscone[4]) Doburgost dicto et aliis quam pluribus fide dignis.

[1]) Matrikel: Frischoue. [2]) et fehlt in der Matrikel. [3]) Matrikel: Venzechoue. [4]) Matrikel doppelt Scesscone, Seschone.

Nach der Buckower Matrikel fol. 152 ff. Nr. 69. Abschrift in der Abschrift der Buckower Matrikel im Cod. Mscr. boruss. Quart 29 der Kgl. Bibl. zu Berlin S. 125 Nr. 68. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1015.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch Nr. 608 S. 539.

2059.

[Um 1302.]

Der Rath zu Stettin ersucht den Vogt und den Rath zu Rostock, Hermann Recklinghausen um Herausgabe der 60 Mark englischer Pfennige anzuhalten, welche er dem Gerhard von Brabant am Rheine abgepreßt hat.

Viris prudentibus et honestis, dominis advocato et consulibus in Rozstoc consules civitatis Stetin honoris et servicii, quantum possunt. Nostri speciales amici, dominus Conradus et dominus Heinricus fratres et honesti milites dicti de Mose, exposuerunt voce querula coram nobis, quod quidam vir Gerardus Brabantinus residens est sub ipsis in bonis eorum, quem de Brabancia venientem iuxta Renum Hermannus Rekelichusen, apud vestram residens civitatem, despoliavit

suis bonis, scilicet LX marcis anglicorum paratorum denariorum, sicut idem Hermannus adhuc recognoscit. Unde vestre discrecionis benivolenciam petimus studio multiformi, quatinus amore dei et iusticie subveniatis huic Gerardo, quod ille Hermannus ablata reddat et aut satisfaciat ei cum iusticia vel amore, in hac parte vos taliter ostendendo, quod predicti milites et eorum subditus sentiant, sibi apud vos nostras litteras profuisse. Hoc volumus promereri in casu consimili et maiori.

Nach dem Originale im Rathsarchive zu Rostock s. r. Hanse.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 93 Nr. 2836. Hermann von Recklinghausen kommt 1302 als Zeuge vor.

2060.

1302 s. d.

Vertrag zwischen dem Kloster Eldena und Egbert Schmeling über das Dorf Rappenhagen.

Egbertus Schmelingk heft sick mit dem Closter vordragen van wegen der gerechticheit tho Regebodenhagen anno MCCCII.

Nach dem Extract bei Klempzen fol. 99.

Gedruckt bei Pyl, Eldena S. 623.

2061.

1302 s. d. Demmin.

Herzog Otto verleiht dem Demminer Bürger Johann von Brunsow 40 Talente Getreides jährlich aus der Mühle von Demmin.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie dominus Stetinensis Christi fidelium nacioni universe salutem in omnium salvatore. Ne principum condonaciones perpetuabiles erogate suis fidelibus variacione morum aut dilacione temporum eclypsentur, [necesse][1]) est ipsas signis firmissimis et meniis inmurari, ut sunt earum litteralis pupplica conscriptio et ydoneorum testium conprobacio fidedigna. Quorum ex nostrorum progenitorum consuetudine innata vestigia imitando presencium testimonio protestamur, quod honesto viro nostro speciali amico civi civitatis Dymyn Iohanni de Brunsow quadraginta talenta frugum coniunctim sumpta, sed divisim planius expressa, scilicet XX talenta siliginis et XX talenta brasei in molendino ante civitatem Dymyn situato percipienda in pheodum verum contulimus in perpetuum libera et soluta ab omni servicio et depactacione precariarum nos aut nostros successores contingentibus legitimos et heredes, hereditanda in bona pheodalia suis heredibus legitimis successuris. Cuius rei testes ydonei sunt Stangho, Hermannus de Ostha, Arnoldus de Ostha, Hermannus de Bluchern, Iohannes de Walsleve, Iohannes de Bertekow, Hermannus Draco, Scolentin nostri milites fide digni. Ut autem condonacio nostra prefixa pheodalis dicto civi et suis heredibus collata perpetuis temporibus perseveret, presens scriptum exinde con-

fectum nostris sigilli municionibus fecimus communiri. Datum per manus Gerardi Bükemanni nostre curie notarii sub anno gracie millesimo CCC secundo in civitate Dymyn.

[1]) necesse fehlt im Original.

Nach dem Originale mit wohlerhaltenem, an Pergamentstreifen anhängendem grünem Wachs-Reitersiegel des Herzogs im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Stadt Demmin Nr. 10. Abschrift im Copiar der Stadt (ebenda) Nr. 9, Kosegartensche Sammlung B 49 I f. 113 und im Mscr. Pom. fol. Nr. 148 der Greifswalder Univers.-Bibl., Demmin Nr. 10.

Auszug bei Stolle, Beschreibung und Geschichte der . . . Hansestadt Demmin S. 170 und bei Wigger, Geschichte der Familie von Blücher, Urkunden S. 107 Nr. 159.

2062.

1302 s. d.

Herzog Otto I. schenkt der Stadt Demmin den Zoll, welchen bisher Hermann Drake (Draco) innegehabt hat.

Nos Otto dei gracia dux Slavorum universis presentes litteras visuris seu audituris tenore presencium cupimus esse notum, quod ad rogationem consulum et burgensium civitatis Demin consilio nostrorum vasallorum discretorum coassumpto donavimus consulibus et burgensibus dicte civitatis proprietatem thelonii, quod dominus Hermannus Draco hactenus a nobis possederat, ad possidendum in perpetuum nostro obstaculo et nostrorum officialium non obstante, transferentes nichilominus in dicte civitatis consules et cives omne ius, quod thelonio habuimus in eodem. Cui quidem donationi presentes aderant Hermannus Draco, Iohannes de Bertecowe, Scolentin milites et multi alii fide digni. Et ad maiorem cautionem et certitudinem premissorum presentes litteras fecimus sigillari. Datum anno domini M° trescentesimo secundo.

Nach dem Originale, dessen an Pergamentstreifen befestigt gewesenes Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Stadt Demmin Nr. 11. Abschrift im Copiar der Stadt Nr. 166 und im Mscr. Pom. fol. Nr. 148 der Greifswalder Univers.-Bibl. Demmin Nr. 9. Abschrift von 1745 im Stettiner Archiv Pars I Tit. 54 Nr. 22 Vol. 1 fol. 160. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1001.

Auszüglich gedruckt bei Stolle, Beschreibung und Geschichte der . . . Hansestadt Demmin S. 142.

2063.

1302 s. d.

Einkünfte des Heiligengeist-Spitals in Greifswald.

Domus sancti Spiritus habet in hereditate Henrici Steven unius talenti redditus annuatim.

Nach dem Greifswalder Stadtbuch (Liber memorabil. XIV) fol. 8 r.

2064.

1302 s. d.

Anweisung einer von einer Mühle heimgefallenen Rente von drei Drömt Getreide an das Hospital zum Heiligen Geist in Greifswald.

Iohannes Rochenbuch et sua uxor domina Gertrudis habuerunt in molendino nostro ante valvam redditus sex tremodiorum annone ad tempora vite eorum, nunc autem tria tremodia ex morte dicte ad nos sunt devoluta, que dimisimus domui sancti Georrii in perpetuum, pro recompensa molendini deleti apud domum sancti Spiritus. Preterea volumus, ut reliqua tria tremodia, que dictus Iohannes ad tempora sue vite possidet, post suam mortem solvant domui sancti Spiritus in perpetuum pro recompensa molendini deleti antedicti.

Nach dem Greifswalder Stadtbuche (Liber memorab. XIV) fol. 8 v.

Auszug bei Pyl, Geschichte der Greifswalder Kirchen und Klöster, Bd. III S. 1277.

2065.

1302 s. d.

Vertrag zwischen dem Ritter Peter von Kameke und den Brüdern Hermann und Florin von Schwerin über Verpfändung des Dorfes Kameke auf sechs Jahre mit Bestimmungen über die den Mönchen in Usedom aus diesem Dorfe zustehenden Einkünfte.

Inter dominum Petrum de Kamic militem ex una parte et Hermannum ac Florinum fratres de Szverin est placitatum taliter ut sequitur et condictum: videlicet dictus Petrus posuit suam villam Kamic tytulo pignoris dictis fratribus cum omnibus proventibus eiusdem ville pro quadringentis marcis denariorum XXV marcis minus a festo beati Martini proximo futuro ad sexennium, hoc modo, quod huiusmodi bona redimere non poterit, nisi fuerit in amiciciam dictorum fratrum, sed in ultimo anno scilicet in crastino beati Martini; sed si tunc non redimerit, dictus dominus Petrus liberabit a dicto termino usque pascha ad dominum nostrum Bug(eslaum) pro collacione dictorum bonorum, ut conferantur dictis fratribus expedite; preterea cum redimerit, ipsa bona nuda inveniet, ita quod percepti sint omnes redditus. Ceterum si dominus noster predictus violenciam in dictis bonis fecerit, faciet illam in periculum domini Petri et non dictorum fratrum. Item dominus Petrus satisfaciet monachis in Uznim medio tempore de redditibus eis dandis de dictis bonis; item dominus Petrus serviet pro dictis bonis usque ad tempus solucionis. Pro hiis omnibus servandis promittet dominus Petrus cum XX militibus et armigeris fide media, et si unus moritur, ipse quartus frater intrabit Uznim, non exeuntes, donec fideiussor alius statuetur.

Nach dem Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) fol. 8.

Gedruckt bei Kosegarten, Pommersche und Rügische Geschichtsdenkmäler I S. 62 Nr. 3 (fehlerhaft) und danach (mit den Fehlern) bei Gollmert, Geschichte des Geschlechts von Schwerin, Bd. 3 S. 84—85.

2066.

Um 1302[1]).

Segebodo, Bürger zu Lübeck, genannt Crispin, verkauft dem Herzoge Waldemar von Jütland eine Rente von elf Last Hafer aus dem Lande Wittow.

Omnibus presens scriptum cernentibus Seghebode, civis Lubicensis, dictus de Crispin, salutem in domino sempiternam. Constare volumus universis, quod in terra Wittowe a nobili principe domino Witzlavo de Rugya, filiis suis consentientibus[2]) Witz(lavo) et Zamboro, emi redditus, videlicet duodecim lastas avene annuatim iuxta pontem Stralessundis, mihi[3]) absque quolibet obstaculo presentandos, quos quidem redditus domino Wald(emaro), duci Iucie, et suis veris heredibus vendidi cum omnibus iuribus suis, sicut ego[3]) habui[4]), rite et racionabiliter, quibus litteram super hoc confectam presentaveram. In cuius rei evidentiam sigillum meum presentibus est appensum.

[1]) Die undatirte Urkunde gehört zwischen die Jahre 1300, in welchem Fürst Wizlaw II. am 3. April diese Rente dem Segebodo verkaufte (Bd. III S. 406 Nr. 1938), und 1312, in welchem Herzog Waldemar starb; wahrscheinlich aber vor den Tod Wizlaws (1302), wie Fabricius a. a. O. S. 8 Anm. 1 wahrscheinlich gemacht hat. [2]) consensientibus. Orig. [3]) Auf Rasur. [4]) Aus habuimus durch Rasur des mus verbessert.

Nach dem Originale im Geheimen und Hauptarchiv in Schwerin (Transact. extran. principum, in spec. Ruyanorum) mit abhangendem Siegel.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 Nr. 308 S. 25.

2067.

1302 s. d.

Verfestung des Eberhard von Lübeck, des Krügers Nikolaus zu Damerow u. A. wegen Entführung je eines Sohnes der Ritter Konrad Heiden und Johann Behr.

Anno domini M° CCC° secundo proscripti sunt qui sequntur: — Everhardus de Lubeke et Nicolaus tabernarius de Damerowe et eorum conplices, videlicet Iohannes de Koninghesberg et Thidericus de Gotlandia sunt proscripti pro eo videlicet, quod duos pueros, filium domini Conradi Heydene et filium domini Iohannis Beren militum tradiderunt et furtive navigio deduxerunt.

Aus dem ältesten Stralsunder Stadtbuche, herausgegeben von Fabricius VII 120 S. 173. Lisch, Urkunden des Geschlechts von Behr II S. 7 Nr. 133.

2068.

1302 s. d.

Grenzvergleich zwischen Kloster Dargun und dem Ritter Eckard Sukow und seinen Söhnen.

Concordia inter fratres et abbatem Dargunensem ex una et dominum Eckardum Sukow militem et filios suos de distinctione terminorum Selkenhagen, Todenhagen et Stretenitz.

Regest in der Baster Matrikel (Löpersche Mscr. Nr. 75) fol. 17.

2069.

1302 s. d.

Fürstin Agnes von Rügen verkauft dem Kloster Neuenkamp den Hof Garbodenhagen.

Agnes furstin tho Rugen verkofft dem Kloster [Neuenkamp] den hoff tho Gerbendenhagen.

Klempzen, Extracte, Mscr. fol. 53 in der Bibliothek der Pommerschen Gesellschaft fol. 47.

2070.

[1302—10] Lübeck.

Graf Johann II. von Holstein ersucht den Rath von Stralsund, die Zurückgabe des einem Rathmann seiner Stadt Kiel bei Wiborg geraubten Schiffsgutes zu fördern.

Io[hannes] dei gr[acia] comes Holsatie discretis viris et honestis consulibus in Sundis promotionis quoad poterit et honoris. Exhibitor presentium, Hermannus, consul civitatis nostre Kyl, nobis dilectus, rebus et bonis suis, licet gwerra pace intercepta, infra pontem V·borch per magni principis et domini Christofori, ducis Dacie, swageri nostri dilecti, et vestros complices asserit se privatum. Rogamus igitur, quatenus, iusticie intuitu et precum nostrarum interventu, si qua idem de ablatis sibi in civitate vestra poterit investigare, ad restitutionem eorundem studeatis ipsum efficaciter promovere. Quod dante domino plene volumus promoveri. Datum Lub(eke) nostro sub secreto.

Nach dem Originale im Stadtarchiv zu Stralsund.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 70 Nr. 400.

2071.

1303 Januar 8 Stargard.

Herzog Bogislaw IV. bestätigt die Privilegien des Johanniterordens.

Bug[ezlaus] dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus presentem paginam visuris et audituris graciam suam cum plenitudine omnis boni. Tenore presencium universis volumus esse notum, quod ratificamus et approbamus omnia privilegia, que a nobis fratribus de domo hospitalis Iherusalem ordinis sancti Iohannis baptiste a nostra puerili etate usque ad presens tempus sunt indulta. Insuper volumus ipsa privilegia ab omnibus, qui nostris obediunt iussionibus et preceptis, quascunque libertates sive quecunque iura specialia contineant, prorsus observari inconvulsa. In huius vero nostre donacionis testimonium et evidenciam ampliorem sigilli nostri munimen duximus applicandum. Actum Stargard et datum ibidem anno domini M° C° C° C° tercio, in triduo post epyphaniam domini.

Nach dem Originale, mit dem an einem Pergamentstreifen anhängenden, sehr stark verletzten Siegel des Herzogs, im Geheimen Staatsarchiv zu Berlin s. r. Johanniterorden Nr. 57.

2072.

1303 Januar 17 Demmin.

Vergleich zwischen der Stadt Demmin und dem Kloster Eldena über das Eigenthumsrecht an einem vor der Stadt belegenen Felde, der „Steinkamp" genannt. Das Kloster verzichtet auf jedes Recht an demselben, und erhält dafür von der Stadt drei Mark jährliche Rente.

a) Ausfertigung der Stadt Demmin.

Universis Christi fidelibus hec scripta visuris consules et communitas civitatis Dymin salutem in omnium salvatore. Ad noticiam omnium cupimus devenire, quod cum reverendo domino Hinrico abbate de Hylda super proprietate cuiusdam campi dicti Stencamp ante civitatem nostram iacentis [sic][1]) placitavimus, quod idem dominus abbas una cum conventu suo modis omnibus a predicto campo cessavit, ita quod, quicquid iuris in eo habuerit, ad manus nostras et nostre civitatis perpetuo resignavit. Nos igitur ob hanc causam sepedicto domino abbati suoque conventui et eorum successoribus imperpetuum ad tres marcas anualium reddituum volumus obligari, quos quidem redditus eis [in festo][1]) beati Martini intra civitatem Gripeswolt de bursa nostre civitatis expedite solvere tenebimur, [nostris][1]) periculis, laboribus et expensis. Huius rei testes sunt Iohannes Brunsowe, Bernardus de Stokken, Eme . . .[1]) ghere et ceteri, qui cum eis tunc temporis consilio prefuerunt. Verumtamen in maiorem rei evidenciam nostre civitatis [sigillum presenti][1])bus duximus apponendum. Datum Dymin anno domini M° CCC° III°, in die beati A[nto]nii[1]).

[1]) Lücke in der Urkunde.

Nach dem Originale mit anhängendem, ziemlich gut erhaltenem Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Eldena Nr. 54. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1031.

b) Ausfertigung des Klosters Eldena.

Universis Christi fidelibus haec scripta visuris frater Hinricus abbas in Hilda totusque conventus ibidem salutem in eo, qui neminem vult perire. Tenore praesentium notum esse volumus universis, quod nos bona voluntate et consensu unanimi cessantes a campo Stenekamp dicto ante civitatem Demmynensem sito, quicquid iuris, utilitatis, possessionis aut impertionis in eodem habuimus, praedictae civitati Demminensi iusto donationis titulo dedimus perpetuo possidendum. Consules igitur saepedictae civitatis nostre[1]) liberalitati vicissitudinem impendere cupientes se suosque successores ad trium marcarum redditus nobis et nostris successoribus singulis annis[2]) solvendos perpetuis temporibus obligarunt. Solvent autem nobis praedictos trium marcarum redditus quolibet anno in civitate Gryphiswoldt in festo beati Martini praesentando eos nobis personaliter seu illi vel illis, quibus vices nostras commiserimus in hac parte. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Datum Demmyn anno domini millesimo tricentesimo tercio, in die beati Antonii.

[1]) Copiar: nostri. [2]) Copiar: annos.

Nach dem Copiar der Stadt Demmin, deponirt im Staatsarchiv, Nr. 184. Regest in Klempzens Extracten, danach gedruckt bei Pyl, Eldena S. 624.

2073.

1303 Januar 21 Demmin.

Herzog Otto I. schenkt dem Kloster Verchen neun Hufen in Sarow und zehn Hufen in Corin.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubie dominus in Stetyn nationi Cristi fidelium universe bonum salutifere sempiternum. Ne nostre condonationes perpetualiter nostris fidelibus inpense leviter evanescant, robur testium ac literarum firmius ad se vocant. Igitur est quod presentibus et futuris hominibus scribimus publice protestantes, quod ad instantiam nostri fidelis militis castrensis nostri castri Dymyn Arnoldi de Osta in villa Sarowe novem mansorum ac in villa Corin decem mansorum proprietatem cum omni usufructu ac iurisdictione ac libertate in suis terminis quantum ad campos agri culti ac inculti, pascuarum, pratorum, aquarum stantium vel currentium cum omni usufructu sub ipsorum mansorum metis contentarum monialibus cenobitatis in Vergha contulimus perpetuo possidendam. Cuius rei testes sunt: Hermannus, Otto, Arnoldus de Osta, Conradus de Bruck, Hinricus Vos, castrenses in nostro castro Dymynensi, milites nostri, cum aliis pluribus fide dignis. In maius ipsius [1]) testimonium inde confectum nostro sigillo armavimus presens scriptum. Actum et datum Dymyn anno domini M° CCC° tercio, in die beate Agnetis virginis ac martiris gloriose.

[1]) Die Dregersche Abschrift hat hier noch ein unsinniges et.

Nach der Dregerschen Abschrift der Verchener Matrikel (Löpersche Bibliothek Mscr. Nr. 222) Nr. 46. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1021 (datirt: in die beate Agate virginis ac martiris gloriose).

2074.

1303 Februar 1.

Bischof Heinrich von Camin transsumirt und bestätigt die Urkunde Bischof Hermanns vom 25. Juni 1281, in welcher dieser dem Nonnenkloster Marienpforte das Patronatsrecht über verschiedene Kirchen verleiht. (Pommersches Urkundenbuch II Nr. 1205 S. 450.)

Heinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris salutem in domino sempiternam. Noverit nacio presencium et felix successio futurorum, quod nos venerabilis patris domini Hermanni bone memorie Caminensis ecclesie episcopi nostri predecessoris litteras vidimus in hec verba:

folgt die Urkunde vom 25. Juni 1281.

Nos igitur huiusmodi predicta considerantes rite et racionabiliter ac deifice esse facta, ea in nomine domini confirmamus. Datum anno domini M° CCC° tercio, in vigilia purificacionis sancte Marie, pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Originale im Gräflich Arnimschen Archive in Boitzenburg. Transsumpt vom 30. April 1319, Retranssumpt vom 12. Mai 1335 ebenda.

Gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brandenb. I 21 S. 11 Nr. 17.

2075.

1303 Februar 5 Demmin.

Herzog Otto I. übereignet auf Bitten des Burgmannen Heinrich Voß in Demmin den Zehnten in Glendelin, den dieser bisher als Burgmann-Einkünfte besessen hat, dem Nonnenkloster zu Ivenack.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie, dominus in Stetin, universis Christi fidelibus perpetuum omne bonum. Teste Aristotile in principio phisicorum omne, ex quo fit, in id resolvitur. Hoc est quod nos instabiles vita terminabiles efficit et putriles, nullam stabilitatem a parte corporis, sed tantum ex parte anime conportantes, cuius salutem in omnibus capescendo et ipsius fundatorem deum serviciis nostris licet proch dolor exiguis nos condecet venerari, propter quam rem universe Christi fidelium future ac presenti protestamur pupplice nacioni, quod ad instanciam nostri fidelis militis Hinrici Vos castrensis nostri castri Dymyn omnem decimam, quam in villa Glendelin a nobis forma castrensium redditauum possederat, appropriavimus venerabilibus virginibus monialibus cenobitatis in Ivenac cum omni iuridicione nos contingente in honorem fundatoris ac salvatoris animarum nostrorum progenitorum ac nostre ac omnium in Christo dormiencium salutem perpetue feliciter obtinendam cum omni eiusdem decime usufructu. Cuius rei testes sunt Reymarus de Wacholt, Hermannus, Arnoldus de Ostha, Conradus de Bruc, Iohannes de Scolentin milites nostri fidedigni. Ac in eiusdem maius testimonium nostro sigillo munivimus presens scriptum. Actum et datum sub anno domini M° CCC tercio, in die beate Agate virginis gloriose per manus Gerardi Bukeman nostre curie notarii in Dymyn.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Ivenack Nr. 1. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1020.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 100 Nr. 2849.

2076.

1303 Februar 5 Demmin.

Herzog Otto I. verleiht dem Ritter Heinrich Voß, Burgmann in Demmin, der mit seiner Genehmigung den Zehnten in Glendelin dem Kloster Ivenack verkauft hat, an Stelle desselben als Burglehen die Bede aus Schwichtenberg.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie, dominus in Stetin, universis Christi fidelibus in perpetuum omne bonum. Ut malivolum (sic!) usurpancium ea in posterum, que sua non sunt, capiat decrementum, nostre condonaciones talibus in perpetuum testibus idoneis ac litteris pupplicis suscipiunt firmamentum. Notum igitur sit presentibus ac futuris, quod omnem precariam nobis derivabilem ex villa Swichtenberch honesto militi nostro Hinrico Vos, castrensi nostro castri Dymin, recontulimus in redditus castrenses titulo veri pheodi et legalis in perpetuum cum suis heredibus possidendos, pro quorum reddituum percepcione idem Hinricus aut sui heredes perpetua inhabitacione eiusdem nostri castri Dymyn nomen adpheodati nostri castrensis perpetualiter sorcietur. Ad evitandam tamen ambiguitatem collacionis eorundem

reddituum, principium ipsorum ac racio huiusmodi ad nos venit. Proprietatem decimarum, quam in villa Glendelin habuimus, ad instanciam ipsius dicti militis monialibus in Ivenac dedimus ad perpetuum temporis spacium, earundem decimarum empcionem ac vendicionem admittentes, pro quibus precariam dictam, quam usque nunc libere idem Hinricus sustulit, in redditus castri dicti remutavit, ipsam a nobis in pheodum resumendo. Cuius rei testes sunt Reymarus de Wacholten, Hermannus, Arnoldus, Otto de Ostha, Conradus de Brůc, nostri milites, cum aliis pluribus fide dignis. Ac in eiusdem maius testimonium presens scriptum inde confectum nostro sigillo fecimus roborari. Actum Dymyn et datum ibidem per manus Gerardi de Buken nostre curie notarii sub anno domini millesimo tricentesimo tercio, in die Agate virginis gloriose ac martiris in civitate Dymin.

Nach dem Originale ohne Siegel mit weiß-gelben Schnüren im Staatsarchiv Stettin s. r. Ducalia Nr. 13; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1019.

Gedruckt im Meckenb. Urkundenbuch V S. 101 Nr. 2850.

2077.

1303 Februar 5 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin bewilligt den Augustiner-Eremiten, entsprechend den von der römischen Curie ihnen verliehenen Privilegien, das Recht der Predigt und der Seelsorge und die Erlaubniß, in ihren Kirchen beerdigen zu lassen, und verleiht denen, die ihnen hilfreiche Hand leisten, vierzigtägigen Ablaß.

Heinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem et sinceram in domino karitatem. Cum ex officii nostri debito nostrum elaboret[1]) et invigilet studium, ut cultus divini nominis amplietur et ut religiosorum[2]) numerus dilatetur, quorum exemplo, vita, conversione et opere ceteris Christi fidelibus via salutis perpetue preparatur, noverit igitur vestra universitas devota, quod in Christo devotis prioribus et fratribus heremitis ordinis sancti Augustini domorum nostre dyocesis, quibus dominus predicandi graciam contulerit, concedimus liberam facultatem, ut in nostra dyocesi populo verbum dei pronunciare, confessiones audire, penitencias iniungere salutares valeant, sicut in eorum privilegiis indultis a sede apostolica continetur, ita tamen, ut ex hoc plebanis nullum preiudicium generetur. Sepulturam quoque in ecclesiis ipsorum liberam esse discernimus, ut eorum devocioni et extreme voluntati, qui se in eisdem ecclesiis sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut eciam publici usurarii, nullus obsistat, salva tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Preterea indulgencias a venerabilibus fratribus nostris predecessoribus pie et misericorditer indultas ratas et gratas habentes confirmamus, ut eorum domus seu monasteria magis pullulare valeant de gracia speciali, qui eis manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies in remissionem suorum peccaminum de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus. Datum Stetin anno domini M° CCC III°, in die Agathe virginis, pontificatus nostri anno secundo.

[1]) Orig.: eloboret. [2]) Orig.: reliosorum.

Nach dem Originale mit an Pergamentstreifen anhängendem Siegelfragment in der Königl. Bibliothek zu Berlin, Handschriften-Abtheilung s. r. A. 11.

2078.

1303 Februar 6 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin bezeugt, daß Christophorus, Domherr zu Stettin, welcher, als er Pfarrer zu Buchholz geworden, mit Zustimmung des Abtes Hermann zu Colbatz vier Hufen zu Mühlenbeck zu einem Dienst für die Mönche und zum Unterhalt einer brennenden Lampe vor dem Altar der Engel gekauft hatte, diese vier Hufen nunmehr dem Kloster geschenkt habe.

Nos Hinricus dei gracia episcopus Caminensis presentibus protestamur, quod nobis existentibus in Stetyn rogati a domino Cristophoro canonico ibidem ipsum adivimus, qui quidem erat eger corpore, sed sanus mente et loquela, proposuit coram nobis, quod eo consequto ecclesiam in Bucholte cum parata pecunia, quam habuit, non per ecclesiam acquisita, emit cum consensu domini Hermanni abbatis in Colbaz et conventus ibidem in villa Molenbeke quatuor mansos, volens de proventibus eorundem anime sue memoriale perpetuum ordinare, ipsos proventus Colbacensi ecclesie assignavit, ita quod in anniversario[1] suo annis singulis de ipsis proventibus cum provisione domini abbatis eiusdem monasterii servitium fiat monachis et conversis et lampas ardens ante altare angelorum iugiter habeatur et de dictorum mansorum redditibus comparetur. Idem vero dominus Cristophorus dictos mansos cum suis proventibus, prout ipsos habuit, ad usus ecclesie Colbacensis, ut premittitur, domino Dithmaro abbati Colbacensi in nostra presencia resignavit, petens, ut id de benignitate solita dignaremur confirmare. Nos vero dicti domini Cristophori iustis peticionibus annuentes eandem donacionem, resignacionem et ordinacionem approbantes auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus et sigilli nostri munimine roboramus, volentes et mandantes, ut tam pia donacio et ordinacio inviolabiliter observetur. Testes huius sunt dominus Hyldebrandus prepositus Caminensis, dominus Dithmarus abbas Stolpensis, dominus Iohannes prepositus Colbergensis et canonicus Caminensis, dominus Boldewinus decanus in Stetin, dominus Theodericus de Tylia canonicus ibidem et alii quam plures fide digni. Actum et datum Stetin anno domini M° CCC° III°, in crastino beate Agathe virginis per manum domini Hinrici nostri notarii.

[1]) Orig.: aniversario.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Colbatz Nr. 3 a, Siegel abgefallen. Abschrift in der Colbatzer Orig.-Matrikel Nr. 159 fol. 39. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. Nr. 1025.

2079.

1303 Februar 6 Waren.

Bischof Gottfried von Schwerin bestätigt die vom Ritter Johann Babbe mit Hebungen aus Langen-Trechow in der Stiftskirche zu Bützow gestiftete Vikarie.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Acta sunt hec in castro nostro Warin anno domini M° CCC° tercio in crastino Agathe virginis presentibus Ludolfo de Bulow, archidiacono in Trybezes, magistro Hinrico Goldoghe doctore decretorum canonico Lubicensi, Gerhardo perpetuo vicario ecclesie Butzowensis, clericis et capellanis nostris et quam pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Druck im Mecklenb. Urkundenbuch V Nr. 2851 S. 101.

2080.

1303 Februar 22 an der Swine.

Herzog Bogislaw IV. verleiht der Stadt Treptow a. R. das Recht, eine Schleuse in der Rega anzulegen, und die Niederlagsgerechtigkeit.

In nomine domini amen. Nos Bugizlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod de voluntate libera et maturo consensu Werzlai nostri filii dilecti dedimus honorabilibus viris consulibus ac universitati civium civitatis Nove Trepetowe licenciam et facultatem liberam faciendi clausuram sive arborem in fluvio Regha iuxta predictam civitatem, ubicunque eisdem magis fuerit oportunum, ut ibidem omnes dictam Regham ascendentes vel descendentes omnium rerum venialium faciant deposicionem, que nedderleginghe vulgariter nominatur. Huius ordinacionis testes sunt Heinricus de Reno, Iohannes Bere, Monik de Bonis, Gherardus Grope, Matheus, milites, Otto de Bonis famulus, consules civitatis Gripeswald, consules de Dymin, consules de Tanglim, consules de Griphenberge, consules de Belgarde et quamplures alii fide digni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum supra Szvinam anno domini millesimo trecentesimo tercio, Kathedra Petri.

Nach der Abschrift in den Privilegia et Documenta der Stadt Treptow (Staatsarchiv Stettin, Mscr. I 41) Nr. XI S. 7. Abschrift im Mscr. 213 der Löperschen Bibliothek in der Bibliothek der Gesellschaft für Pommersche Geschichte. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1016.

Gedruckt im Hansischen Urkundenbuch II Nr. 29 S. 14. Baltische Studien X 1 S. 196.

2081.

1303 Februar 23.

Junker Günther zu Werle, Domherr zu Magdeburg, und sein Bruder Johann melden dem Bischofe Heinrich von Camin ihre Zustimmung zur Union der Pfarre zu Malchin mit der Güstrowschen Dompräbende zu Kotekendorf.

Venerabili in Christo patri ac domino H[einrico] Caminensis ecclesie episcopo Gunterus dei gracia domicellus de Werle, canonicus maioris ecclesie in Maghedeburg, et Iohannes, frater eius, paratam ad beneplacita voluntatem. Meminimus aliquociens nunciis et litteris nostris nos rogasse, ut[1]) unionem ecclesie in Malchin cum prebenda in Gustrowe, quam dilectus frater noster dominus Nycolaus de Werle nobis irrequisitis fieri procuraverat, non confirmaretis, donec essemus super ipso facto plenius expediti. Nunc autem litteras de hoc factas legentes et diligenter examinantes invenimus ad honorem dei et cultum divinum ampliandum laudabiliter omnino in ipso negocio fuisse processum. Quapropter supradictam unionem cum omnibus suis articulis et additamentis, prout in litteris predictis super hoc confectis continetur, gratam et ratam habentes supplicamus vestre paternitati, quatenus ipsam de solita benignitate dignemini vestris litteris confirmare. Unico tantum sigillo, quia ego Iohannes predictus adhuc sigillum non habeo, sumus ad presens contenti. Datum anno domini M° CCC° III°, in vigilia beati Mathie apostoli.

[1]) et, Dipl.

Nach dem Diplomatar. Gustrow. im Großherzogl. Geh. u. Hauptarchive zu Schwerin, Nr. XIV fol. 14.

Gedruckt im Meckenb. Urkundenbuch V S. 104 Nr. 2854.

2082.

1303 Februar 24. Camin.

Bischof Heinrich von Camin bestimmt Rechte und Besitzungen des Caminer Vicedominats.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus honorabili viro domino Ffrederico vicedomino Caminensi eiusque successoribus canonice substituendis[1]) imperpetuum. Quociens a nobis, quod iustum est, petitur, exaudiri tam vigor equitatis quam ordo racionis id exposcit. Quapropter tuis iustis peticionibus benigne annuimus et vicedominatum, quem canonice es consecutus, tibi confirmamus te tuosque successores canonice tibi substituendos ad omne ius, quod tibi tuisque successoribus ex officio vicedominatus aut eius dignitate de iure debetur, restituimus et assignamus et presentis scripti privilegio communimus, ita ut, cum vicedominatum deinceps vacare contigerit, nos [et] nostri successores persone ydonee de gremio nostre ecclesie Caminensis numero canonico et tempore debito conferemus. Preterea quecumque bona, quascumque possessiones idem vicedominatus in presencia[2]) iuste ac pacifice possidet aut infuturum quolibet iusto titulo possidebit, firma tibi tuisque successoribus et illibata persistant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet villam Letenin in terra Piritzensi cum ecclesia eius omnique eius iurisdictione temporali, agris, pascuis, pratis, silvis, molendinis, rivis infra terminos dicte ville constitutis, decimis ac redditibus infeudatis aut non infeudatis, serviciis ibidem ac homagiis et servitutibus quibuscumque; insuper ecclesiam in Briteke, que sicut filia sue matrici ecclesie in Letenin dinoscitur adherere, cum quatuor mansis et media decima minuta ville Briteke memorate; item XIII choros quadruplices annone in villa Cussin, videlicet tritici, siliginis, ordei et havene, et sex choros eiusdem annone in villa Wotnick in predicta terra Piritzensi tibi tuisque successoribus annis singulis in annuis redditibus exsolvendos. Ceterum tibi presenti et per te tuisque successoribus canonice substituendis adicimus et ipsi vicedominatui perpetuo unimus opida[3]) hec, castra et castella: videlicet Piritz, Lipeniz, Berensten, Grifenhaghen, Baniz et Videcow, terras villasque ipsis adherentes ac ecclesias, capellas et quelibet loca religiosa, nisi sint sedis apostolice privilegia exempta in dictis opidis, castris vel castellis, terris villisque ipsis adherentibus constituta[4]), ut tu tuique successores in ipsis officium archidiaconi valeatis libere ac eius iurisdictionem usquequaque exercere. Nulli ergo omnino omnium hominum liceat presentem paginam nostre confirmacionis, restitutionis, assignacionis, adiectionis, unionis per nos facte et presentis scripti communicacionis infringere aut aliquo ausu contraire. Si quis autem infringere aut contraire presumpserit, indignacionem omnipotentis dei beatique Iohannis baptiste et nostram se noverit incursurum. Datum Camin anno domini millesimo tricentesimo tercio, sexto Kalendas Marcii, indictione autem prima, pontificatus vero nostri anno secundo.

1) Matrikel: canonico substituendum. 2) Matrikel: presenciarum. 3) Matrikel: opidi. 4) Matrikel: constitutas.

Nach der Abschrift in der Caminer Matrikel Pars II. Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 8 Vol. II fol. 42 v; I 8² 238 f.) Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1026.

2083.

1303 Februar 24.

Die Brüder Ernst und Reynward Budde genehmigen den Verkauf eines Stückes Mergelland in Splietsdorf für sieben Mark durch ihren Unterthan Gottschalk an das Kloster Neuenkamp.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus Ernestus et Reynwardus fratres dicti Budde salutem in domino sempiternam. Tenore presencium protestamur, quod cum venerabilis dominus Arnoldus abbas monasterii de Novo Campo ac conventus suus a quodam subdito nostro Godscalco in villa Splittaffesdorp intra terminos agrorum suorum pro septem marcis denariorum slavicalium emissent terram, que vlgo mergel appellatur, in latitudine quinque virgarum et in longitudine virgarum decem et novvem, idem dominus abbas ac suus conventus nostrum super huiusmodi sicut decuit requisiere consensum. Nos autem specialem favorem ad dictum monasterium et ad premissos dominum abbatem ac conventum habentes favemus et assentimur, quod memoratus dominus abbas vel successores sui ac conventus dicti monasterii ad utilitatem eiusdem fodere in agris prefatis et deportare valeant in perpetuum servata mensura prehabita terram scilicet mergel superius nominatam pro sue libitu voluntatis, obligantes nos et successores nostros ad omnimodam observanciam premissorum. In cuius rei evidenciam cerciorem, quia ego Ernestus sigillo carui, unius nostrum scilicet Reynwardi solummodo in presentibus usi sumus et huic cedule in cautelam et robur facti nostri duximus apponendum. Datum et actum anno domini M° CCC° tercio, in dominica qua cantatur Invocavit.

Nach dem Originale, dessen Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Neuenkamp Nr. 6 f. Abschrift bei Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1032. Extract bei Klempzen fol. 48.

Gedruckt bei Fabricius, IV 1 Nr. 309 S. 25.

2084.

1303 März 3 Colberg.

Die Stadt Colberg tauscht mit dem Domkapitel daselbst den Besitz mehrerer Grundstücke und Gärten, welche der Kapelle St. Nikolai gehören, gegen eine an das Domkapitel zu zahlende jährliche Rente von zwölf Mark für den Inhaber der Kapellenpfründe.

In nomine domini amen. Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, consules ac commune civitatis Colbergh salutem et in domino caritatem. Bonum publicum ampliari[1]) dinoscitur, cum id, quod in se est utile, agitur et ex quo dissencionis et materia litium noscitur amputari. Ideoque merito sub scripturarum testimonio id ipsum redigitur, ut robur perpetue firmitatis sorciatur. Noscant igitur presentes et futuri, quod nos deliberatione diligenti et solempni tractatu prehabitis de consilio et consensu omnium, quorum interest, concordavimus cum honorabilibus viris et dominis Conrado preposito totoque capitulo ecclesie Colbergensis, qui vere nobis bonam pacem volunt et optant, sed super ipsis inspecta in hac evidenti utilitate ecclesie eorum dimiserunt et in modum permutationis dederunt nobis in perpetuum areas et ortos cum paludibus et omnibus suis pertinentiis, iudicium, sicud habent, capelle sancti Nicolai in monte salsuginis, ipsa tamen capella cum eius cimiterio ipsis predictis salvis libere possidenda, considerantes, quod in domiciliis pauperes, qui residebant ibidem, experiencia docente fuerint ipsis et nobis materia rancoris et in pluribus erant obnoxii prenominate civitati. Nos vero proconsules predicti pro hiis eiusmodi debemus et debebimus prenarrate ecclesie Colbergensis capitulo ad utilitatem eius, cuius prebenda fuerit, cui dicta annexa est capella, duodecim marcarum denariorum usualium redditus perpetuos in festo beati

Martini episcopi et confessoris sub annua pensione. In cuius rei evidens testimonium presens scriptum nostre civitatis sigillo fecimus communiri. Testes sunt Herderus scholasticus, Hinricus custos, Wizslaus, Iohannes Ghizeler canonici Colbergenses, Hermannus Damisz, Hinricus Hartmodi, Iohannes Holk, Darsow, Tidemannus Brunswic, Gladbeke, Hinricus Romani, Nicolaus Albus, Hinricus Ghemelin, Ludekinus Webele, Wicboldus Smolteback, Hinricus Tene senior, Wesenbergh, Horn, Below, Iohannes Bünde, Halecov, Sleyvos consules civitatis Colbergh et alii plures fide digni. Datum Colbergh anno domini M° CCC° tertio, die dominica, qua cantatur Reminiscere.

1) Matrikel: ampliare.

Nach der Abschrift des Transsumpts von 1425 Oktober 31 in der Dregerschen Abschrift der Colberger Matrikel S. 159.

2085.

1303 März 12 Stettin.

Herzog Otto I. überträgt das Dorf Lübzin, so wie es der Ritter Szlabur mit seinen Söhnen Zezlaw, Barenzlaw und Szlabur vom Herzog Barnim besessen, dem Johann Wussow, Bürger zu Stettin, und dessen Oheim Otto Plato als Lehen.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Schlavorum[1]) et Cassubie omnibus in perpetuum. De gestis hominum grandis solet altercatio oboriri[2]), nisi lingua testium robur[3]) adhibeat et scriptura. Sciant igitur tam posteri quam praesentes, quod nos villam Lybecyn[4]) cum omnibus annexis, pratis, pascuis, aquis, lignis, rivis, paludibus et merica et caeteris usuariis universis, quae ad eandem villam dinoscuntur notorie pertinere, sub eisdem distinctionibus, terminis atque metis et omni iure, sicut nostri amici dominus Szlabur miles et sui filii Szezlaw, Barenszlaw[5]), Szlabur ab illustri principe nostro patre dilecto domino Barnym beatae memoriae habuerunt, nostris fidelibus Iohanni Vussow[6]), civi in Stettin, suoque avunculo Ottoni Plato copulata manu contulimus in verum pheodum et legale, libere absque servitio sine omni errore et occupatione, sine praecaria et sine exactione et inquietatione omni rusticorum perpetuo possidendam[7]). Item si aliqua castra sive munitiones lignis, edificiis seu plantis muniri deberent vel aliqua fossata fieri circa dicta, ab omnibus hiis servitiis et inquietationibus cives dictae villae Lubecyn, qui nunc sunt vel qui fiunt pro tempore, dimittimus perpetuo liberos et solutos. Damus etiam eisdem pro gratia speciali, quod nec per nostros advocatos seu officiales nostros, qui nunc sunt seu pro tempore erunt, nunquam compelli debent ad aliqua prenotata. Ut autem haec praedicta a nobis et ab omnibus nostris successoribus in sempiternum permaneant inconvulsa, nos praesens scriptum et[8]) instrumentum nostri sigilli robore communitum eidem Iohanni Vussow[9]) et suo avunculo Ottoni duximus largiendum. Testes[10]) huius rei sunt dominus Dithmarus abbas de Colbas, dominus Thyodericus Lucte noster marscalcus, Wilhelmus Trampo, Ubesko, Iohannes Bokeman, Iohannes de Hoykendorf, Gerhardus de Bertekow, Heinricus Pokelente, Wernerus Bokeman, Hermannus de Osten, Arnoldus de Osten, Gerhardus de Swerin, Hermannus de Deven milites et multi alii fide digni. Datum et actum Stettin anno domini 1303, in die beati Gregorii pape per manum Gerhardi Bokeman nostrae curiae notarii.

1) Trsspt.: Slavorum. 2) Trsspt.: suboriri. 3) Vor robur hat das Trsspt. ein sinnloses et. 4) Trsspt: Lubecyn. 4) Barrenslaw im Trsspt. 6) Wussow im Trsspt. 7) Im Transsumpt fehlt sine praecaria bis

rusticorum. Dann folgt in dem, offenbar auf einer andern Ausfertigung der Urkunde beruhenden Transsumpt noch folgende Grenzbeschreibung: Predicte vero villae Lubecyn terminum et distinctiones expresse et nominatim distinguntur in hunc modum, qui sequitur litera in praesenti: Primo a flumine dicto Albarthelanke per mediam partem recte transeundo, quod proprie rarecht dicitur, usque ad incolam (?!), quae dicitur Paghenhorst, et deinde descendendo usque ad arborem, quae distinguit nostram mericam a terminis et metis villae antedictae, ab illa vero transeundo inferius per circulum et abitum paludis dicti Luthekemyddelbruch, quod omnino continet in terminis villae supradictae, sicut apparet in fossis ibidem erectis et eradicatis, ab illo descendendo in recta linea usque ad tres arbores, quae dicuntur proprie Trybudere, deinde usque ad paludem, quae dicuntur proprie Trybudere, deinde usque ad paludem, quae dicitur Imchorst, ab illo descendendo in arcta linea, quae in vulgo dicitur rarecht, usque ad flumen, quod dicitur Thegebodelake, ab illo ulterius transeundo usque ad stagnum Dammysghese. Quicquid vero in hiis metis, terminis et distinctionibus interclusum est, hoc ad villam Lubecyn totaliter dinoscitur pertinere. Dann folgt im Transsumpt gleich, mit Auslassung der ganzen Stelle von Item si aliqua castra bis ad aliqua prenotata, die Schlußformel: Ut autem haec praedicta etc. [8]) scriptum et fehlt im Trsspt. [9]) Trsspt.: Wussow. [10]) Die Zeugenreihe weicht im Transsumpt sehr ab und lautet: Testes huius rei sunt dominus Hildebrandus praepositus ecclesiae Camynensis, dominus Iohannes notarius noster quondam, dominus Luchte noster marscalcus, dominus Otto Drake, dominus Conradus de Elsholt, dominus Heningus de Curow, dominus Heinricus de Rambyn, dominus Henningus de Plovene, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Stetin anno domini 1303, in die sancti Gregorii pape.

Nach der beglaubigten Abschrift von 1587 im Staatsarchiv Stettin, Stett. Arch. Pars I Tit. 57 No. 15 fol. 25 f.; Transsumpt von 1317 August 25, dem aber eine andere Ausfertigung zu Grunde liegt, ebenda fol. 44.

2086.

1303 März 12 Stralsund.

Ritter Gerslaw von Kahlden verkauft dem Johann von Gnoien eine Kornrente aus drei Hufen über der Fähre mit Vorbehalt der Wiederlösung, und eine Geldhebung aus dem Strauchholz beim dortigen Kruge.

Omnibus presens scriptum cernentibus Gerezlavus de Kalendis miles salutem in omnium salvatore. Cum humana fragilis sit memoria, oportet et expedit, ut prudentum acta, ne oblivioni tradantur, scripture testimonio perhennentur. Quapropter tam presentibus quam futuris tenore presencium declaramus, quod nos, uniformiter habito nostro et amicorum nostrorum sano consilio et de mera voluntate nostra domino Iohanni de Gnogen, nostro predilecto compatri, suisque veris heredibus redditus nostros de tribus mansis apud curiam suam sitos super passagium, XVIII modios siliginis et tercium dimidium tremodium avene cum parte nostra, quam in duobus iugeris habemus, rite et racionabiliter vendidimus et iure pheodali concedimus libere absque omni servitutis specie perpetuo possidendos, dandos[1]), vendendos cuicumque voluerint, posterisque suis a generatione in generationem hereditandos. Insuper cuicumque hos redditus memoratos mutaverint, donaverint vel vendiderint, illi eosdem concedere tenemur, sicuti superius pretaxatum est, reservata tamen nobis libera potestate reemendi redditus sepefatos pro valore, quos tunc valent. Sed si vendere voluerint, nobis primo exhibere tenentur, ceterum scientes, quod Iohannes antedictus et sui heredes nobis seu nostris heredibus de Rubo super passagium apud

tabernam singulis annis IIII solidos slavice monete condonare tenentur. Ut autem hec nostra venditio et pia concessio rata et inmutabilis permaneat, presentem paginam exinde confectam sigilli nostri una cum sigillo Tidemanni camerarii duximus roborandam. Huius rei testes sunt: Guezlavus, filius domini Nicolai, Tidemannus de Kalendis et Gerezlavus, filius domine Anne, qui una nobiscum promiserunt super hiis premissis fide data. Datum Sundis anno domini M° trecentesimo tercio, in die Gregori pape.

1) dandas. Orig.

Nach dem Originale im Archiv des geistlichen Kalands in Stralsund im dortigen Rathsarchive (Schr. II Schiebl. 6) mit an roth- bezw. grünseidenen Fäden anhängenden Siegeln des Ausstellers und des Kämmerers Tidemann.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 Nr. 310 S. 25 f.

2087.

1303 März 16.

Herzog Otto I. befreit auf Bitten seiner Mutter Mechtild dem Stettiner Bürger Johannes Schele dem älteren, seiner Gemahlin Gese und ihren Erben wegen der von ihnen der Mutter des Herzogs geleisteten Dienste zwölf Hufen in Damitzow und eine Wassermühle von allen Precarien.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie dominus in Stetin universis Christi fidelibus perpetue omne bonum. Res humane cum de se sint mobiles, si ad stabilitatem curvantur, ydoneitate testium ac litterarum probatorio pupplice muniuntur. Igitur tam presentibus quam futuris presens scriptum percepturis protestamur, quod ex inductione pia nostre matris karissime ducisse in Stetin domine Mechtildis inclite nobis dilectis civitatis Stetin Iohanni seniori Lusco sueque uxori honeste domine Gese civibus heredibusque eorum omnibus et pueris ob servicium ipsorum speciale eidem nostre matri ac nobis multifariter inclinatum duodecim mansos in villa Damptzow sitos ac molam, que aqua pellitur, unam ibidem relaxavimus ab omni exactione precarearum nos ac nostros heredes contingenda ad tempus perpetuum solute ac libere possideri, nostris officialibus strictius committentes, quod hanc libertatem eisdem civibus ac heredibus eorum non violent neque frangant. Cuius rei testes sunt Theodericus Luchto, Iohannes de Curow, Conradus de Elsholt, Gunterus de Rambyn, nostri milites fide digni, Arnoldus de Sannen, Heynekinus scultetus, Iohannes de Wossow, cives nostri in Stetin cum pluribus fide probatis. In huius rei maius testimonium inde confectum nostris sigillis roboravimus presens scriptum. Actum et datum sub anno domini millesimo trecentesimo tercio, XVII° Kalendas Aprylis.

Nach dem Originale mit an Pergamentstreifen anhängendem, am Rande stark verletztem großem Reitersiegel des Herzogs, auf dessen Rückseite das Secretum abgedrückt ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Ducalia Nr. 12. Abschrift im Diplomatarium monasterii sanctimonial. Stetin. in der Adelungschen Bibliothek in der Bibliothek der Pommerschen Gesellschaft XIII B Stettin Fol. 10 Mappe I fol. 30 Nr. 17.

2088.

1303 März 31 Stralsund.

Die Fürsten Wizlaw III. und Zambor von Rügen leihen dem Gerwin Semlow, Bürgermeister in Stralsund, das von dem Herzoge von Jütland und dem Herrn von Langeland gekaufte zuvor von Plötz'sche Dorf Devin zu Lehen, frei von Lehns- und sonstigen Diensten.

In dei nomine amen. Wyzlavus et Samborus, dei gracia principes Ruianorum, omnibus Christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Contractus et facta, que mundus ordinat, oblivio sepe in errorem duceret, si non firmarentur karactere litterarum. Noverint ergo tam presentes quam futuri, ad quos presens scriptum pervenerit, quod cum predilecti avunculi nostri dominus Woldemarus, Iucie dux, et Ericus, dominus Langlandie, debitorum stimulis in nostra civitate Stralessund urgentibus, villam quandam Tevin nomine in nostro dominio sitam de nostro vasallorumque nostrorum beneplacito a domino Rodolfo milite strennuo cognomento Plotze ad sua debita persolvenda precio comparassent, eandem villam iam dictam nostro dilecto burgensi in Stralessund Gerewino dicto de Semelowe, tunc temporis proconsuli, vendiderunt et idem Gerewinus nostro super hoc prius communicato consilio, ut decuit, a predictis nobilibus nostris avunculis pro statuta inter se pecunie summa emptionis titulo sibi suisque veris heredibus iure irretractabili perpetuo comparavit. Nos igitur, gravamini sepe dictorum avunculorum nostrorum, ut dictum est, condescendentes, ad sedulam petitionem eorundem ducum domini Woldemari et Erici de maturo consilio nostrorum dilectorum consiliariorum, accepta tamen a dicto Gerewino quadam summa pecunie, villam predictam Tevin eidem Gerewino dicto de Semelowe suisque veris heredibus et legitimis iure feodali perpetuo concessimus et contulimus cum omnibus proventibus, utilitatibus et fructibus, cum omnibus attinenciis, agris videlicet cultis et incultis, pascuis, pratis et palludibus, silvis, rubetis et nemoribus, viis et inviis, aquis et aquarum decursibus, prout termini ville sepedicte Tevin per gyrum ipsius terminis ville Borantenhagen, terminis abacie Novi Campi, terminis villarum Tessekenhagen et Vogedehagen necnon salso mari lucide cinguntur, cum iudicio maiore et minore, in omnibus causis, sanguinem et non sanguinem attingentibus in omnibus locis et terminis memorate ville, sicut eandem villam honestus miles dominus Rudolfus Plotze a nobis antea habuit, libere et quiete perpetuo possidendam; reddentes insuper eundem Gerewinum suosque heredes ab omni homagii servitute et generaliter a qualibet specie servitutis liberos et exemptos, addendo, ut nullus hominum nec nostro nec heredum nostrorum nomine villam Tevin vel eius attinentia presumat denuo mensuracionis funiculo mensurare, dantes eciam sepedicto Gerewino suisque veris heredibus liberam facultatem villam predictam sive bona prenominata alienandi quibuscumque voluerint tam in civitate quam extra, preterquam communi civitatis sive monasteriis sine nostra voluntate cum omnibus iuribus et libertatibus antedictis, sicut ipsi a nobis bona possident memorata. Ut autem hec nostra donacio firma maneat et illesa, presens scriptum sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Huius rei testes sunt: Hinricus de Ost, marscalcus, Matheus Molteke, Nicolaus et Thece fratres de Borantenh(agen), Iohannes de Gristowe, Conradus Dotenberch, Arnoldus de Vitzen, Ernestus Buddo, Tidericus Metzekowe, Tidericus Ursus, Fretherícus de Alkun, Arnoldus Wokenstede, Hinricus de Silva, Bertoldus Bokemannus, Iohannes

de Ost, Arnoldus et Bartoldus fratres de Ost de Daminitze et Gotanus Morderus, milites. Datum et actum Sundis anno domini millesimo tricentesimo tercio, in festo Palmarum.

Nach dem Originale im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. V Schiebl. 12). Die Siegel sind abgefallen, von dem Zambors sind die grün-rothen Seidenfäden vorhanden. Copiarium monasterii legis Marie fol. 176.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 Nr. 311 S. 26 und Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II S. 10 Nr. 135.

2089.

1303 April 8 Camin.

Bischof Heinrich von Camin trifft eine neue Eintheilung und Einrichtung der Archidiakonate seiner Diözese, bestimmt deren Grenzen und Einkünfte.

In nomine domini amen. Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus ad perpetuam rei memoriam conservandam. Cottidiana sollicitudo pastoralis officii nos inducit, ut evellenda vomere iusticie evellere et inserenda previgili racione firma radice inserere ac confovenda equitatis studio confovere satagamus. Proinde et quod licet usque ad hec tempora in nostra Caminensi ecclesia et diocesi certus non fuerit archidiaconorum[1]) numerus institutus, cum nec per solum archidiaconum tota diocesis eiusdem ecclesie propter sui diffusionem et latitudinem salubriter poterit gubernari, nos ad hec mentis nostre aciem[2]) convertentes certos archidiaconatus in nostra ecclesia Caminensi et eius diocesi instituere et eorum limites certis terminis designare ac archidiaconorum iura conscribere ac ipsa solide conservare necnon quorumdam archidiaconorum, quibus possumus inopiam relevare, curavimus et curamus de consensu et consilio nostri capituli multa super hiis deliberacione statuimus et ordinamus infradictos archidiaconatus in ecclesia nostra Caminensi institutos iam perpetuo in ea permanere. Et cum idem archidiaconatus vacare contigerit, tantum de personis eiusdem capituli idoneis sive ad nostram provisionem ad dicti capituli electionem pertinuerit, debere provideri, videlicet archidiaconatus Caminensis, que pre positura maior nuncupatur, archidiaconatus Diminensis, archidiaconatus Usznamensis, archidiaconatus Stettinensis ac archidiaconatus Stargardensis. Quorum archidiaconatuum archidiaconi taliter se scribent: archidiaconus talis loci in ecclesia Caminensi. Alii vero in diocesi nostra Caminensi aut spiritualem iurisdictionem habentes inferiores archidiaconi erunt et archipresbiteri nuncupentur et se scribent: talis archipresbiter talis loci, nec aliquis predictorum se ultra nominabit aut scribet se prepositum, nisi forte prepositi suarum ecclesiarum, conventuum vel congregaciaonum existant. Archidiaconatus vero predicti hiis terminis distinguuntur, videlicet Caminensis a mare (sic!) versus meridiem usque ad fluvium Ynam, a flumine vero Swina ab occidente versus orientem usque ad terminos terre Colbergensis et alios terminos, quos similiter habet versus orientem; archidiaconatus vero Diminensis omnes terminos, quos ante habuit, preter Lotczize et eius appendicia, retinebit; archidiaconatus Usznamensis tenebit terminos, quos ante habuit, tenuit, et Loziz et eius appendicia; archidiaconatus autem Stetinensis totam Stetinensem terram usque ad Ukermunde retinebit; sed et Stargardensis archidiaconatus totam terram Stargardensem et opidum Damme et proprietatem monasterii Colbacensis, que est inter terram Piritzensem et terram Videkowe, preter Grifenhagen opidum, pro terminis retinebit. Sed quoniam quidem archidiaconatus numero predictorum in rebus temporalibus adeo sunt pauperes

et exiles, quod ipsorum onera eorum archidiaconi quovismodo nequeunt supportare, quapropter archidiaconatui Usznamensi unimus ecclesiam Wusterhusen, de qua triginta marcas denariorum tantum percipiet annis singulis archidiaconus Usznamensis; ac archidiaconatui Stargardensi[3]) unimus ecclesiam in Lassan, de qua triginta marcas denariorum tantum percipiet annis singulis archidiaconus Stetinensis; ad archidiaconatum vero Stargardensem similiter adicimus ecclesiam in Werben, de qua XX marcas denariorum tantum percipiet annis singulis archidiaconus Stargardensis. Nec predicti archidiaconi in predictis ecclesiis archidiaconatibus taliter a nobis unitis ultra statutum sibi vendicare presumant quoquomodo. Preterea nobis et nostre provisioni reservamus collacionem seu provisionem archidiaconatuum predictorum[4]) preter Caminensis ecclesie archidiaconi vel prepositi, cuius electio ad ipsum capitulum pervenire dinoscitur, et institucionem personarum parochorum (?)[5]), cum eos vacare contigerit, ac ecclesiarum predictarum, quas univimus archidiaconatibus memoratis. Ceterum ut aliis dignitatibus et officiis[6]) in nostra Caminensi ecclesia constitutis commodius valeat deserviri, villam Damgoze in terra Colbergensi constitutam olim ad capellam castri Colbergh nunc dirutam pertinentem addicimus decanatui Caminensi ac donacionem quondam a venerabili domino Iaramaro Caminensis ecclesie electo confirmato de eadem villa factam eidem decanatui confirmamus. Ad custodiam vero adicimus ecclesiam in Damnitze terre Stargardensis, de qua custos Caminensis decem talenta percipiet singulis annis, Ad cantoriam vero adiungimus decimam in Smolentin et quatuor marcas denariorum, qui solvuntur de campo, qui Gedden nuncupatur, ad scolastriam vero coniungimus ecclesiam in Cirkevitze, de qua scolasticus predicte ecclesie XX marcas denariorum annis singulis sibi tollet, collacione aut presentacione in dictis ecclesiis Damnitze et Cirkevitze, cum eos vacare contigerit, capitulo Caminensi omnino reservatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatas instituciones, designaciones, conservaciones, relevaciones, statuta, distinctiones, uniones, reservaciones, confirmaciones predictas infringere aut eis aliquo casu temerario contraire, sed omnia predicta integre conserventur. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona premissis in aliquo sciens contra ea venire presumpserit, indignacionem omnipotentis dei beatique Iohannis baptiste se noverit incursurum. Datum in Camyn anno domini millesimo tricentesimo tercio, sexto Ydus Aprilis pontificatus vero nostri anno secundo.

1) Matrikel: archidiaconatorum. 2) Vor aciem in A und B ein sinnloses et. 3) Muß heißen Stetinensi. 4) Matrikel: prodictorum. 5) Matrikel: prū. 6) Matrikel: officia.

Nach der Abschrift in der Caminer Matrikel Pars II (Staatsarchiv Stettin Mscr. I 8 Vol. II) fol. 31 v. Eine zweite Abschrift in der späteren Abschrift der Matrikel (ebenda I 8 a) fol. 228. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1027.

Auszüglich und fehlerhaft, auch mit dem falschen Datum Ydus Aprilis statt sexto Ydus Aprilis gedruckt bei Schöttgen, Altes und neues Pommerland, S. 340—42. Wintheri histor. episc. Caminensis apud Ludewig, Scriptor. rer. German. Col. 583. Lünig, Spicileg. eccles. contin. I S. 756. Regest bei Fabricius Nr. 504.

2090.

1303 April 28 Stettin.

Herzog Otto I. beurkundet, daß ihm sein Getreuer Johannes Wussow, Bürger von Stettin, zwei Talente Zins von acht Hufen im Gartzer Stadtfelde, ein Talent Zins von vier Hufen zu Geesow

und zwei Hufen in Reinkendorf bei Gartz, die er zu Lehen hat, resignirt hat, zur Dotirung eines von ihm in der St. Jakobikirche zu Stettin erbauten Altars; er verleiht ihm und seinen rechtmäßigen Erben das Patronat des Altars.

Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubie ac dominus Stetinensis universis Christi fidelibus omnis boni plenitudinem perpetua cum salute. Ne acta nostra ad laudem dei in perpetuum mansura infringi valeant aut mutari, expedit ea testibus idoneis firmari et documentis legitimis perhennari. Ob hanc causam sciant posteri et presentes, quod noster fidelis et dilectus Iohannes Wussow civis nostrae civitatis Stetin duo talenta census iacentia super octo mansos in campo nostrae civitatis Gardiz et unum talentum census super quatuor mansos in villa Iesow et duos mansos in villa Reinkendorp prope Gardiz cum omnibus reditibus inde provenientibus eo iure, sicut ipse a nobis habuit in vero pheodo, nobis liberaliter resignavit, petens pure propter deum, quod eosdem reditus conferamus ad altare ab eo structum et cum eisdem reditibus ditatum in ecclesia Sancti Iacobi nostrae civitatis Stetin pro sua salute et suorum progenitorum et omnium suorum sibi succedentium amicorum ad honorem coelestis reginae sanctae Mariae virginis gloriosae et beati Iohannis apostoli et evangelistae. Cuius piis precibus amore dei consentiendo propter nostram salutem et nostrorum progenitorum ac omnium nostrorum subsequentium amicorum eosdem reditus largiter ad praedictum altare conferimus et donamus iure proprietario perpetualiter possidendos. Praeterea profitemur, quod ius patronatus iam dicti altaris totamque provisionem redituum praefatorum dicto Iohanni Wussow et suis legitimis haeredibus universis contulimus et donavimus perpetuis temporibus pacifice possidendum. Ut autem omnia haec praedicta a nobis et ab omnibus nostris successoribus in sempiternum permaneant inconvulsa, stabilia atque firma, nos praesens instrumentum inde confectum nostrique sigilli robore communitum praenotato Iohanni Wussow et omnibus suis legitimis haeredibus duximus largiendum. Testes huius rei sunt dominus Ditmarus abbas in Colebatz, dominus Iohannes noster notarius, clerici, dominus Heinricus de Rambyn, dominus Luchto noster marschalcus, dominus Rodolphus de Möringe, dominus Guntherus de Rambyn, dominus Buldemannus noster advocatus in Pirlz, milites et quamplures alii fide digni. Actum et datum Stetin anno domini MCCC tercio, die dominica qua cantatur Iubilate Deo.

Nach einer beglaubigten Abschrift von 1587 im Staatsarchiv Stettin: Stett. Arch. Pars I Tit. 57 No. 15 fol. 32; Abschrift von 1596 ebenda Tit. 103 No. 17 vol. 1. Abschrift des 18. Jahrhunderts in den im Staatsarchiv Stettin deponirten Akten der Stettiner Jakobikirche: Tit. VI Sect. 1 No. 1 fol. 33 und im Diplomatar. familiae Wussow No. 8.

2091.

1303 Mai 14 Stettin.

Herzog Otto I. verzichtet zu Gunsten des Bisthums Camin auf das Patronat der Propstei bezw. des Archidiakonats zu Demmin.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis Christi fidelibus audituris presentia et visuris omnis boni plenitudinem perpetua cum salute. Ne

condonationes nostre ad laudem dei perpetualis fact[e oblivi]one hominum pereant, eas testibus ydoneis firmari expedit documentisque legittimis perhennari. Huius [rei causa] sciant presentes et futuri, quod nos ratione iuris patronatus prepositure sive archidyaconatus Dyminensis omnes rixas et dissentiones habitas parte ex una inter nos et inter dominum episcopum ecclesie Caminensis et ipsam ecclesiam[1]) parte ex altera simpliciter et in toto relaxavimus renunciantes in honorem sancti Iohannis Baptiste in salutem nostrorum progenitorum animarum et nostrorum scelerum relaxamen, specialiter nostri fidelis et dilecti amici Hen[rici] domini episcopi Caminensis dicti de Wacholt dilectioni et ipsius ecclesie dicte capitulo, nostre matris ducisse in Stetin, domine Mechtoldis et nostrorum fidelium secretorum consilio, ab ipso episcopo et dicto capitulo nuncquam per nos nostrosque successores in postmodum revocandas, omnem impeticionem, que in ipsum ius dicti patronatus cum nostris successoribus nos contingere posset, in perpetuum decassando. Huius condonationis testes sunt: dominus Dytmarus abbas in Colbaze, Theodericus Luchte marscalcus, Iohannes de Hynneborch pincerna nostre curie, Conradus de Elsholt, Iohannes de Kurowe, Henricus et Gunterus de Rambin, Arnoldus de Oste, Hermannus de Deven, Iohannes de Boken, Rodolfus de Moringen, Iohannes de Plowene, Henricus Vos, nostri milites fide digni. Ad eiusdem maiorem evidentiam et certitudinem perpetuam presens scriptum inde confectum nostri sigilli testimonio fecimus roborari. Actum Stetin et datum ibidem anno domini M° CCC° tertio, secundo Idus Maii.

[1]) Orig.: ecclesiam zwei Mal.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Stettin s. r. Bisthum Camin Nr. 12, Siegel abgefallen. Abschrift in der Caminer Matrikel, Pars II (im Staatsarchiv Stettin I 8 Vol. II) fol. 33v u. I 8a fol. 230. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1017.

2092.

1303 Mai 16 Wollin.

Herzog Bogislaw IV. giebt dem Kloster zu Wollin das Recht, das bei der Theilung dem Kloster Crummin zugefallene Dorf Cunow mit allen Zubehörungen und Rechten zu kaufen oder zurückzukaufen und befreit das Dorf von allen Abgaben und Diensten.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Buggeslavus dei gracia dux Slavie et Cassubie omnibus in perpetuum. Actio temporalis cicius cum tempore labitur, nisi vel scripture memoria vel lingwa testium perhennetur, quia omnium habere memoriam divinitatis est et non humanitatis. Noverit igitur veneranda presencium et felix successio futurorum, quod nos de unanimi consensu heredum nostrorum ad honorem omnipotentis dei et matris eius Marie et propter pie devocionis affectum, quem circa cenobium sanctimonialium in Wolin ordinis Cistersiensis habemus et racione nostre filie Iutte, quam eedem sanctimoniales ad serviendum deo ibidem in suum collegium susceperunt, damus eisdem sanctimonialibus proprietatem ville Conowe, sicut infra suas metas sita est, videlicet in agris cultis et incultis, pascuis, paludibus et pratis, nemoribus et arbustis et cum omni libertate et iure patronatus ecclesie eiusdem ville,

sicud dominus Ubesco et sui heredes a nobis libere possederunt. Preterea damus eisdem dei virginibus sanctimonialibus et volumus, ut in suis bonis specialiter suum iudicem sive advocatum seu scultetum habeant iudicantem omnes excessus magnos et parvos, altos et bassos, qui poterunt evenire. Insuper damus eis omnes excessus, qui se extendunt ad penam capitis atque manuum et libertamus eandem villam ab omni ungeldo, scilicet ab exactione precaria magna et minuta, nichil penitus in eadem villa iuris nobis servantes. Eciam eximimus homines eiusdem ville a servicio seu labore privato, quo aliarum villarum incole laborare sveverunt, nisi talis labor commune bonum respiciat atque terre, videlicet pro defensione, que lantwere vulgariter nuncupatur. Quam libertatem eis concedimus in perpetuum donacions titulo possidendam. Mete autem dicte ville hee sunt: scilicet de villa Scussowe, que vadit de via civitatis Wolin usque ad quendam lapidem a dexteris et rursus ab illo lapide ad pratum, ubi maior eius gracilitas est, et in toto per medium pratum usque ad quoddam fossatum et hoc iterum per medium in toto et abhinc usque Weicowe teutonicum usque ad silvam, que dicitur elrebruk, item a slavico Weicowe a dicto lapide linialiter usque ad montem, qui dicitur Caleberch, item medietas prati inter Fflamingum militem et Conowe usque Trosin Wostro, magnum Wostrow ad Conowe et abhinc directe super planum pratum iuxta ligna et cannas usque ad radices duas dictas Wortbot, deinde ad pratum Sinnechowe et Conowe iam dicto per medium pratum trans aggerem, qui dicitur dam, et in toto per medium usque perveniatur ad metas ville Scussowe. Ceterum nostre anime ac parentum nostrorum fidelium animarum ob salutem damus prefatis sanctimonialibus in Wolin, si et in posterum ipsis divina providencia auxiliante prenominatam villam Conow reemere contingeret, vel si reemere quoquomodo presumerent, videlicet de sanctimonialibus in Crumyn aut saltem quibuscunque prenotata villa Cunowe cum omnibus sibi adiunctis vendita fuerit vel exposita ab hiis omnibus et singulis; nam antedicta villa Conowe causa divisionis ipsis sanctimonialibus Crumminensibus est tradita nostre bone voluntatis favore et nostrorum heredum cum omni proprietate et libertate, quemadmodum sepedicte sanctimoniales in Wolin dictam villam Conowe habuerunt, omni impugnatione remota et contradictione, reemere secure poterunt perpetuis temporibus possidendo. Ut autem hec nostra donacio pie facta firma permaneat ac inconvulsa, hanc paginam inde confectam conscribi fecimus nostri sigilli munimine roborandam. Testes huius donacionis sunt nobilis vir dominus Otto comes de Noygharden et sui filii Hermannus et Albertus comites, dominus Iaczo de Gutzecowe, dominus Hildebrandus prepositus Stetinensis, Deetlavus prepositus in Wolin, Conradus de Trepetowe noster capellanus, Hennyngus dictus Bere, Sabellus dictus Lepel, Lodewicus Kedink, Ulricus de Osten, Gerardus Grope, Monachus pincerna, Hinricus de Reno, Ubesco, Iohannes Heidebreke, Troya de Bandecowe, Adam Flammyngus, milites, Gherardus Grope, Hennyngus Kedink, Rodolphus Loysin, Crysowe, Hermannus de Reno, Rattislavus de Pawelstorp, Dethlevus Semelyn, armigeri, et consules civitatis Wolin et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum et actum Wolin anno domini MCCC tercio, in die ascensionis domini.

Nach dem Transsumpt vom 21. September 1313 in der Matrikel des Wolliner Jungfrauenklosters im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 45) Nr. 9a und im Diplomatar. monaster. sanctimonial. Wollin. Mscr. I 46 a Nr. 9, Mscr. I 46 b Nr. XII. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1018.

2093.

1303 Mai 20 Deutsch-Krone.

Leutzscius und Hassius von Wedell verkaufen dem Nikolaus und Tilo Brüsewitz die Einöde zwischen den Fließen Briesenitz und Plietnitz bis zur Mukarnicza gegen die Verpflichtung, durch die Wälder zum Grenzschutz Reiterdienste zu leisten und auf das „Geschrei“, zur Jagd und andern Diensten mit einem guten Pferde Tag und Nacht bereit zu sein, und zwar auf Befehl der Markgrafen Otto, Konrad, Johann und Waldemar von Brandenburg.

In nomine domini. Quemadmodum aqua delabitur, sic et caussae et memoria hominum excidunt, quae non dictis solum, sed etiam sigillis testium corroborantur. Quamobrem notum facimus omnibus hasce litteras visuris, quod nos Leutzscius de Wedell et Hassius de Wedell ad mandatum nostrorum illustrissimorum dominorum Ottonis, Conradi, Iohannis, Waldemari marchionum Brandeburgensium et Lantzbergensium honestis et fortibus viris Nicolao et Tilo Briesewitzken, qui se tempore necessitatis bellicosos exhibuerunt, propter suam fidelitatem et honesta servitia fideliter praestita coniuncta manu contulimus et realem intromissionem facimus ea conditione solitudinem intra ambos fluvios Brieseniczam et Plitnizam usque ad Mukarniczam, quemadmodum a magistro sylvae arboribus incisis consignatum est, in sylvis, nemoribus, agris et fructibus utendi, fruendi, sed tamen in ulteriore parte ultra fluvios (sic statt fluvium), qui nominatur Briesenitz, in recto et transverso iuxta cursum fluvii, qui inter Pomeraniam et domum Brandeburgensium et Stettinensium semper limitibus confirmat, non impetant, et tenebuntur in rogationibus per sylvas equitare, item ad clamorem, venationem et servitia fideliter uno bono equo die nocteque parati esse. Datae Walciae anno domini millesimo tricentesimo tertio, die vero prima post dominicam Exaudi. Ad firmius robur et strictiorem observantiam hisce literis sigillum nostrum appendimus.

Nach einer beglaubigten Abschrift aus der Croneschen Matrikel (1610) im Staatsarchiv Stettin: Stett. Arch. Pars I Tit. 11 No. 2 vol. 4 (Nr. 43) S. 67.

2094.

1303 Mai 25 Stralsund.

Die Ritter Johann und Berthold Gebrüder Zitterpenning verkaufen der Nikolai-Kirche zu Stralsund das Torfmoor zwischen Zitterpenningshagen und Teschenhagen, ein Stück Feld daneben zur Erbauung eines Hauses und einen Wasserlauf über ihr Feld.

In dei nomine amen. Omnibus Christi fidelibus audituris presentia et visuris dominus Iohannes Citterpenningk miles et Bertoldus Citterpenningk, frater eius, salutem in domino. Recognoscimus presentibus publice protestantes, quod nos cum matura deliberatione et consensu nostrorum heredum et amicorum vendidimus rite et racionabiliter ecclesie beati Nicolai in civitate Sundis pro quinquaginta marcis denariorum totam paludem torfmor vulgariter dictam inter Citterpenningheshaghen et Tessekenhaghen sitam temporibus perpetuis possidendam, quamdiu ibidem ad usus dicte ecclesie cespites haberi poterunt et acquiri, et spacium in nostris agris in longitudine sex virgarum et in latitudine quatuor virgarum ad construendam domum.

ubi conveniens fuerit ecclesie memorate, preterea aque solucio de dicta palude fieret super nostros agros, prout etiam expediens et conveniens fuerit ecclesie prelibate. Etiam, si ulla inpetitio aut incausatio fieret super eandem paludem, postquam nobis hoc intimatum fuerit, civitatem Sundis intrabimus, non exituri, donec eandem paludem ab inpeticione qualibet fecerimus inperplexam. Ceterum ad quoscunque bona nostra Citterpenningheshaghen adiacencia ex natione, donatione, venditione aut permutatione quacunque devoluta fuerint, illi hanc venditionem firmiter observabunt, privilegiantes ipsam sepedicte ecclesie suis litteris et sigillis. Super omnibus firmiter observandis data fide promittimus in hiis scriptis. In predictorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum in civitate Stralessundis coram universis consulibus eiusdem civitatis anno domini M° CCC° tercio, in vigilia pentecostes.

Nach dem Originale im Archive der Nikolai-Kirche in Stralsund im Rathsarchive ebendaselbst (Schr. II, Schiebl. 17). Das Siegel Johanns an gelben Seidenfäden fehlt, das Bertolds hängt an rothen Seidenfäden an. Original-Transsumpt des Abts Nikolaus von Eldena von 1474 Oktober 18 ebendaselbst.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 Nr. 312 S. 26.

2095.

1303 Mai 29 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt die Stiftung eines Altars in der Pfarrkirche zu Greifenhagen durch den Priester Johannes de Fonte und Konrad Sarkos und Bewidmung desselben mit acht Hufen im Dorfe Schwochow, vier Mark in der Stadt Pyritz und vier Hufen im Dorfe Alt-Grape.

Heinricus dei gratia ecclesiae Caminensis episcopus omnibus presentem paginam inspecturis et ad quorum noticiam pervenerit salutem in domino. Ab eo, qui essentialiter est pastor bonus, vocati in partem sollicitudinis gregis sui nostra interest ex debito officii pastoralis ea, quae ad cultum divinum faciunt, non solum aedificare, plantare et fovere, sed etiam plantata et aedificata nostrae authoritatis adminiculo confovere. Hinc est, quod universitati presentium notum esse ac ad futurorum noticiam foeliciter cupimus devenire, quod viri discreti et honesti Iohannes dictus de Fonte sacerdos et Conradus dictus Sarcos pia et fœlici ducti devotione quoddam altare in ecclesia parrochiali Gryphenhagen in honorę beatae Mariae virginis et beati Iohannis apostoli et evangeliste, pro ipsarum animarum salute progenitorum ac successorum suorum ordinarunt, dotarunt et construxerunt, in quo missa in remissionem peccatorum suorum perpetuo debeat celebrari et octo[1]) mansis ab omni exactione et precaria liberis et absolutis cum omni usu, fructu et libertate, sitis in villa Zvochow, et quatuor marcis denariorum in civitate Pyriz, quae omnia et singula dictus Iohannes de suo patrimonio comparavit, insuper et quatuor mansis sitis in villa antiqua[2]) Grapow, ut prediximus, similiter omnino liberis, cum omni libertate, iurisdictione, pacto, decima minuta et quidquid ex eis provenire poterit, usufructus, quae etiam omnia et singula predictus Conradus de suo comparavit, iam dictum dotaverunt altare. Ipsi vero tanquam viri providi et honesti nobis humiliter supplicarunt, ut predictum altare cum possessionibus, iurisdictionibus et libertatibus eidem predicte assignatis confirmare ac ratum habere dignaremur, ut ipsarum piarum voluntates per omnia et foeliciter impleantur. Nos igitur attendentes, quod cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor aequitatis exigit quam ordo rationis, ut id per sollicitudinem nostri officii ad effectum debitum perducatur, eius inherentes vestigiis, qui fidelium suorum pia desideria prosequitur et adimplet, ordinationem

et structuram altaris memorati cum possessionibus, libertatibus et iurisdictionibus suis, sicut rite et rationabiliter absque omnium preiudicio ecclesiae parochialis in Gryphenhagen et dominorum canonicorum in Stettin, qui pro tempore fuerint, factae sunt, authoritate ordinaria ratas habemus et gratas et in nomine domini confirmamus. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beati Iohannis baptiste, cuius vices gerimus in terra, et nostram se noverit incursurum. Huius rei testes sunt Hyldebrandus prepositus, magister Baldewinus decanus, Th(eodericus) prepositus de Thylia, magister Gottfridus, canonici Stetinenses, et Arnoldus dictus de Sanne, Heinricus prefectus in Stettin et Gerardus de Foro, layci et alii quam plures fide digni. Ut autem super premissis in posterum non contingat dubium suboriri, praesens scriptum desuper confectum nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum Stettin anno domini M° CCC° III°, quarto Kalendas Iunii, pontificatus nostri anno secundo. Nolumus autem per hanc nostram confirmationem ecclesiae Caminensi aliquod preiudicium generari.

1) Matrikel: octi. 2) Matrikel: antiquo.

Nach der Matrikel des Marienstifts im Archiv desselben zu Stettin Tit. I Sect. I Nr. I fol. 122 v. Diplomatar. eccles. S. Mariae II Nr. 39.

Gedruckt Baltische Studien, Jahrgang 8 Heft 2 S. 158.

2096.

1303 Mai 30.

Berthold von Artlenburg bekennt, vom Abt zu Reinfeld die Fischerei mit einem Stocknetz in dem Teiche Perselin für seine Lebenszeit geliehen erhalten zu haben.

Ego Bertoldus dictus de Erteneburch presentibus recognosco et protestor, quod dominus abbas de Reynevelde licentiavit mihi ad instanciam meam et matris mee piscacionem unius retis dicti stokenet in piscina Perselin tantum tempore vite mee, ita ut post mortem meam nullus amicorum meorum in predicta piscina vel piscatione quicquam proprietatis aut iuris sibi poterit usurpare. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum feria V^a post pentecostes anno incarnacionis M° CCC° tercio.

Steht auf der Rückseite der Urkunde von 1302 Juli 10 im Großherzogl. Geh. u. Hauptarchive zu Schwerin (Kl. Reinfeld), von anderer Tinte und Hand, und in vier Zeilen nur das oberste Viertel des Raumes einnehmend. (Mitgetheilt (einschließlich der Abschrift) von Dr. Saß in Schwerin.)

2097.

1303 Juni 1 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt das Statut des Domkapitels zu Güstrow, wonach der Ertrag einer Pfründe im ersten Jahre nach dem Gnadenjahre der Baukasse der Kirche zufällt.

(H)eynricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris et audituris salutem in domino. Ut domum patris celestis, in qua mansiones multe sunt, inhabitare

mereamur, decori domus filii sui terrestris, instauracioni videlicet ecclesie, alacrius intendere[1]) pia devocio nos inducit. Quapropter salubrem ordinacionem seu constitucionem, quam capittulum ecclesie Gustrowensis concepit, videlicet quod post unum annum gracie, indultum cuilibet canonico dicte ecclesie decedenti ad solvenda debita sua, prebenda decedentis cum omnibus suis proventibus per unum integrum annum immediate sequentem solvatur ecclesie structure et ipsius restauracioni, ita confirmamus in dei nomine per presentes, quod is, cui prebenda decedentis assignata fuerit, de ipsa per annum assignatum structure sibi nichil audeat vendicare, sub anathematis interminacione prohibentes, ne quis huic ordinacioni dictorum canonicorum et nostre confirmacioni audeat contraire. In cuius rei testimonium presens scriptum inde confectum sigillo nostro iussimus insigniri. Datum Stetin anno domini M° CCC° tercio, sabbato Karitas dei.

1) incendere. Dipl.

Nach dem Diplomatar. Gustrow. Nr. XVI fol. 15 a.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 113 Nr. 2867.

2098.

1303 Juni 1 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt dem Domkapitel zu Güstrow das Patronat der Kirche zu Klaber, welche der Fürst Nikolaus von Werle dem Domkapitel zu einer Domherrnpfründe verliehen hat.

(H)enricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris et audituris salutem et cognoscere veritatem. Paternam sollicitudinem, qua omnium ecclesiarum nostre dyocesis prosperitatem querimus, condecet benivolum adhibere favorem talibus factis, que ad ipsarum vergunt melioracionem. Eapropter, cum nobilis vir Nycolaus dominus de Werle liberaliter et pure propter deum dederit in perpetuum ius patronatus ecclesie in Kalaber ecclesie Gustrowensi ad institucionem unius vicarie in ipsa ecclesia Gustrowensi, nos dictam donacionem secundum deum factam per presentes in nomine domini confirmamus, salvis tamen iuribus ecclesie Caminensis. In cuius rei testimonium presentes sigillo nostro fecimus communiri. Datum Stetin anno domini M° CCC° III°, sabbato Karitas dei.

Nach dem Diplomatar. Gustrow. Nr. XXXVI fol. 28 b.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 114 Nr. 2869.

2099.

1303 Juni 1 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt die Union der Pfarre zu Malchin mit der Güstrow'schen Domherrnpfründe zu Kotekendorp.

(H)eynricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris et audituris salutem et cognoscere veritatem. Paterne sollicitudinis affectus et zelus domus dei nos inducunt, omnium ecclesiarum nostre dyocesis utilitatibus intendere et animo benivolo promovere.

Propter quod unionem ecclesie in Malchin cum prebenda ecclesie Gustrowensis[1]) sita in Kotekendorp, que duo beneficia sic unita nobiles viri Nicolaus dominus de Werle et fratres sui Gunterus et Iohannes donaverunt ecclesie Gustrowensi dicte ad comparandum canonicis ipsius ecclesie panes prebendales, gratam et ratam habentes tam donacionem quam unionem dicte ecclesie cum dicta prebenda factam dictis canonicis Gustrowensibus in dei nomine per presencia confirmamus, ita quod, cuicumque persone collata fuerit dicta ecclesia in Malchin cum dicta prebenda Gustrowensi sita in Kotekendorp, curam animarum ipsius ecclesie a decano Gustrowensi recipiat, salvis tamen in omnibus iuribus tam epyscopalibus quam archidyaconalibus, quibus per presencia nolumus derogari. In cuius rei testimonium presens scriptum inde confectum iussimus sigillari nostri sigilli munimento. Datum et actum in Stetyn anno domini M° CCC° III°, sabbato Karitas dei.

1) Gustrowensi. Dipl.

Nach dem Diplomatar. Gustrow. Nr. XV fol. 14 b.

Gedruckt im Meckenb. Urkundenbuch V S. 113 Nr. 2868.

2100.

1303 Juni 15 Greifswald.

Abt und Konvent des Klosters Eldena verpflichten sich der Stadt Greifswald zur Erhaltung des Boltenhäger Teichs und des freien Laufes der damit in Verbindung stehenden Gewässer, sowie zur Haltung von Prahmen auf dem Strom, wogegen die Stadt dem Kloster die Anlage einer Mühle an dem Teiche gestattet.

In nomine domini amen. Frater Henricus abbas totusque conventus ordinis Cysterciensis in Hylda omnibus in perpetuum. Noverint universi tam posteri quam presentes, quod, dum inter nos ex una parte et honestos viros . . consules et burgenses civitatis Gripeswaldis ex altera propter destructionem et exsiccationem piscine site iuxta curiam nostram Boltenhagen, que destructio et exsiccatio non sine dicte civitatis fiebat periculo, litigium et dissensio verteretur, ut inter eos et nos iterum concordia fieret et maneret, taliter ut sequitur extitit placitatum: quod nos et nostri successores in dicta piscina aquam colligere et servare ipsamque piscinam duobus fossatis bonis hinc et inde factis stabilire firmiter et firmare tenemur et cavere ac defensare debemus perpetuis temporibus, ne umquam vie transitus generalis vel specialis per antedictam piscinam[1]) fiat aut patebit a Stutinghof et ultra per ascensum[2]) ipsius piscine infra terminos nostre abbacie et nostris laboribus et expensis. Si vero nos violencie et potencie principum, dominorum, militum ac aliorum commorancium obstare nequiverimus, auxilium dictorum consulum et burgensium invocabimus, qui una nobiscum dicte violencie et iniurie obstare tenebuntur in utrorumque laboribus et expensis. Preterea sepe dicta piscina in anteriore parte adeo lata sicut nunc est permanebit, in aliis vero partibus ipsam dilatare et coartare, prout voluerimus, possumus, dummodo tamen in amnis iam dicti parte arciori duo portemia, que pram vulgo dicuntur, sibi invicem occurrencia spaciose et sine difficultate valeant pertransire. In memorata eciam piscina molendinum habebimus iugiter, quod construere et edificare possumus in loco, quo nobis videtur oportunum, cuius instrumentum, quod vulgariter grundwerch dicitur, in altitudine cum trabe illa concordabit, per quam aqua defluxerat super rotam veteris molendini.

Ipso vero molendino novo completo molere possumus omni tempore libere, quamdiu nobis aqua sufficit, attamen ipsa piscina exsiccari non debet, nisi aliquando acciderit ex defectu pluviarum aut estu solis, sicut estivo tempore quandoque solet fieri; quod si[3]) ex tali accidente exsiccata fuerit, proinde nullam calumniam paciemur, via tamen nullatenus transeunte. Si vero ibidem ex inundacione pluviarum et liquefactione nivium aut quocumque modo aliter aque plus more solito multiplicate fuerint et excreverint, ne tunc periculum aliquod in nostris satis, agris aut edificiis ex aquarum multitudine paciamur, possumus eas tali tempore, si voluerimus, liberas dimittere, nemine prohibente. Ceterum si quisquam de dictis civibus a nobis vel ab aliis ligna vel res alias per ipsam piscinam deferendas emerit, talis homo talia ligna vel res alias cum nostro portemio et nostris hominibus iuxta piscinam habitationem habentibus ad laborandum assumptis ad suum commodum deportabit, dato pro portemio et hominibus ac pro labore precio congruo et equali. Nos vero ibi perhenniter habebimus duo portemia et duas naviculas ad usus huiusmodi, que vel quas conducere volentibus non debemus ullatenus pro equali precio denegare. Ibidem eciam locus aliquibus hominibus ad laborem valentibus deputabitur ad manendum. Si vero aliquis pauper de prefatis burgensibus taliter a nobis vel ab aliis res quascumque emens per se laborare voluerit, ille aliquibus hominibus nostris sibi assumptis per se poterit laborare, dummodo tamen nobis nullum incommodum faciat sive dampnum. Item aque omnes dictum amnem et piscinam, scilicet ab alto ponte et a villis Clucemanneshaghen et Niendorpe, Karscowe et a Seghebodenhev et universi rivi de quibuscunque molendinis et paludibus influentes per ipsam piscinam habebunt transitum perpetuum et influxum, per fossata vero hinc et inde facta vel adhuc facienda nullatenus deducentur. Sic tota discordia, que inter nos et eos racione dicte piscine fuerat exorta, est sopita et amicabiliter terminata. Unde omnia in hoc instrumento conscripta et omnia, que continentur in privilegio super eadem piscina edito, quod post salutacionem sic incipit „quoniam in rerum natura“ etc., terminatur autem sic „Datum anno domini M° CCC°, in die beati Thome apostoli“[4]) perpetuis temporibus servari volumus integra et illesa. Ne igitur hec amicabilis concordia inter nos et eos ordinata dissensionis scrupulo ledi valeat inposterum vel turbari, presens instrumentum in evidens testimonium omnium predictorum sigilli nostri robore duximus muniendum. Insuper ad hec omnia testes sunt nostri conventus monachi et fratres, scilicet Hermannus prior, Gotfridus subprior, Martinus cellerarius, Theodericus camerarius, Henricus de Minda, Iohannes de Osterrode, Theodericus noster notarius et insuper totus conventus. Datum Gripeswaldis anno domini M° CCC° tercio, in die beati Viti martiris.

[1]) Memorabilienbuch: piscinum. [2]) Memorabilienbuch: assensum. [3]) Memorabilienbuch: sic. [4]) Siehe Pomm. Urkundenbuch III Nr. 1963.

Nach dem Memorabilienbuch der Stadt Greifswald Nr. 1 fol. 57. Gesterdings handschriftliches Diplomatar: Beiträge zur Geschichte der Stadt Greifswald Nr. 53.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 27 Nr. 313. Dähnert, Pommersche Bibliothek IV Nr. 31 S. 14. Regest bei Pyl, Geschichte Eldenas 2, S. 625.

2101.

1303 Juni 23.

Otto Slore, Pleban der Stadt Stralsund und des Dorfs Voigdehagen, vergleicht sich mit den Rathmännern der Stadt wegen einer von ihm auf dem Kirchenacker beabsichtigten Stauung des Wasserlaufs bei der Voigdehäger Mühle.

Omnibus Christi fidelibus, quibus presens scriptum fuerit demonstratum, Ot(to) Slore plebanus civitatis Stralessundis et ville Voghedehaghen salutem in domino. Contractus et facta, que mundus ordinat, oblivio in plerisque in errorem duceret, si non firmarentur karactere litterarum. Quocirca notum facimus presentibus et futuris, quod inter nos et consules civitatis Stralessundis super obstauratione aque decurrentis super molendinum Voghedehaghen taliter exstitit placitatum, quod dicti consules ad usus civitatis possunt eandem aquam pro suo beneplacito, prout voluerint et quantum indiguerint, in bonis adiacentibus ecclesie Voghedehaghen temporibus perpetuis licite obstaurare. In recompensam autem huius obstaurationis predicti consules reposuerunt ad ecclesiam Voghedehaghen perpetuo duo libera iugera agrorum, ut eidem ecclesie satisfiat. In predictorum testimonium, ut perpetuitatem optineant, presens scriptum scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum anno domini M° CCC° tercio, in vigilia beati Iohannis baptiste.

Nach dem Originale mit an grünseidenen Fäden anhängendem Siegel des Ausstellers im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. III, Schiebl. 14).

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 28 Nr. 314.

2102.

1303 Juli 1 Gartz a. O.

Herzog Otto I. schenkt der Stadt Greifenhagen den fürstlichen Zoll daselbst.

Otto dei gracia dux Slavorum, Cassubie et dominus Stetinensis omnibus in perpetuum. Tenore presentium recognoscimus et testamur, quod bona voluntate et maturo mediante consilio nostris fidelibus prefecto, consulibus et scabinis Griphenhagen nostrum thelonium, quod ibidem habuimus, ad communem usum civitatis nostre Griphenhagen dedimus liberum pre omnibus nunc presentibus et futuris, quod thelonium dicta civitas possidebit libere perpetuis temporibus inpedimentis quorumlibet anputatis. Ne igitur hec nostra racionabilis donatio a nobis vel ab aliquibus nostris successoribus aliquando revocari poterit [sic!], presens scriptum antedicte civitati dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Cuius rei testes sunt venerabilis pater Tehtmarus abbas Colebazensis, The[odericus] Luchte nostre curie marscalcus, Io[hannes] Hindenborch nostre curie pincerna, Gerradus de Bertecowe, Hen[ricus] Pokelente, Io[hannes] et Wernere Bokeman milites et alii quam plures fide digni. Datum anno gracie in Gardiz M° CCC° tercio, in octava nativitatis sancti Iohannis baptiste.

Nach dem Originale, an dessen rosa-gelben Seidenschnüren kein Siegel mehr hängt, im Stadtarchiv Greifenhagen Nr. 7 b. Orig.-Trsspt. vom 25. August 1373 ebenda Nr. 34. In diesem stehen hinter nostrum theoloneum, quod ibidem habuimus, noch folgende im Original fehlende Worte: videlicet pro una tunna allecis quatuor denarios Stetynenses. Vergl. Baltische Studien VIII 2 S. 162/166.

2103.

1303 Juli 13 Demmin.

Graf Johann von Gützkow der ältere bekundet, daß Herzog Bogislaw IV. ihm für die 2500 Mark Mitgiftgelder seiner Schwester vier Dörfer, Consages, Schlatkow, Groß- und Klein-Bünzow mit allen Nutzungen und Rechten zu erblichem Rechte bis zur völligen bezw. theilweisen Abtragung jener Mitgiftsumme übergeben habe.

Nos Iohannes dei gracia comes de Gutsecowe senior recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod eorum debitorum, quibus inclitus Buguzlaus noster dominus ac consanguineus dilectus, dux Slavorum et Cassubie, nobis obligabatur racione dotalicii sue sororis ducisse Stetinensis in summa videlicet duorum milium ac quingentarum marcarum denariorum slavicalium, cum eodem duce mediantibus fidedignis placitavimus istum modum: quod idem dux dedit et contulit nobis ac fratri nostro et veris heredibus nostris pro huiusmodi debitis quatuor villas quondam in suis terminis sitas, scilicet villam Cosawece, villam Slatecowe, villam Bunsowe maiorem pariter et minorem villam Bunsowe cum omnibus usufructibus sibi derivabilibus ab eisdem iure hereditario possidendas. De hiis autem villis serviemus iam dicto duci cum servicio exsistenti in eisdem villis, sicut tenentur suo domino vasalli strenui et fideles. Est autem huic ordinacioni adiectum, quod sepedictus dux dicta bona redimendi habebit liberam facultatem, ita videlicet, quocumque anno in festo Martini dux predictus vel sui heredes solverint nobis vel nostris heredibus terciam partem prefate summe, ipso anno omnes fructus dictarum villarum ad eundem ducem vel ad suos heredes libere revertentur. Si vero aliquando tota summa prescripta nobis vel nostris a dicto duce vel a suis soluta fuerit, prefate ville ad eundem ducem vel ad suos heredes redito sibi vel suis privilegio revertentur cum omni iusticia sicut ante. Insuper si idem dux vel sui heredes solverint nobis[1]) vel nostris heredibus terciam partem vel duas partes prefate summe, nos tamen dictarum villarum omnes obtinebimus usufructus, de ipsis nichil penitus relaxaturi, quin tota summa usque ad ultimum eiusdem denarium fuerit persoluta. Huius rei testes sunt Hinricus de Reno, Wernerus Lepel, Theodericus Bere, Hinricus Bere, Iohannes Bere, Gherardus Grope, Mattheus milites, Otto de Bonis, Gherardus Boz famuli et quam plures alii fide digni. In testimonium prescriptorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Dymin anno domini M° trecentesimo tercio, in die Margarete virginis.

[1]) Orig. nobis zweimal.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Ducalia Nr. 15. Abschrift in der Königl. Univers.-Bibl. zu Greifswald, Mscr. Pom. Fol. Nr. 150 (zu 1300). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1024.

Gedruckt bei Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II S. 11 Nr. 136. Schwarz, Geschichte der Pommerschen Städte S. 747 (zu 1300). Prümers kannte die Urkunde nur in der Greifswalder Abschrift und hat sie daher zu 1300 eingereiht und unter Nr. 1951 im III. Bande des Pomm. Urkundenbuchs S. 417 gedruckt. Der Druck wird hier nach dem Original wiederholt.

2104.

1303 August 9 Stralsund.

Fürst Zambor von Rügen verleiht den Rathmännern von Stralsund das Patronat der dortigen St. Jakob-Schule.

Zambor dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus, quibus presens scriptum fuerit demonstratum, salutem in domino sempiternam. Contractus et facta, que mundus ordinat, oblivio in plerisque in errorem duceret, si non firmarentur karaktere litterarum. Quocirca notum facimus presentibus et futuris, quod nos prehabito consilio nostrorum consiliariorum dilectorum concedimus nostris dilectis consulibus civitatis nostre Stralessunt ius patronatus scole

sancti Iacobi eiusdem civitatis possidendam perpetuis temporibus feliciter et quiete, dantes eisdem nostris consulibus liberam facultatem faciendi, dimittendi, ordinandi ac disponendi cum dicta scola, quicquid ipsis ad usus civitatis expediens videbitur et consultum. Ut hec autem donacio perpetuam optineat firmitatem, sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes huius rei sunt: Henricus de Ost marscalcus, Matheus Molteke, Conradus Dothenberg, Henricus de Dechowe, Iohannes de Ost, Arnoldus de Ost, milites et alii plures fide digni. Datum et actum in civitate Stralessund anno domini M° CCC° tercio, in vigilia Laurencii martiris.

Nach dem Originale im Stralsunder Stadtarchive (Schr. VII Schiebl. 1) mit an rothseidenen Fäden anhängendem Siegel des Ausstellers.

Gedruckt bei Dähnert, Sammlung Pommerscher u. Rüg. Landes-Urkd. Suppl. 4 S. 74 Nr. 19b; J. Denso, de re scholastica Pomeranorum S. 16; Fabricius IV 1 Nr. 315 S. 29.

2105.

1303 August 15 Boston.

Aldermann und Genossen der deutschen Hanse in England berichten der Stadt Rostock über die Verletzung des Verbots der Handelsfahrt nach Lynn durch Schiffer von Stralsund, Wismar und Lübeck und bitten im Namen der Westfalen um Einschärfung des Verbots und der mit ihm zusammenhängenden Bestimmungen, indem sie ihre Klagen über die Beeinträchtigung ihres Handels zu Lynn wiederholen.

Viris discretis et honestis, advocato, consulibus ceterisque opidanis de Rostoke aldermannus ceterique fratres de hansa Alemannie in Anglia existentes suum servicium in omnibus benivolum et paratum. Vobis tenore presencium quam intime duximus supplicandum, quatinus recordamini littere illius, que vobis et omnibus civitatibus de Westfalia transmittebatur[1]), unde oportet nos regraciari omnibus civitatibus de Westfalia, quod hoc promissum firmiter servaverunt. Unde vobis conquerimur, quod post hoc promissum due coggin de Stralsundis venerunt ad Lenniam, que pertinebant domino Iohanni de Meppen et iuveni Husenbourge de Stralsundis, et vocabatur una navis Skinkevin, et alia navis vocabatur Stultenberge, et unus magister navis vocabatur Nicholaus filius Radi de Campen et alius vocabatur Balbussiens Reinboldus, civis de Stralsundis, et in alia nave magister navis vocabatur Hildebrandus, et socius suus Seyne vocabatur. Unde vobis significamus, quod iste prenominatus Hildebrandus coram nobis in communi colloquio dixit, quod navis et bona, que fuerunt in ea, domino Iohanni de Meppen et iuveni Husenborge pertinerent, et quod iusserunt ipsum nusquam velare quam ad Lenniam; et cum istis navibus venit una bussa de Wismaria et fuit in ea magister navis quidam Hartmodus frater Benedicti nomine, et ille, qui conduxit navem seu qui navigaverat eam, vocabatur Henske de Hadersleve, et ipsi non possunt dicere, quod de hoc promisso nichil sciverunt, quia ipsi, antequam[2]) ad Cnosen venerint[3]), fuerunt premoniti[4]), et isti prenominati ronevare consilium nostrum prodiderunt. Post ista omnia dominus Willelmus Haward ac magister civitatis de Lennia rogabant, quod nos transmitteremus eis quatuor viros de nostris discretioribus, qui eis significarent seu discernerent[5]), quare eius civitatem scilicet Lennia[m] vitaremus. Et cum nostri seniores discretioresque ad ipsos pervenirent[6]), dixerunt nobis, quod ostenderemus eis illos, qui contra nos deliquissent; illi nobis emendare deberent,

quod ipsi haberent dampnum et nos honestatem. Et tunc nostri quatuor non fuerunt taliter consiliati, quod ipsis de hoc possent respondere, set posuerunt diem ad Botenstene usque post quatuordecim dies a termino primo, et sperabamus[7]), quod omnia cause nostre bona fieri deberent. Unde vobis conquerimur voce querulosa, quod interea venerunt due naves sive coggin de Lubike ad Lenniam, et in una nave fuit magister Nicholaus dictus Heringwyk, et Iohannes dictus de Aldervere ipsam conduxerat seu navigavit, et alia navis pertinebat Gerardo Nidinge et fratri suo. Et cum burgenses[8]) de Lennia viderunt, quod naves de Lubike ad eius portum pervenirent, videbatur eis, quod nostrum promissum nichil esset. Et propter hoc nostrum consilium seu nostra res totaliter adnichilatur. Et post ista venit una navis de Stralsundis ad Lenniam, et magister navis Marquardus Scoke vocabatur. Unde scire debetis, quod istos prenominatos ac alios contra commune promissum Teutonicorum facientes extra iudicium nostrum ac libertatem posuimus ac eiecimus[9]) absque Nicholao Heringwyk et Iohanne dicto de Aldervere, quia ipsi venerunt ad Botenstene coram aldermanno et ad omnes fratres de hansa predicta. Et tunc ab ipsis inquirebatur[10]), utrum eis libencius esset, quod ipsi extra iudicium ac libertatem Teutonicorum ponerentur aut libencius excessum eorum emendarent; et tunc ipsi elegerunt[11]), quod excessum eorum libencius emendarent et ipsum coram eis cognoverunt et de hoc excessu fideiussores nobis invenerunt, scilicet Iacobus de Crispin et Henricus de Lapide pro Iohanne de Aldervere et Willelmus de Bremis et Conradus de Colke pro Nicholao de Heringwyk sunt fideiussores. Et iste excessus est ad vos positus, rogantes, quatinus istos taliter moneatis ac habeatis, quod alius in hoc sumat exemplum, et iusticiam pixcide Teutonicorum observetis. Unde communis[12]) mercator de Westfalia rogat vos, ut hunc excessum ab eis accipiatis, scientes, quod, si aliquis burgensium ipsorum contra promissum Teutonicorum deliquisset, quod ipsi nullo modo dimitterent, quin ab eo excessum acciperent seu habere vellent. Unde rogamus vos intuitu et respectu[13]) nostri perpetui servicii, quatinus nos ad hoc confortetis, quod dictum promissum optineamus, quia multum nobis est necesse, ut ulterius audiatis[14]). Primo quod, quando ad Lenniam cum piscibus veniemus, cum extraneis nullam mutacionem facere audeamus, videlicet cum pannis, cum melle neque cum aliis mercimoniis, sicut facere solebamus. Item quod nullus mercator vendet alieno minus quam decem frustra cere nec minus quam millenam operis nec minus quam decem tunnas rumbonis et decem vasa cineris neque ulla alia mercimonia, sicut facere consuevimus. Propterea, si unus pauper non haberet nisi unam frustram cere vel due (!) et ipse uni extraneo vendiderit, ballivi extra scalam ceperunt ceram, sicut rem forisfactam apportaverunt. Item si unus cogge venerit de Norweya cum alece et aliquis extraneus emere voluerit, burgenses dicte ville pati noluerunt, nisi met ipsi ement. Item si una navis cum molaribus ibidem venerit, extraneo vendere nec extra villam ducere potuerunt, set quatuor viris, qui ad hoc fuerunt assignati, vendere debeant[15]). Item si emptum[16]) habuimus frumentum, pati noluerunt, quod in ullo (!) domo hospitare potuimus, quousque ad navem portare fecimus. Item quando pisces nostras (!) vel alia mercimonia emerunt et ad hospicia sua propria duxerunt et argentum nostrum ad hospicia eorundem petere deberemus, tunc de nostro argento tantum retinebant, ita quod nobis plenarie non solvebant. Et quando ibi veniemus cum mercimoniis nostris, ipsi ement et tradent denarium dei, et si videant, quod possunt lucrari, optineant, etsi non revertant, et de hoc magnum dampnum hab[emus]. Item quando ement res mercatorum, ultra terminum argentum dilaciunt, ita quod magna dampna de eo incurrent. Item anno transacto ad festum sancti Michaelis ve[n]erunt ad Lenniam XXII coggones cum piscibus, et rex mandavit ad Lenniam burgensibus, quod sibi invenire

deberent XL millenas piscium, et ipsi burgenses posuerunt super mercatores. Et cum predicti mercatores audierunt, clauserunt[17]) domos suas[18]). Tunc ipsi fregerunt vi hostia predictorum mercatorum et ceperunt pisces, quantum voluerunt, et nullum warantum inde monstrare[19]) voluerunt. Postea inquiraverunt (!), si pisces eorum, que valebant septem solidos, darent[20]) pro sex, et ipsi iuvarent eos[21]), quod pisces eorum retinerent. Sic quidem de predicta villa quatuor libras sterlingorum de duabus navibus ad liberandum eas acceperunt. Item muragium super extraneos providebant, et non contenti de recta custuma accipere, sed dupplicem acceperunt. Item clamare fecerunt, quod nullus extraneus arma portare deberet, et ipsimet arma tulerunt et gentes nostras[22]) de die claro verberaverunt. Unde scire debetis, quod talia, que faciunt, nulli nobis illuc vellificare videretur expedire. Et rogamus vos, quatinus nos commune promissum Teutonicorum optinere confortetis, quia nobis in eo magna vis est, sicut scire potestis. Littera facta in nundinis Botenstene, in communi colloquio mercatorum, hiis testibus: Iacobo de Crispin, tunc aldermanno, Gobelino de Colonia, Requyno de Colonia, Gerwyno Wysen, Hildebrando Skonewether de Tremonia, Goscalko de Housele, Lodulpho de Heringen de Sosato, Wesselo de Tynnen de Monasterio, Tidemanno de Cranen de Attenderne, Iacobo Pisce, Henrico de Lubike, Tidemanno filio Iacobi de Deventre, Tidemanno Rocout de Stralsundis et Iohanne de Bethem de Rustocke. Datum Botenstene die assumpcionis beate Marie virginis, anno domini millesimo CCC^mo^ tercio.

1) transmittabatur. Orig. 2) quam ante. Orig. 3) venerent. Orig. 4) premuniti. Orig. 5) discernent. Orig. 6) pervenerent. Orig. 7) spirabamus. Orig. 8) burgencii. Orig. 9) egicimus. Orig. 10) inquerebatur. Orig. 11) eligerunt. Orig. 12) communus. Orig. 13) respectus. Orig. 14) audietis. Orig. 15) debebant. Orig. 16) empti. Orig. 17) claudiderunt. Orig. 18) suos. Orig. 19) monstare. Orig. 20) Orig. sinnlos dare; entweder vellent zu ergänzen oder wie im Text. 21) eis. Orig. 22) nostros. Orig.

Nach dem Originale im Rostocker Rathsarchiv (s. r. Hanseatica). Von den 13 Pergamentstreifen sind noch 12 vorhanden, und einige tragen noch kleine Siegelreste.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V Nr. 2886 S. 126; Urkundl. Geschichte des Ursprungs der Hanse II, 228 Nr. 113; Hans. Urkundenbuch Bd. II, S. 19 Nr. 40.

2106.

1303 August 27 Camin.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt abermals die Vereinigung der Pfarre zu Malchin mit der Güstrower Dompräbende zu Cotikendorp und die dem Inhaber auferlegte Spendung der Präbendenbrote an das Domkapitel.

Noch eine bischoffs Hinrici zu Cammin confirmation uber die voreinigung der kirchen zu Malchin mit der präbenda zu Gustrow, deren hebung im dorffe Cotikendorp fellig, und das derjenige, welcher vom hern zu Gustrow zu gedachter kirchen und präbende präsentiret wird, von den einkunfften derselben den dreizehen canonicis, einem jeden, so da residiret (außgenommen den probst, der auch in seinem abwesen das brodt haben soll), vierzehen weitzenbrodt der größe, das 14 von einem schefel weitzen gebacken werden, wochentlich geben soll. Im gleichen sol er

auch dem hern zu Gustrow, wan der oder sein gemall da sein, so viel und so große brodt geben alß einem canonico. Datum Camin anno domini 1303, tertia feria post festum Bartholomei apostoli.

Nach Clandrian, Registratur der Briefe der Domkirche zu Güstrow im Großhzgl. Geh. u. Hauptarchive zu Schwerin S. 153.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 129 Nr. 2887.

2107 (= 1955).

1303 September 1.

Hierher gehört ohne Zweifel die im Pomm. Urkundenbuch III S. 420 Nr. 1955 unter dem 30. August 1300 abgedruckte Urkunde Bischof Heinrichs von Camin, in welcher dieser dem Konvent von Doberan das Recht verleiht, in den Klostergütern seines Sprengels Messe und Predigt zu halten und vierzigtägigen Ablaß zu gewähren. Die Datirung ist nicht M°CCC°, tercio Kalendas Septembris, sondern M°CCC° tercio, Kalend. Septbr. zu lesen. Vergl. die Anmerkung zur Urkunde Nr. 2131 von [1303—1307].

2108.

1303 September 3 Camin.

Bischof Heinrich von Camin schenkt der Stadt Massow das Dorf Holzhausen.

In nomine domini amen. Henricus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus universis praesentia visuris in perpetuum. Tenore praesentium recognoscimus publice protestantes, quod nos respicientes fidelitatem nostrorum dilectorum burgensium civitatis Massow nobis et ecclesiae nostrae saepius exhibitam, ut ipsa civitas eo ampliora suscipiat incrementa, convocato quidem maturo nostri[1]) capituli Caminensis consilio ac eiusdem capituli benigno praehabito consensu dictae civitati donavimus et contulimus proprietatem villae Holtzhusen cum omni usufructu et, quemadmodum ipsa villa infra suas iacet metas, pacifice possidendam, exceptis tredecim mansis cum dimidio, quos inpetimus in eosdem iure successorio, nempe per mortem Ludekini de Leussen dicti bonae memoriae ad nos et nostram ecclesiam esse noscimus devolutos. Si vero dicti tredecim mansi cum dimidio iure poterunt extricari, supradicta civitas proprietatem huiusmodi XIII mansorum sicut alios antedictae villae mansos quiete et commode possidebit. Volumus denique apud burgenses dictae civitatis pagi memoria retineri, quod nos ista vice, ut praedicta civitas eo maioribus profectibus augmentetur et commodis, eidem singulis annis in tutam proprietatem[2]) tot mansorum redditus dimittimus et forsan amplius, quot mansi adiacent villae supra memoratae. Ut autem huiusmodi nostra donatio rata permaneat et stabilis iugiter perseveret, praesentem litteram exinde confectam dictae civitati dedimus nostro sigillo et nostri capituli roboratam. Testes huius rei sunt honorabiles viri Hildebrandus praepositus, Lambertus decanus, Iohannes cantor, Fridericus vicedominus Caminensis caeterique canonici Caminenses. Actum et datum Camin anno domini millesimo trecentesimo tertio, tertio Nonas Septembris, indictione quinta decima.

[1]) Abschr.: nostro. [2]) Abschr.: tutum proprietate.

Nach einer Abschrift in Kosegartens handschriftl. Diplomatarium Pomeranicum in der Kosegartenschen Sammlung B 49 in der Greifswalder Universitätsbibl., Bd. I fol. 116. Die handschriftliche Vorlage ist nicht angegeben.

2109.

1303 September 8.

Die Ritter Johann und Berthold, Gebrüder Zitterpenning, verkaufen der Stadt Stralsund die Stauung des über die Voigdehager Mühle laufenden Wassers auf ihren Gütern in Zitterpenningshagen und die Fischerei in denselben.

Omnibus Christi fidelibus cernentibus presens scriptum dominus Iohannes Citterpennigk et Bertoldus, frater suus, salutem in domino. Recognoscimus presentibus publice protestantes, quod nos cum bona deliberacione vendidimus honestis viris consulibus civitatis Stralessundis obstauracionem aque decurrentis supra molendinum Voghedehaghen racionabiliter atque rite, ita quod dicti consules ad usus civitatis eandem aquam, eciam si aliquo dierum ducatur supra molendina civitatis predicte, possunt et debent in nostris bonis Citterpenningheshaghen adiacentibus usque ad signum evidens in eadem aqua statutum et positum licite temporibus perpetuis obstaurare, non reservantes nobis aut nostris successoribus in predicta aqua aut obstauracione ullam piscandi penitus potestatem. Ceterum si dicta bona nostra vendere nos acciderit, aut cuicumque eciam ea vendiderimus, sepedicti consules ad comodum et profectum civitatis predictam obstauracionem cum integrali piscacione perpetuo libere possidebunt, eo quod sepedicta bona nostra vendere aut permutare non debemus nisi sub condicionibus antedictis. Ut autem hec nostra vendicio perpetuam firmitatem optineat, presens scriptum scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum anno domini M° CCC° tercio, in nativitate Marie.

Nach dem Originale im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. III Schiebl. 14) mit an gelbseidenen Fäden anhängenden Siegeln der Aussteller.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 29 Nr. 316.

2110.

1303 September 14 Tankow.

Die Markgrafen Otto, Konrad, Johann und Waldemar von Brandenburg bestimmen die Feldmark der Stadt Callies und gewähren den Bürgern sechsjährige Abgabenfreiheit.

Nos Otto, Conradus, Iohannes et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberch marchiones recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod fidelibus nostris civibus in Calis et civitati assignavimus centum et quatuor mansos in agris et quinquaginta mansos in pascuis pecorum iure aliarum civitatum nostrarum perpetuo possidendos. Omnes autem aque inter predictos agros site extra mensuram debent esse et ad usus dictorum civium perpetuo similiter pertinebunt. Preterea volumus, ut quitquid ex illa parte aque Drawe cedit in pice et cineribus, hoc in civitate Calis colligi debet et vasari. Insuper prenominatos cives ob specialem favorem et eorum paupertatem respicientes a festo Martini nunc venturo per sex annos subsequentes a precaria, pachta[1]) et qualibet exactione liberos penitus esse volumus et solutos, et hiis sex annis durantibus, quitquid ipsis de excessibus evenerit, cum hiis suam civitatem emendabunt. In cuius evidens testimonium ipsis dedimus presens scriptum

sigillis nostris roboratum. Actum et datum Tankow anno domini M° CCC° III°, in die exaltationis sancte crucis, presentibus domino Raven, nostre curie dapifero, Czulis de Wedele, Ludolpho de Wedele, Hassone de Wedele nostro advocato, Henningo de Blankenborch [2]), Hinrico de Stegelitz, Bertrammo de Stegelitz et aliis quam pluribus fide dignis, per manum Tiedemanni Zmol nostri capellani.

1) pascha? Dr. 2) Blankenburch. Dr.

Nach Dregers Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1029.

Gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brand. I 18 Nr. 3 S. 101; Raumer, C. d. B. I S. 24 Nr. 32; Klette, Regesta Neomarchica I S. 64; Gercken, Cod. V p. 286.

2111.

1303 September 18 Woldenberg.

Bischof Heinrich von Camin verträgt sich mit den Markgrafen Otto, Konrad, Johann und Waldemar, denen er Hülfe und Beistand gegen alle ihre Feinde gelobt, ausgenommen den Markgrafen Hermann und die Pommerschen Herzoge.

Nos Henricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod inter illustres principes dominos Ottonem, Conradum, Iohannem et Woldemarum de Brandeborch et Landesberch marchiones ex una et nos parte ex altera est de maturo consilio nostrorum prelatorum necnon fidelium nostrorum placitatum, quod apud ipsos debebimus perpetuo manere et ipsorum terram defendere prout nostram eisque assistere efficaciter auxilio, consilio et favore cum omni posse, ubicumque eisdem fuerit oportunum contra quoslibet adversarios eorundem exceptis dumtaxat illustri principe domino Hermanno marchione Brandeburgensi et nobilibus ducibus dominis Bugezlao et Ot(tone) Sclavorum et Cassubie, contra quos nichil attemptabimus, quod noscitur inimicum. Preterea si aliqua discencionis materia inter dictorum dominorum marchionum et nostros vasallos fuerit exorta, si concordia non posset vel amicicia terminari, extunc nostri vasalli coram nobis stabunt iuri vasallis dictorum dominorum marchionum de ipsis volentibus querulari, et nemo se constituet iudicem sui ipsius. Si vero secus factum fuerit, nullis vasallorum nostrorum in hac causa prestabimus auxilium vel iuvamen. Testes huius rei sunt: Hildebrandus prepositus Caminensis, Iohannes prepositus Colbergensis canonici Caminenses, nobilis vir dominus Hermannus comes de Eversten, Iohannes Romelo, Tzvules de Wedele, Hennigus de Blankenborch, Henricus et Iohannes de Stegeliz, Wedego et Hasso de Wedele, milites et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Dubbegnek anno domini M° CCC° tercio, feria quarta ante festum beati Mathei apostoli et ewangeliste.

Nach dem Originale, an dessen anhängendem Pergamentstreifen sich kein Siegel mehr befindet, im Geheimen Staatsarchiv zu Berlin s. r. Pommern Nr. 5.

Gedruckt bei Gercken, Codex dipl. Brandenb. III S. 85; Riedel, Cod. dipl. Brandenb. II 1 Nr. 320 S. 251; Klette, Regesta Neomarch. I S. 64.

2112.

1303 September 28 Demmin.

Herzog Otto I. verleiht der Stadt Demmin das Eigenthum von $8^1/_2$ Last jährlich aus der Mühle vor der Stadt.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie, dominus in Stettin salutem omnibus sempiternam. Multis incommodis prudenter occurrimus, si ea nostrorum operum, que perpetuari volumus, nostris litteris et testibus ydoneis confirmamus. Igitur tam presenti quam future recognoscimus pupplice cristifidelium nacioni, quod ex bono nostri animi arbitrio et nostrorum fidelium secretorum militum proviso consilio civitatis Dymyn consulibus et civibus nobis dilectis dedimus proprietatem octo lastarum et unius dimidie laste in molendino, quod situm est ante civitatem Dymyn sub huiusmodi redditibus, qui ex ipso fieri dinoscuntur, temporibus perpetuis possidendam. Inter cetera ad distingwendam horum reddituum proprietatis nostram presentem condonacionem de lastis iam in numero positis, quarum redditus idem civitatis Dymyn consules et cives emerint racionabiliter a pueris Hermanni de Bluchern beate memorie nostri militis et ab Hinrico Vos de Dymyn nostro milite ac ab aliis talium puerorum provisoribus tamquam de capitali proposito facimus mentionem. In cuius rei pupplicam evidentiam proprietatis nostre donationem eiusdem presentibus nostris litteris inplexam dict. viris nostro sigillo dedimus roboratam. Cuius eciam rei testes sunt Stangho, Hermannus et Otto Drako, Iohannes de Walsleve, Hermannus, Otto, Arnoldus et iterum Arnoldus de Osta, Conradus de Brůk, nostri milites cum plurimis fide dignis. Actum est presens huius rei negocium et datum in Dymyn anno domini millesimo trecentesimo tercio, in vigilia beati Michaelis archangeli gloriosissimi.

Nach dem Originale mit an rosa Seidenschnüren anhängendem, leicht beschädigtem großem Wachs-Reitersiegel des Herzogs im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Stadt Demmin Nr. 12. Abschrift im Copiar der Stadt, Nr. 167, im Mscr. Pomer. fol. 148 der Greifswalder Universitätsbibliothek, Demmin Nr. 11 und in der Kosegartenschen Sammlung B. 49 ebenda Bd. I fol. 115.

Unvollständiger Abdruck bei Stolle, Geschichte von Demmin, Nr. 170. Wigger, Geschichte der Familie von Blücher, S. 100 Nr. 163.

2113.

1303 September 28.

Genannte neun Cistercienser-Aebte, darunter Abt Wichard von Buckow, transsumiren die Bulle Papst Bonifacius' VIII. vom 18. Dezember 1303 über die Novalzehnten.

Universis Christi fidelibus presentem litteram visuris et audituris. Nos frater Hermannus[1]) de Veteri Monte, frater B(ertrammus) de Amelůncsburne[2]), frater Iacobus de Paradyso, frater Nycolaus[3]) de Velen, frater Wykardus de Bůchovia, frater Rutgerus de Olyva[4]), frater Petrus de Erivado, frater Gunnerus[5]) de Loco Dei, frater Nycolaus de Rure Regio dicti, abbates ordinis Cysterciensis, salutem in domino sempiternam. Recognoscimus ac universitati vestre tenore presentium ex certa consciencia publice protestamur, nos tempore capituli nostri generalis in

Cystercio privilegium sanctissimi patris nostri domini Bonifacii pape octavi, bullatum, in serico appensum, non cancellatum, non abolitum et in nulla sui parte viciatum vidisse sub hac forma:

Folgt die Bulle Bonifacius' VIII., Potthast Nr. 25 200.

Nos igitur ob huiusmodi protestacionis nostre firmam credenciam presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum anno domini M° CCC° III[6]), in vigilia sancti Michaelis[7]) archangeli.

[1]) In B nur: H. [2]) Ameluncsburne. B. [3]) Nicolaus. B. [4]) frater Rutgerus de Olyva fehlt in B. [5]) Gunnerus. B. [6]) Mmo CCCmo IIIº. B. [7]) Mychaelis. B.

Nach dem Originale in der Raczynski'schen Bibliothek in Posen, C. 3, Siegel abgenommen (A). Zweites Original im Staatsarchiv zu Königsberg, Schiebl. LVI Nr. 6 (bei Perlbach irrthümlich LVI Nr. 5) mit 8 Siegelfragmenten an Hanfschnüren (B). Abschrift ebendaselbst im Folianten A. 100 (Cod. Oliv.) p. 281/82 Nr. 173 und in der Buckower Matrikel p. 135/38 (mit vielen Fehlern), ferner in der Abschrift dieser Matrikel in der Handschrift Mscr. boruss. Quart 29 der Kgl. Bibliothek zu Berlin Nr. LIX S. 113.

Gedruckt im Cod. dipl. maioris Poloniae II S. 227/28 Nr. 874, bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch S. 546 Nr. 618 und im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 90 Nr. 2832.

2114.

1303 September 28.

Genannte sechs Cistercienser-Aebte, darunter Abt Wichard von Buckow, transsumiren die Bulle Bonifacius' VIII. vom 18. Dezember 1302 über die Novalzehnten.

Universis Christi fidelibus presentem litteram visuris et audituris. Nos frater Bertrammus de Amelugesborne, frater Iacobus de Paradyso, frater Rodingerus de Oliva[1]), frater Wykardus[2]) de Buckovia, frater Nycolaus[3]) de Lacu sancte Marie, frater Ludolfus de Nemore sancte Marie dicti, abbates ordinis Cysterciensis, salutem in domino sempiternam. Recognoscimus ac universitati vestre tenore presencium ex certa consciencia publice protestamur nos tempore capituli nostri generalis in Cystercio privilegium sanctissimi patris nostri domini Bonifacii pape octavi[4]) bullatum, in serico appensum, non cancellatum, non abolitum et in nulla sui parte viciatum vidisse sub hac forma:

Folgt die Bulle Bonifacius' VIII., Potthast Nr. 25 200.

Nos igitur ob huiusmodi protestacionis nostre firmam credenciam presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum anno domini M° CCC° III[5]), in vigilia sancti[6]) Mychaelis archangeli.

[1]) Olyva. B. [2]) Wichardus. B. [3]) Nicolaus. B. [4]) VIII. B. [5]) M° CCC° IIIº. B. [6]) sancti fehlt in B.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Königsberg, Schiebl. LVI Nr. 5 (bei Perlbach irrthümlich Nr. 6) mit 5 Pergamentstreifen, an deren 4. und 5. Siegelreste vorhanden sind, für 6 ein Einschnitt (A). Zweites Original im Großherzogl. Geh. u. Hauptarchiv zu Schwerin (Kl. Dargun) mit 6 Siegeln an Pergamentstreifen (B). Abschrift in Königsberg im Folianten A. 100 (Cod. Oliv.) p. 2822/83 Nr. 174.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 90/91 Nr. 2832 und bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch S. 547 Nr. 619.

2115.

1303 Oktober 10.

Der Erzbischof Giselbert von Bremen erläßt ein Schreiben an die märkische Geistlichkeit wegen des Bannes der Markgrafen Otto und Konrad und fordert, unter Einrückung der Bulle Papst Bonifacius' VIII. vom 8. Februar 1302 (Potthast Nr. 25 126), die Erzbischöfe von Mainz und Magdeburg und den Bischof von Camin auf, den Bann zu verkündigen.

Gedruckt bei Gercken, Ausführliche Stiftshistorie von Brandenburg, S. 518 f.

2116.

1303 Oktober 21.

Abt Wichard von Buckow und Abt Rüdiger von Oliva transsumiren die Urkunde Papst Bonifacius' VIII. vom 18. Dezember 1302, wonach die Güter des Cistercienserordens, welche an Andere verliehen worden sind, gleichwohl von jeglichem Zehnten befreit sein sollen.

Universis Christi fidelibus presentem litteram visuris. Nos frater Wikardus de Bůchovia et frater Rudengerus de Olyva dicti, abbates ordinis Cysterciensis, salutem in domino sempiternam. Recognoscimus ac universitati vestre tenore presentium ex certa conscientia publice protestamur, nos tempore capituli nostri generalis in Cystercio privilegium sanctissimi patris nostri domini Bonefacii pape octavi bullatum, in serico appensum, non cancellatum, non abolitum et in nulla sui parte viciatum vidisse sub hac forma:

Folgt die Bulle Papst Bonifacius' VIII., Potthast Nr. 25 200.

Nos igitur ob huiusmodi protestationis nostre firmam credentiam presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum anno domini M° CCC° III°, in die sanctorum undecim milium virginum.

Nach dem Originale mit zwei Pergamentstreifen, an denen die Siegel nicht mehr vorhanden sind, im Staatsarchiv Stettin s. r. Kl. Buckow Nr. 8. (Ausfertigung für Colbatz), Abschrift in der Colbatzer Matrikel Nr. 259 fol. 92 v.

Gedruckt im Pommerell. Urkundenbuch S. 548 Nr. 621.

2117.

1303 Oktober 22 Stralsund.

Die Stadt Stralsund theilt der Stadt Lübeck mit, daß der Stralsunder Bürger Hermann Wegher die nähere Berechtigung der Lübecker Bürgerin Gertrud Eckhorst auf die Erbschaft Heinrich Brisacks anerkannt habe.

Laude dignis et prudentibus viris dominis consulibus civitatis Lubeke, suis specialibus amicis, consules Stralessund exhibicionem continuam validi servicii et honoris. Noverit vestra virtuositas, quod in nostra presencia Hermannus Wegher, concivis noster dilectus, recognovit

et publice coram nobis protestatus est, quod Ghertrudis, uxor Iohannis Ekhorst, vestri burgensis, presencium exhibitoris, est verior et propinquior heres sibi et omnibus viventibus quondam Hinrici Vrisak et suorum puerorum et omnium bonorum per mortem ipsorum ubique derelictorum, et idem Hermannus Wegher dicte Ghertrudi de omnibus ex parte dictorum Iohannis Ekhorst suorumque puerorum bonis relictis per ipsum perceptis dignam et integram fecit refusionem et recompensum, ita quod coram nobis amicabiliter fuerunt separati et idem Hermannus renunciavit omnibus, si qua essent, que sibi conpetere possent in premissis, quod presentibus protestamur. Datum Sundis nostro sub secreto a tergo annexo anno domini M° CCC° tercio, die sancti Severi episcopi et confessoris in testimonium premissorum.

Nach dem Originale im Lübecker Staatsarchiv mit nur theilweise erhaltenem aufgedrücktem Secret der Stadt Stralsund.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 29 Nr. 317.

2118.

1303 November 4 Demmin.

Bischof Heinrich von Camin gestattet dem Kloster Dargun, eine Kirche in Scharpzow zu bauen, und bestimmt die Einkünfte derselben.

Heinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris salutem in omnium salvatore. Quia ex suscepti pastoralis officii debito tenemur, ea que ad cultum divinum spectant, non solum conservare, verum eciam, ubicumque et quocienscumque possumus, aucmentare, sane igitur, cum honorabilis vir dominus Iohannes abbas in Dargun nobis supplicaverit, ut eidem licenciam concederemus in villa Scerpsov de novo quandam ecclesiam construendi, nos vero, suis iustis petitionibus annuentes, ut in dicto loco laudes domino deo multiplicentur, prefato domino abbati presentibus duximus concedendum, ut ibidem quandam ecclesiam possit construere, nostra plena licencia mediante, quam tamen dotare debet cum integro modio cuiuslibet mansi ville pretacte et octo marcarum redditibus annuatim. Ad maiorem autem evidenciam nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Dymin anno domini M° C° C° C° tercio, feria secunda post festum omnium sanctorum.

Nach dem Originale im Geh. u. Hauptarchiv zu Schwerin s. r. Kl. Dargun. Das abhängende Siegel Bischof Heinrichs in grünem Wachs ist abgerissen und liegt lose bei der Urkunde.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 131 Nr. 2892.

2119.

1303 November 6.

Abt Johannes von Marienwalde bezeugt einen zwischen ihm und dem Bischof von Camin über den Bischofszehnten geschlossenen Vergleich.

Universis presens conscriptum visuris frater Iohannes dictus abbas in Marienwolde oraciones in domino Iesu Christo. Recognoscimus et tenore presencium protestamur, quod inter

venerabilem patrem dominum Hinricum episcopum ecclesie Caminensis ex una parte et nos et nostrum claustrum parte ex altera de dandis sibi decimis sive denariis episcopalibus de bonis sive possessionibus nostri claustri est prout sequitur placitatum: ita videlicet, quod de quolibet manso nostre abbacie iam possesso seu pro tempore possidendo, cum ad plenam solucionem pacti seu pensionis pervenerit sive pro rata, prout pactum solvit, nobis et successoribus nostris sunt episcopales denarii persolvendi, exceptis agris, quos nostris laboribus sive sumptibus duxerimus excolendos. Huiusmodi vero placita stabunt usquequo vixerit dominus episcopus Caminensis iam predictus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presenti scripto est appensum. Actum et datum anno domini millesimo tricentesimo tercio, proxima quarta feria post omnium sanctorum.

Nach der Caminer Matrikel im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 8 vol. I) Pars I fol. XX^{v} XXI u. I 8 a vol. I fol. 27^{v}. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1033.

Gedruckt bei Riedel, C. D. B. I 18 Nr. 7 S. 8; Klette, Regesta Neomarch. I S. 65.

2120.

1303 November 11.

Herzog Bogislaw IV. bestätigt dem Kloster Buckow fünf Hufen im Dorfe Bulgrin.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Bugislaus dei gratia dux Slavorum et Cassubiae universis Christi fidelibus praesens scriptum visuris seu audituris in perpetuum. Cum nihil melius anima a deo receperimus, debemus pro remedio animae retribuere, quecumque meliora possidemus. Hinc est quod ad notitiam omnium tam praesentium quam futurorum volumus pervenire, quod nos divina inspirante gratia ad honorem dei et beatae Mariae virginis gloriosae necnon ad petitionem dilecti nostri domini Wicharti abbatis Bucoviensis ecclesie ordinis Cistertiensis Camminensis dioecesis conferimus in villa Bulgarin et condonando confirmamus proprietatem et universam libertatem quinque mansorum cum omnibus fructibus et utilitatibus, quae nunc in eis sunt vel fieri poterunt in futuro; quos quidem mansos dominus abbas et sui confratres praefati coenobii rite et racionabiliter emerant a filio honesti militis piae memoriae Barthus Nigri videlicet Bartholomeo suorum et fratrum unanimi consensu adhibito, ita ut iam dicti mansi quinque seu ipsorum possessores iure advocatico aut aliquo seculari iure nulli quicquam ex debito facere teneantur, sed soli deo et usui fratrum praelibatae ecclesiae temporibus sempiternis liberaliter subiungantur. Ut autem haec nostra donatio et condonationis ac libertatis proprietatisque confirmatio perpetuae certitudinis robore firmetur, praesens privilegium inde conscriptum dedimus saepedictis fratribus nostri sigilli munimine roboratum cum testibus conscriptis, quorum haec sunt nomina: dominus Marquardus cum Thorace, dominus Iohannes Ursus, dominus Arnoldus Monachus et Otto frater suus, vasalli nostri et alii sacerdotes et monachi quam plures fide digni. Acta sunt haec anno domini millesimo trecentesimo tertio, in die sancti Martini episcopi.

Nach der Buckower Matrikel fol. 107 Nr. 51; Abschrift dieser Matrikel in der Handschrift Mscr. boruss. Quart 29 der Königl. Bibliothek zu Berlin Nr. XXXVI S. 68; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1022.

Gedruckt im Pommerell. Urkundenbuch S. 549 Nr. 622.

2121.

1303 November 22.

Herzog Bogislaw IV. bestätigt dem Kloster Buckow die vier Kirchenhufen in Bulgrin.

Bugislaus dei gratia dux Slavorum et Cassubiae universis Christi fidelibus praesens scriptum visuris seu audituris in perpetuum. Notum esse volumus praesentibus et futuris, quod nos divina inspirante gratia ad honorem dei et beatae Mariae virginis gloriosae necnon ad petitionem dilecti nostri domini Wichardi abbatis Bucoviensis ecclesiae damus in villa Bulgarin quatuor mansos ab omni exactione, quae vulgo scattinge dicitur, liberos ac solutos, quos quidem mansos honestus miles piae memoriae Barthus Niger ad sustentationem sacerdotis prefatae villae ecclesiae assignavit, et cum eisdem liberaliter ac devotissime eam dotavit, ita ut iam dicti quatuor mansi seu ipsorum possessores nulli quicquam ex debito facere teneantur, nisi soli deo et usui plebani praetaxatae ecclesiae sempiternis temporibus liberi ab omni exactione subiungantur. Ut autem haec nostra donatio et condonationis confirmatio perpetuae certitudinis robore firmetur, praesens scriptum inde confectum[1]) dedimus fratribus in Bucowe, ad quos ius patronatus pertinet, nostri sigilli munimine roboratum. Huius donationis testes sunt dominus Iohannes Ursus, Gerhardus Grope, dominus Arnoldus Monachus et Otto frater suus, vasalli nostri et alii quam plures fide digni. Acta sunt haec anno domini millesimo trecentesimo tercio, in die beatae Cęciliae virginis.

[1]) Matrikel: conscriptum.

Nach der Buckower Matrikel fol. 105 v Nr. 50; Abschrift dieser Matrikel in der Handschrift Mscr. boruss. Quart 29 der Königl. Bibliothek zu Berlin Nr. XXXV S. 67; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1023.

Gedruckt im Pommerell. Urkundenbuch S. 549 Nr. 623.

2122.

1303 Dezember 20 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin transsumirt die Urkunde Herzog Ottos I. vom 31. März 1300, betreffend das Patronat der Jakobikirche zu Stettin.

Nos Heinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus tenore presencium recognoscimus nos vidisse patentes litteras illustris principis domini Ottonis ducis Stetinensis suo sigillo impresso, non abolitas neque rasas, non cancellatas nec in parte aliqua viciatas, sed integras in hec verba:

> Otto dei gracia etc. Die Urkunde vom 31. März 1300. Pomm. Urkundenbuch III S 404 Nr. 1934.

Igitur cum ad nostram curam pertineat pastoralem pietatis opera, per que laus dei suscipit incrementa, benigno favore defendere et fovere, nos commoniti[1]) a domino Conrado priore et rectore eiusdem ecclesie sancti Iacobi omnia prenotata per presentem litteram cum impressione nostri sigilli auctoritate ordinaria in nomine omnipotentis domini confirmamus, ne umquam alicuius impedimenti scrupulo per quempiam irritari valeant in futuro. Et si quis temerarie temptaverit infringere, omnipotentis dei et sancti Iacobi apostoli predicti et nostram indigna-

cionem se noverit incursurum. In cuius rei testimonium sigilli nostri munimine presentem litteram fecimus communiri. Actum et datum Stetin anno domini MCCCIII, in vigilia sancti Thome apostoli pontificatus nostri anno secundo.

1) Transsumpt: communiti.

Nach dem Bamberger Transsumpt vom 20. 11. 1459 im Staatsarchiv Stettin s. r. Stadt Stettin Nr. 70. Abschrift des 18. Jahrhunderts im Codex Tit. XX Nr. 1289 (XVI Nr. 101) des Putbuser Archivs S. 707.

2123.

1303 s. d. Buckow.

Teslaus von Schübben vermacht dem Kloster Buckow fünf Hufen in Schübben.

Universis Christi fidelibus literam hanc visuris seu audituris Teslaus in Schebene salutem in omnium salvatore. Norint[1]) singuli ac universi, quod in remedium peccatorum meorum legavi quinque mansos de meis in Schebene consilio fratris mei Sultzlai puro animo domino abbati ac fratribus in claustro Bucowe propter deum cum omni iure capitali et manuali ad ipsos mansos spectanti perpetuis temporibus possidendos ut participatio meorum omnium bonorum operum, quae ibidem iugiter peragentur, in vita pariter et in morte. Datum et actum in praefato claustro anno domini millesimo trecentesimo tertio. Testes huius facti sunt dominus Iohannes primus plebanus in Sohc, cuius sigillo usi sumus hoc scripto, et frater meus Sultzlaus[2]), Lendfridus et filii sui Iacobus et Matthias.

1) Matrikel: norunt. 2) Matrikel: Gultzlaus.

Nach der Buckower Matrikel Nr. 84 fol. 186. Abschrift der Matrikel in der Handschrift Mscr. boruss. Quart 29 der Königl. Bibliothek zu Berlin Nr. LXXXIII S. 151. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1030.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch Nr. 625 S. 550.

2124.

1303 s. d.

Vergleich zwischen Ulrich, Bernhard und Heinrich von Maltzan und Herzog Otto I. wegen einer Geldschuld.

Ulricus, Bernardus et Hinricus de Moltzane hebben sick mit hertoch Otten van wegen etliker geltschult unnd tho welcker tidt he de betalunge nemen will, verdragen laten. Datum anno 1303, betekent mit C 169.

Klemptzen, Extracte, fol. 178.

2125.

1303 s. d.

Die wegen eines Todtschlags entstandenen Streitigkeiten zwischen einigen Bürgern von Anklam und einigen Einwohnern von Zastrow werden durch Vermittelung der Stadt Greifswald durch einen Urfehdeschwur der letzteren beigelegt.

Notum esse volumus, quod quedam discordia[, que] vertebatur inter Henricum de Gormin, Borghardum Vos et Zibellum morantes Thanglim ex una parte et Wilhelmum Curwin, Henricum Stapel et Gherardum morantes Zastrowe super causa homicidii[1]), est coram nobis amice terminata favorabiliter et sopita, et iuraverunt predicti tres, Wilhelmus, Henricus et Gherardus orveydam pro[2]) natis et adhuc nascendis, hec omnia predicta firmiter perpetuis temporibus servaturos. Tunc temporis burgimagistri fuerunt, quando ista acciderant, Eve(rhardus) de Kile, Hen(ricus) de Ghorizlav, Iohannes frater Boltonis et Ev(erhardus) Colorator.

1) Stadtbuch: homicidie. 2) Stadtbuch verschrieben: pre.

Nach dem Greifswalder Stadtbuche (Liber memorab. XIV) fol. 10 r.

Gedruckt bei Kosegarten, Pommersche und Rügensche Geschichtsdenkmäler, Bd. I S. 65 Nr. 4.

2126.

1303 s. d.

Die Stadt Greifswald verkauft einige Erbgüter des Heiligengeist-Spitals mit dem anliegenden Graben für 100 Mark an Hermann Moysalle, für die er dem Heiligengeist-Spital jährlich 10 (5) Mark wiederkäufliche Rente zu zahlen und eine Wasserleitung zum Nutzen der Stadt in der Länge jener Erbgüter anzulegen hat. Die Breite der Straße wird festgesetzt.

Notum facimus universis, quod hereditates, quas habuit domus sancti Spiritus iuxta fossatum, vendidimus Hermanno Moysalle pro centum marcis denariorum cum fossato apposito, pro quibus dabit quolibet anno decem marcarum[1]) redditus sancto Spiritui[2]), quousque redimere potuerit unius marce redditus pro decem marcis denariorum[3]). Item idem Hermannus ponet aqueductum pro utilitate civitatis in longitudinem dicte hereditatis usque ad suos terminos. Item platea obtinebit in latitudine XXVI pedes ab hereditate Grevesmolen usque ad dictam hereditatem venditam[4]).

1) Von späterer Hand übergeschrieben: quinque marcarum. 2) Die Worte sancto Spiritui von derselben gleichzeitigen Hand übergeschrieben. 3) decem marcis denariorum ist durchstrichen. 4) Späterer Zusatz: redemit V marcas, daher auch die Abänderung unter 1).

Nach dem Greifswalder Stadtbuch (Liber memorab. XIV) fol. 11 v.

2127.

1303 s. d. Stettin[1]).

Vertrag Bischof Heinrichs von Camin mit Herzog Otto von Pommern-Stettin.

Ein brieff Hinrici bisschops tho Cammin, meldende, dat he sick mit hern Otten hertogen der Wende unnd Cassuben vordragen hefft tho synem levende, dat he inn allen orden, wor se syn werden, ere, nutt unnd fordell dessulven fursten schaffen wille in gudem geloven, und wo he inn twedracht mit anderen geraden wurde, wil der bischop, wo de furst ene forderen wurde, frede tho stifften unnd twedracht hentoleggen sick beſliten, des datum Stettin anno 1303, betekent mit C 42.

1) Vgl. oben Nr. 2111.

Klempzen, Extracte, fol. 153 v.

2128.

1303 s. d.

Vor der Stadt Greifswald beschworene Urfehde Johanns von Brunsow, Sohnes Walthers von Brunsow.

Notum facimus universis, quod Iohannes filius Walderi de Brunsowe iuravit orveydam, et dictus Walderus, Nicolaus suus filius, Iohannes Sartor de Crazcelin, Henricus Crispus de Virowe, Nicolaus de Cropelin, Bernhardus Tabernator de Zarstede pro hac orveyda super composicione inter Iohannem de Kapsowe et suos amicos ex una parte facta et dictum Iohannem filium Walderi et suos amicos ex altera, et est omnis discordia amicabiliter terminata.

Nach dem Greifswalder Stadtbuch (Liber memorab. XIV) fol. 11 v.

Gedruckt bei Pyl, Eldena S. 625.

2129.

1303 s. d.

Brief des Kapitels zu Güstrow an den Bischof zu Camin wegen der Kirchenpräbenden.

Des Capituls zu Gustrow brieff an den bischoff zu Cammin, das diejenigen, so in ihrer kirchen präbenden erlangen, vorerst eine geringe haben sollen, ernach eine große. Aber doch sollen die geringesten keine stimme im Capittel haben. Welches statutum sie zu ratificiren bitten. Datum 1303.

Nach Clandrian, Registratur der Briefe des Domkapitels zu Güstrow im Großherzogl. Geh. und Hauptarchive zu Schwerin S. 329.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V Nr. 2866 S. 112.

2130.

1303 s. d.

„Als das Kloster zu Reetz abgebrannt, hat der Bischof von Camin Ablaß-Brieffe ausgeteilet allen denjenigen, so zu Wiedererbauung des Klosters ihre milden Almosen darreichen würden."

Aus einem, das Kloster Reetz betreffenden Foliobande der Breslauer Universitätsbibliothek in der Steinwehrschen Sammlung (Fol. 36), mitgetheilt von P. J. van Niessen, Regesten zur Geschichte des Cisterzienser-Nonnenklosters Reetz. Schriften des Vereins für die Geschichte der Neumark, Heft XI S. 41.

2131.

1303—7.

Hierher gehört die im 3. Bande des Pomm. Urkundenbuchs S. 400 Nr. 1931 unter dem Datum: 18. März 1300 gedruckte Urkunde Bischof Heinrichs von Camin, in welcher dieser bezeugt, daß Hildebrand, Propst zu Camin, die Grenzen zwischen dem Kloster Colbatz und der Stadt Werben festgesetzt hat. Prümers hat in der Anmerkung zu dieser Urkunde bereits darauf hingewiesen, daß in der Datirung anscheinend ein Fehler vorliege, hat sie aber dann

doch zu 1300 eingereiht, weil „die Caminer Bischofsreihe gegen Ende des 13. Jahrhunderts noch durchaus nicht festgestellt" sei. Dieser Grund ist jetzt durch M. Wehrmanns „Untersuchungen zur Chronologie der Caminer Bischöfe" (Monatsblätter, herausg. von der Ges. f. Pomm. Gesch. u. Alterthumsk. 9. 1895, S. 169) fortgefallen; darnach fällt die erste sichere Erwähnung Bischof Heinrichs auf den 3. August 1302. Dieses Ergebniß Wehrmanns erhält jetzt seine etwas modificirte Bestätigung durch die aus dem Vatikanischen Archive oben unter Nr. 2016 veröffentlichte Urkunde, in welcher Papst Bonifacius VIII. am 28. Januar 1302 den Bischof Heinrich bestätigt. Das Jahr 1302 würde also zunächst als terminus a quo zu betrachten sein. Derselbe wird noch weiter hinausgeschoben dadurch, daß Hildebrand nicht vor 1303 als Propst von Camin vorkommt. Der terminus ad quem ergiebt sich daraus, daß der in der Urkunde vorkommende Abt Ditmar von Colbatz nur bis 1307 März 19 (s. unten die Urkunde von diesem Datum) vorkommt.

2132.

1303 s. d.

Privileg Herzog Bogislaws IV. für Eldena über Latzow und Rappenhagen.

Hertuch Bugslafs bref up Laschow und Regebodenhagen anno MCCCIII.

Klempzen, Extracte fol. 90 v, Eldena.

Gedruckt bei Pyl, Eldena S. 624.

2133.

1303 s. d.

Verkauf von Subzow an das Kloster Eldena.

Arnoldi und Fredrici breff, darin se dem closter vorkhopen Subetzow anno MCCCIII.

Klempzen, Extracte fol. 94 v, Eldena.

Gedruckt bei Pyl, Eldena S. 624.

2134.

1303 s. d.

Privileg Bischof Heinrichs von Camin für Kloster Eldena über Zehnten zu Dersekow.

Bischop Hinricks von Cammin [breff] up etlike tegeden tho Dersekow anno MCCCIII.

Klempzen, Extracte fol. 99 v, Eldena.

Gedruckt bei Pyl, Eldena S. 624.

2135.

1303 s. d.

Privileg Bischof Heinrichs für Kloster Eldena über den Zehnten zu Latzow.

Bischop Hinriks breff aver den tegeden tho Latzow anno MCCCIII.

Klempzen, Extracte fol. 101 v, Eldena.

Gedruckt bei Pyl, Eldena S. 624.

2136.

1304 Januar 2, am Grabow-Fluß.

Fryxco von Schachowitz, Kämmerer des Königreichs Polen, schließt im Namen seines Herrn einen Frieden mit Bischof Heinrich von Camin, unter beiderseitiger Annahme des Herrenmeisters in Preußen als Schiedsrichters.

Nos Fryxco camerarius regni Pollonie et ducatuum Pomeranie et Cuyavie capitaneus recognoscimus et presentibus protestamur, quod nos ex parte et nomine nostri domini serenissimi regis Bohemie ac Pollonie cum venerabili in Christo patre ac domino domino Heinrico Caminensis ecclesie episcopo perpetuam concordiam sive sonam statuentes, uniti sumus amicabiliter et concordavimus in modum qui sequitur, et in formam: ita videlicet, quod honorabilem virum . . magistrum terre Prucie elegimus in iudicem vel amicabilem compositorem, in eundem ex utraque parte consencientes arbitrando, coram quo, quandocunque ad nostram instanciam prelibatus . . magister Prucie dicto domino Heinrico episcopo et nobis locum et terminum assignaverit, comparebimus concordando iuxta ordinacionom predicti magistri . . cum antedicto domino episcopo in amicicia vel in iure seculari; quem tamen terminum et locum ante per spacium unius mensis dicto domino episcopo nostris litteris vel veridic[is nun]ctiis tenebimur, quanto conveniencius poterimus, assignare, ratum et gratum [habentes] quidquid per antedictum magistrum . . inter predictum dominum episcopum et nos per amicabilem [composicionem et senten]ciam (?) iuris fuerit ordinatum. Ut autem huiusmodi concordia rata [et grata et immutabilis (?) perse]veret, nos una cum XX vasallis supradicti nostri domini regis [Bohemie et Pollonie, videlicet Zvenzon]e, palatino Pomeranie, Pribezlao, domino Petro cancellario, Th . . . . . , Vickone dicto de Scassov, Petro dicto Vust, Dubescone de Cummerov, ... Cummerov, Gressemyro, Henningo de Ristov, Venzkone filio Luttema[ri, Laur]encio castelano, Zvenzone suo filio, Io(hanne) filio domini Zvenzonis, Petro Putcummer, Io(hanne) Weyschin, Wenzlao putstule, Bochuzone iudice, Wenzlao filio Mathei et Steffano Boseniz sepedicto domino episcopo data fide fideiussoriam fecimus caucionem. Si vero, quod absit, supradicta sona in toto vel in sui parte per nos vel per vasallos antedicti nostri domini serenissimi regis Bohemie et Pollonie fuerit violata, extunc dicti nostri fideiussores, cum ab eodem domino episcopo fuerint requisiti monicione premissa intra quindenam, sine omni dolo civitatem Mewam intrabunt, inde non exituri, donec omnia, que premissa sunt, iure vel amicicia totaliter fuerint adinpleta. Preterea si fortassis quocum[que in]terveniente casu aliquem de dictis nostris fideiussoribus contigerit deficere, alius loco illius tam ydoneus debet substitui infra mensem. In horum autem evidenciam pleniorem nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum supra aquam Grabov anno domini M° C° C° C° quarto, in crastino circumcisionis domini Iesu Christi.

Nach dem in der Mitte und gegen Ende durch Mäusefraß beschädigten Originale ohne Siegel im Staatsarchive Stettin s. r. Dep. Stadt Colberg Nr. 19.

Gedruckt im Pommerell. Urkundenbuch S. 551 Nr. 626.

2137.

1304 Januar 6.

Zambor, jüngerer Fürst von Rügen, überläßt an Dietrich von Dorpen, Johann Straßburg und Johann Hermeling zu Stralsund sein Eigenthum an sechs Hufen in Langendorf zur Bewidmung eines Altars.

Samborus dei gracia princeps Ruyanorum iunior omnibus Christi fidelibus salutem in dei filio. Evanescunt simul cum tempore, que geruntur in tempore, nisi recipiant voce testium vel scripti memoria firmamentum. Eapropter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos cum consensu dilecti fratris nostri domini Wyzlai ac maturo consilio nostrorum fidelium proprietatem nostram hactenus habitam in sex mansis sitis in Langendorp, quos Tidemannus de Dorpen, Iohannes Straceborch et Iohannes Hermeling, nostri burgenses in Straless(undis), emerunt a Iohanne milite nostro dicto de Rethem, ad dotationem altaris reliquimus propter deum, ita videlicet, quod dicti mansi imperpetuum nulli nec nobis in quibuslibet exactionibus seu serviciis respondebunt, hoc excepto, quod precariam nostram similem ceteris mansis nostris tocius territorii nostri semel in anno nobis exsolvent et iudicium attingens ad amputacionem capitis et manus tantum subditum erit nobis, cetera vero iudicia ad sacerdotem dicti altaris, qui pro tempore fuerit, deferentur. Item recognoscimus in hoc scripto, quod dictorum burgencium nostrorum filii, videlicet Bernardus, Tidericus, Martinus, Albertus, Tidericus et Gerhardus ac eorum heredes vel eorum proximi in cognacione, si heredes non habuerint, iure patronatus eiusdem altaris libere perhenniter perfruentur. Et ut predicta maneant inconvulsa, presentem paginam fecimus conscribi et sigillo nostro ac sigillo memorati fratris nostri mandavimus communiri. Hii vero testes astabant[1]): dominus Otto Slore, plebanus in Straless(undis), Hinricus marscalcus de Ost, Hinricus Dechowe, Tidericus Ursus, Conradus Dotenberch, Iohannes de Ost, Arnoldus et Bertoldus fratres dicti de Ost, milites. Hiis eciam interfuit commune consilium civitatis Straless(undis). Acta sunt anno domini M° C° C° C° quarto, in epyphania domini.

[1]) Orig.: astabunt.

Nach dem Originale im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. VII Schiebl. 1) mit an roth und gelben Seidenfäden anhängenden Siegeln der Fürsten Wizlaw III. und Zambor (beide Siegel mit Rücksiegel).

Gedruckt im Behrschen Urkundenbuch Bd. V S. 102 Nr. 662. Die Urkunde fehlt bei Fabricius.

2138.

1304 Januar 7.

Schiedsrichterlicher Vergleich zwischen der Stadt Greifswald und dem Kloster Eldena wegen eines ausgetrockneten Fischteiches bei dem Dorfe Boltenhagen.

In nomine domini amen. Universitas consulum civitatis Gripeswald omnibus imperpetuum. Ad noticiam universorum [cupimus devenire, quod cum anno] domini MCCC tercio inter dominum Hinricum abbatem et suum conventum Hyldensis monasterii ex una parte [et nos ac nostre civitatis commune] parte ex altera propter exsiccatam piscinam eorum iuxta curiam Boltenhaghen

eorumdem sitam gravis discordia [fuisset exorta, que tamen discordia mediante] consilio et auxilio honestorum virorum in amicabilem amiciciam pro parte fuisset terminata et sopita, sed quia [in predicta concordia multa maliciosis] occasio malignandi et calumpniandi relicta videtur, nos ob reverenciam Ihesu Christi et gloriose virginis matris [eius nunc decrevimus iterato, maliciis] talibus obviare. Unde deum et iusticiam pre oculis habentes, cum anno domini MCCC quarto dominus Iacobus [regimen dicti monasterii fuisset adeptus], ex communi consilio et consensu ipsius domini Iacobi abbatis et nostro compromisimus in honorabiles viros milites videlicet [dominum Hinricum Paganum et Lodewicum] Cabold tamquam in arbitros, dantes eis hinc et inde plenam facultatem, predictam discordiam placitandi, terminandi [et amicabiliter componendi], gratum et ratum habituri, quicquid per eosdem fuisset placitatum et condictum; qui nos totaliter secundum [modum infrascriptum concordarunt]: videlicet quod si predictam piscinam secundum ordinacionem et voluntatem nostram factam cum suis fossatis et [aggeribus hinc et inde sumptuose factis propter] pluviarum vel aquarum desuper veniencium defectum contigerit exsiccari vel fossata ex utraque parte piscine sumptuose [facta destrui vel annichilari, ut via] transire volentibus per antedictam piscinam precludatur ac tollatur, talibus in communibus expensis dominorum de Hylda [ac nostre civitatis tenebimur occurrere] et singula reparare. Si vero prenominatus dominus abbas pre paupertate sui monasterii vel violencia dominorum [vel aliorum hominum circa piscinam morancium] talibus obviare non suffecerit vel pr pter violenciam dominorum terre non presumpserit, ne monasterium sepedictum [racione] premissorum [aliquod dampnum vel ca]lumpniam patiatur et ne per eandem piscinam et per aggerem eiusdem piscine a Stutyngehof transitus curruum generalis [pateat sive via, nos] talibus in expensis et laboribus nostre civitatis solummodo tenebimur contraire et taliter destructa restaurare. Consentimus eciam, [ut predicta piscina] et fossata, inter que ipsa piscina habet meatum in eadem longitudine et latitudine, sicut nunc sunt, perpetue perseverent, [profunditas vero ipsius] piscine secundum trabem antiquam, que stowebalke dicitur, iugiter permanebit. Aqua vero, que influit ipsis fossatis [a] parte aquilonari [liberum habebit cur]sum per instrumentum, quod est factum in Stutynghehof, quod sluse vulgariter dicitur, similiter a parte australi libere exibit [usque in rivulum, qui Rek dicitur], ut homines nostre civitatis vel eciam eorum homines, cum necesse habuerint, eo melius et commodius [res] suas [sive in graminibus seu aliis rebus qui]buscunque possint pro suo comodo et utilitate navibus deportare. Super omnia premissa [recognoscimus in pretacto rivulo, qui Rek dicitur, nos nichil] iuris vel libertatis ultra vel extra terminos et metas nostre civitatis habere, sed ipsum rivulum a salso mari in Gutyn totaliter monasterio [prenar]rato cum omni utilitate, libertate ac dominio pertinere, sicut ex privilegiis dominorum fundatorum ipsius monasterii possunt plenius et clarius edocere, volentes nichilominus ad perpetuam pacem et amicitiam conservandam inter prefatos dominos de Hylda et nos nostrosque successores, ut, si que littere super prenominatam piscinam date sint ex utraque parte, ut omnis materia dissencionis precidatur et auferatur, nullius esse firmitatis et valoris preter presens instrumentum et illud solum, quod post salutacionem ita incipit: „quum in rerum natura“ et sic terminatur: „anno domini MCCC, in die beati Thome apostoli“ [1]), solummodo habebunt virtutem et vigorem. Et sic cuncta mala et incommoda ratione prenarrate piscine inter sepetactos dominos de Hylda et nos nostrosque burgenses orta totaliter sunt sopita et amicabiliter terminata. Omnia igitur premissa nomine nostro sive successorum nostrorum quorumcunque rata, firma, stabilia simul et inconvulsa manere volumus tempore sempiterno, renunciantes omni exceptioni doli mali, fraudis et omni auxilio iuris canonici et civilis, quod nobis super premissis

prodesse poterit et obesse ecclesie memorate. Promittimus insuper bona fide prenominatum monasterium in suis iustis negociis et causis omnibus modis, quibus poterimus, fideliter sicut causas nostre civitatis premovere. Ne igitur hec amicabilis concordia inter eos et nos ordinata dissencionis scrupulo ledi valeat in posterum vel turbari, presens instrumentum in evidens testimonium omnium predictorum sigilli nostri robore duximus muniendum. Insuper ad hec testes sunt Everhardus de Kyl, Iohannes Sachtelevend, Hinricus Gortslav, Everhardus Colorator, Iohannes frater Boltonis, Ulricus de Griphenberch, Iohannes de Bukow, Hinricus Starsow, Phillippus Pistor, Iohannes Rogghenbuc, Ulricus de Walle, Ditmarus de Trepetow, Hermannus Goldoghe, Iohannes de Wittenborch, Iohannes Hůfnaghel, Wolterus de Calmer, Lambertus de Lecenitz, Ghyselerus Rufus, Meyno de Dersecow cum ceteris de consilio et quampluribus aliis nichilominus fide dignis. Datum anno domini MCCC quarto, septimo Ydus Ianuarii.

[1]) Pomm. Urkundenbuch III 428—430.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kl. Eldena Nr. 55; in der oberen Hälfte der Urkunde ist ein Drittel jeder Zeile durch Moder völlig zerstört und abgefallen. Originaltranssumpt vom 16. Juni 1319 ebenda Nr. 58; nach diesem sind die Lücken des Originals [in eckigen Klammern] ergänzt. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1054. Extract bei Klempzen fol. 96 v.

Gedruckt bei Dähnert, Pomm. Bibl. 5. Bd. 8. u. 9. Stck. S. 305 und bei Fabricius IV 1 Nr. 318. Regest bei Pyl, Eldena, S. 625 f.

2139.

1304 Januar 10 Colbatz.

Herzog Otto I. schenkt dem Kloster Colbatz das Dorf Belkow, früher Niznaw genannt, mit allen Zugehörungen und Gerechtigkeiten, u. A. der Fischerei im Madue-See in bestimmten Grenzen.

In nomine domini amen. Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin omnibus inperpetuum. Cum ex elemosinarum largicione divina protestante pagina rubigo deletur facinorum et consumitur, animarum saluti valde congruit, ut ad hos principalis se magis extendat frugalitas, qui perituras declinantes delicias eterno se domino continuis eternorum meditacionibus dedicarunt. Eapropter recognoscimus et in publicam devenire cupimus noticiam singulorum, quibus presentes fuerint recitate, quod spe future felicitatis percipiende succcensi ad laudem gloriose virginis Marie matris domini nostri Iesu Christi et omnium angelorum, in quorum gloriam et honorem capellam in cimiterio Colbas construi fecimus, ob salutem quoque animarum nostre videlicet et dilectissimi patris nostri Barnim ac progenitorum, heredum et successorum nostrorum et optentu venerabilis patris domini Dithmari abbatis dicti monasterii Colbacensis nobis familiarissimi dilectis in Christo eiusdem monasterii fratribus de Colbas pure propter deum donavimus villam Belcow antiquitus Niznaw dictam cum omnibus terminis suis antiquis, agris cultis et incultis, nemoribus, silvis, usuagiis in busco et plano, paludibus, pratis et pascuis, in aquis et rivis, in piscacionibus et in molendinis constructis et construendis, in viis et semitis, in ferrifodinis et salinis, tractum quoque et piscacionem in Meduia, quantum terminis adiacet ville predicte, et omni iure et utilitate ali[a], que nunc est vel in futurum haberi poterit, iusto libertatis et proprietatis titulo perpetuo possidendam. Ceterum predictis de Colbas fratribus hanc dedimus libertatem, ut in dicta villa et suis terminis eandem habeant

libertatem et iuridicionem exerceant, quam in ceteris suis bonis ex nostra nostrorumque donacione et confirmacione progenitorum habent et hactenus habuerunt. Ut autem hec nostra donacio inviolabiliter per nos et nostros successores observetur perpetuo, presentes inde scribi fecimus et nostri sigilli appensione iussimus communiri. Testes huius nostre donacionis sunt dominus Hildebrandus summus ecclesie Caminensis prepositus, Theodericus Luchto nostre curie marscalcus, Henninghus de Hindenborch nostre curie pincerna, Iohannes dictus Bokeman noster advocatus, Wernerus frater eius, Gerardus de Berticow, Henricus de Pokelente, Gernandus de Massow et Reynoldus Mortyn, milites et alii quam plures fide digni. Datum Colbas anno domini M° CCC° IIII°, quarto Idus Ianuarii per manum Gerardi dicti Bokeman nostre curie notarii.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel im Staatsarchiv Stettin Nr. 89 fol. 22 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1036.

2140.

1304 Januar 10 Schwerin.

Bischof Gottfried von Schwerin verkauft der Stadt Stralsund eine Hebung von drei Last Getreide aus dem bei der Stadt belegenen Buckower Felde und entsagt den Zehnten in Papenhagen und Voigdehagen.

Universis presentia visuris[1]) seu audituris Godefridus dei gratia episcopus Zwerinensis salutem et[2]) omnipotentis dei misericordiam promereri. Inter ceteros humane conditionis defectus humana memoria adeo labilis est et infirma, ut in oblivionem cito cadant, que in tempore ordinantur, nisi scriptis et litterarum testimoniis adiuventur. Notum igitur esse volumus tam[3]) presentibus quam[4]) futuris, quod de communi capituli nostri Zwerinensis beneplacito et consensu redditus duorum last, dimidii videlicet siliginis, dimidii ordei et unius last avene, quos habuimus et annis percepimus singulis[5]) de quodam campo dicto Bukowe sito prope civitatem Stralessunth[6]) dilectis nobis honorabilibus viris consulibus eiusdem civitatis pro trecentis et quinquaginta marcis slavicalium denariorum vendidimus cum omni iure et proprietate perpetuis temporibus[7]) quiete et libere possidendos, cessantes preterea ab impetitione[8]) quarumdam decimarum in villis Papenhaghen et Voghedehaghen, quarum nec predecessor noster dominus Hermannus episcopus nec nos umquam[9]) fuimus possessores. Ad cuius rei perpetuam firmitatem presentes littere inde confecte nostri et capituli nostri Zwerinensis[10]) sigillorum appensionibus roborantur. Testes sunt: Luderus scolasticus et Ludolfus de Bulowe archidyaconus in Trybuses, ecclesie nostre canonici[11]). Datum Zweryn[12]) anno domini M° CCC° quarto, feria sexta infra octavas Epyphanie[13]) domini[14]).

[1]) omnibus Christi fidelibus visuris presencia. B. [2]) in. B. [3]) tam fehlt in B. [4]) et. B. [5]) singulis übergeschrieben. A. [6]) Stralessundis. B. [7]) temporibus perpetuis. B. [8]) inpetitione. B. [9]) unquam B. [10]) Zwerinensis fehlt in A. [11]) Ludolphus de Bulowe magister, Hinricus Goldoghe et dominus Ot(to) Slore plebanus Sundensis et plures alii fide digni. B. [12]) Zwerin. B. [13]) Epiphanie. B. [14]) domini fehlt in B.

Nach dem Originale in zwei Ausfertigungen (A und B) im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. II Schiebl. 9), an deren einer an Pergamentstreifen, an der andern an gelb und rothseidenen Fäden die Siegel des Bischofs und des Kapitels befestigt sind.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 31 Nr. 319, im Meklenb. Urkundenbuch V S. 136 Nr. 2902 und bei Wigger, Geschichte des Geschlechts von Blücher I S. 110 Nr. 164.

2141.

1304 Januar 27 Rom im Lateran.

Papst Benedikt XI. dispensirt den Dietrich von Bertekow, Rektor der St. Georgenkirche zu Wusseken in der Diözese Camin, wegen Pluralität der Pfründen.

[Benedictus episcopus servus servorum dei] Theoderico de Bertekowe rectori ecclesie sancti Georgii in Woceke Caminensis diocesis [salutem et apostolicam benedictionem]. Petitio tua nobis exhibita continebat, quod tu olim ecclesiam sancti Georgii in Woceke Caminensis diocesis curam animarum habentem post generale Lugdunense concilium novissime celebratum canonice adeptus fuisti, nec infra annum post assecutionem eiusdem ecclesie, prout ipsius cura requirit, te fecisti in presbiterum ordinari, percipiens eiusdem ecclesie redditus et proventus, dispensatione super hoc a sede apostolica non obtenta. Quare nobis humiliter supplicasti, ut, cum paratus existas infra annum te facere ad sacerdotium promoveri, providere in hac parte tibi de oportune dispensationis beneficio paterna sollicitudine dignaremur. Nos itaque precibus tuis benigne volentes annuere, in hac parte omnem inhabilitatis maculam sive notam in te obortam ex retentione dicte ecclesie et perceptione fructuum predictorum, de quibus per te satisfieri volumus ecclesie supradicte, de apostolice potestatis plenitudine abolemus, tecum auctoritate apostolica dispensantes, ut constitutione predicti concilii et qualibet alia contraria non obstante possis dictam ecclesiam, dummodo in ea vel ad eam non sit ius alicui alteri acquisitum, licite retinere. Nulli ergo etc. nostre abolitionis et dispensationis etc. Datum [Laterani, VI. Kalendas Februarii, pontificatus nostri anno primo].

Nach dem Register im Vatikanischen Archive 61 fol. 83 b Nr. 351 A.

Regest bei Grandjean, Registres de Benoit XI. Spalte 269 Nr. 395. Vergl. Mittheilungen aus dem Vatikanischen Archiv, herausg. von der Kais. Akad. d. Wissensch. 1. Bd. Wien 1889 S. 531 Nr. 573.

2142.

1304 Januar 28 Stettin.

Herzog Otto I. schenkt dem Cisterciensernonnenkloster zu Stettin auf Bitten seiner Mutter, der Herzogin Mechtild, acht Hufen in dem Dorfe Daber.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Slavorum dominus in Stettin universis in Christo confidentibus memoriam perpetuam subscriptorum. Per visibilium habitum aeternorum et invisibilium est adeptio inquirenda. Igitur inclyta de Stetin ducissa domina Mechtildis nostra charissima mater ex villa sua Dobere octo mansos filiabus nobilis comitis de Zwerin domini Nicolai nostri generi noviter in claustro monialium extra muros civitatis Stetin Deo gloriosissimo desponsatis Mechtildi et Beatrici dilectis materteris singulis annis, quoad vixerint, obtinendos[1]) cum omni libertate, verum post ambarum mortem scilicet nostrarum materterarum in usum eiusdem claustri abbatissae, priorissae totiusque conventus sanctimonialium cum omni libertate, qua ipsa nostra mater dictos reditus habuit, dedit in perpetuum convolvendos in adeptionem aeternae felicitatis et nostrorum dilectorum ducum patris nostri domini Barnim et fratris nostri Barnim in salubrem memoriam animarum ad nostrae charissimae matris praeces et nostrorum scelerum relaxamen dictos octo mansos in dicta villa iacentes appropriavimus eisdem monialibus cum omni iure et libertate, quibus alia sui claustri bona propria possident, in perpetuum

obtinendo; hanc condonationem nostrae matris et nostram superadditam praesentibus literis nostro sigillo roboratis fideliter confirmantes. Huius rei testes sunt Iohannes de Kurov, Conradus de Elsholt, Rodolfus de Moringe, Iohannes de Stenbeke, milites nostri. Actum et datum anno domini MCCC quarto, ante purificationem beatae Mariae virginis in civitate nostra Stetin feria tertia.

[1]) obtinenda. Matrikel.

Nach der Originalmatrikel des Stettiner Nonnenklosters (Diplomatar. monaster. sanctimon. Stetin) in der Adelungschen Bibliothek s. r. XIII B Stettin fol. 10 Mapp. I im Besitz der Pommerschen Gesellschaft fol. XXX v Nr. 18. Abschrift im Mscr. I 38 des Staatsarchivs Stettin fol. 62. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1037. Extract bei Klempzen, fol. 293.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 144 Nr. 2907; Mecklenb. Jahrbücher XV S. 201 Nr. 10.

2143.

1304 Februar 2 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin überweist dem Krankenhause des Cisterciensernonnenklosters zu Stettin die drei Kirchen in Rosow, Pomellen und Colbitzow, jede mit vier Hufen und allen Einkünften und Renten.

Hinricus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus praesentia visuris salutem in omnium salvatore. Quoniam inter caetera charitatis opera non est minimum, illorum necessitatibus pio adminiculo subvenire, qui quasi mundialibus innexibus abstracti divino semper insistunt cultui ac pro suis benefactoribus, qui eisdem bona inpendunt temporalia, die noctuque non cessant dominum exorare: Noscat igitur natio praesentium et faelix successio futurorum, quod nos mediante consensu abbatissae et conventus cenobii sanctimonialium in Stettin ad sublevandam inopiam ipsarum dominarum, ut necessariis suis habitis valeant dei laudibus eo perfectius insudare, et similiter ut eo maior et frequentior adhibeatur diligentia dominabus infirmis, tres ecclesias subscriptas, scilicet ecclesiam in Rosewe, Pomelle et Colbascowe, quamlibet etiam quatuor mansis et cum omnibus proventibus et reditibus ad easdem pertinentibus, infirmarie earundem dominarum apposuimus, volentes dictas ecclesias cum omnibus reditibus suis iam dictis nulla obstante occasione ad antedicte infirmarie necessaria iugiter pertinere, reservata tamen sustentatione competenti sacerdotibus, quo pro tempore officiare contingerit ecclesias memoratas, iuribus etiam episcopalibus et archidiaconatus in iisdem ecclesiis reservatis. Inhibemus itaque districte sub poena excommunicationis iam late sententiae, qua in his scriptis ferimus (?), ne amplius dictarum ecclesiarum reditus sive proventus aliquibus aliis usibus praeter quam dictae infirmarie usibus applicentur. Item et sub poena praescripta firmiter prohibemus, ne ammodo aliquae personae, cuiuscumque etiam conditionis fuerint, non obstantibus quibuscumque praecibus ad praedictas ecclesias praesententur. Ut autem huiusmodi ordinatio nostra rata permaneat et stabilis iugiter perseveret, presentem licentiam exinde confectam nostro sigillo fecimus communiri. Testes huius rei sunt honorabilis vir dominus Hildebrandus prepositus Camminensis, dominus Hinricus prepositus in Warpis, Heyndenricus dictus de Rokenitz, nostrae curiae notarius, Ulricus plebanus in Werben et Gerhardus de Griphenberg nostri capellani et plures alii fide digni. Datum Stettinn 1304, in die purificationis sanctae Mariae.

Nach der Abschrift der Matrikel des Cisterciensernonnenklosters in Stettin (Staatsarchiv Stettin Mscr. I 38) fol. 8 Nr. 31. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1051.

2144.

1304 Februar 2 Stralsund.

Die Brüder Nikolaus und Thece von Borantenhagen verkaufen an Petrus Wigher, Bürger zu Stralsund, für 220 Mark zwei Höfe mit den Einkünften zu Ahrendsee.

In nomine domini amen. Omnibus Christi fidelibus presencia visuris Nicolaus et Thece fratres et milites dicti de Boranteshaghen salutem in domino sempiternam. Contractus et facta, que mundus ordinat, oblivio quandoque in errorem duceret, si non firmarentur karactere litterarum. Notum igitur facimus presentibus et futuris, quod nos cum bona deliberacione vendidimus et contulimus honesto viro Petro Wicgher, burgensi in Stralessund, suisque heredibus legitimis et veris pro ducentis et viginti marcis denariorum slavicalium libertatem duarum curiarum in villa Arnesse cum redditibus trium last et VII modiorum frumenti et cum quatuor marcarum redditibus, cum piscatura, cum decima minori, que smalteghede dicitur, et cum iudicio tali, quod manrecht appellatur, annis singulis temporibus perpetuis possidendo absque ulla specie servitutis. Reservavimus tamen nobis facultatem liberam reemendi libertatem eorundem bonorum infra sex annos inmediate subsequentes in festo purificationis Marie, cum potuerimus, pro summa pecunie antedicta, sed hereditas dictorum bonorum, quam idem Petrus ante emerat, sibi suisque heredibus sicut aliis villanis perpetuo pertinebit. Si vero infra predictum tempus libertatem predictorum bonorum non reemerimus, extunc ad dictum Petrum et suos heredes perpetuo devolventur sepedicta bona cum libertate et hereditate et cum omnibus fructibus memoratis. Ceterum si frater noster aut alius aliquis sepedictum Petrum aut suos heredes in prenotatis bonis inpedire voluerit et turbare, hoc nos tenebimur defensare. In cuius rei testimonium presens scriptum scribi fecimus nostrorum sigillorum munimine roboratum. Testes sunt dominus Arnoldus de Ost, dominus Bertoldus de Ost et dominus Mathyas de Boken, Thidericus de Dorpen, Conradus Rederi et Albertus Curland et plures alii fide digni. Acta sunt hec coram universis consulibus civitatis Stralessund anno domini M° CCC° quarto, in festo purificationis Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale, dessen an gelben Seidenschnüren anhängend gewesenes Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Privata Nr. 3 a.

Gedruckt bei Fabricius IV 4 S. 9 Nr. 513 b.

2145.

1304 Februar 16 Rom im Lateran.

Papst Benedikt XI. fordert die Rügischen Fürsten Wizlaw III. und Zambor auf, den vom Lundischen Erzbischofe erwählten und vom päpstlichen Stuhle bestätigten Bischof Olav von Roeskilde als rechtmäßigen Bischof anzuerkennen und zu unterstützen.

[Benedictus episcopus servus servorum dei] dilectis filiis nobilibus viris Wyselavo et Zamburo principibus Rugianorum fratribus [salutem et apostolicam benedictionem]. Inter cetera, que vos in conspectu domini gratiosos nostrique nominis famam laudis humane preconio dignam reddunt, illud

noscitur esse potissimum, ut prelatos, ecclesias et personas ecclesiasticas affectu benivolo prosequi ac bona et iura eorum manutenere ac defendere studeatis, illis exhibendo vos favorabiles et benignos, ut talibus fulti presidiis statu pacifico letari valeant et successibus prosperis confoveri. Dudum siquidem Roskildendis ecclesia per obitum bone memorie Iohannis Roskildensis episcopi solatio destituta pastoris dilecti filii, capitulum ipsius ecclesie die ad eligendum prefixa, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt comode interesse, insimul convenire curarunt, et tandem post nonnullos tractatus ab eis super hoc habitos, ex quibus effectus non extitit subsequutus, deliberantes in huiusmodi electionis negotio per viam procedere compromissi, venerabili fratri nostro Iohanni episcopo tunc Lundensi archiepiscopo loci metropolitani providendi ea vice dicte ecclesie de pastore de ipsius ecclesie gremio vel etiam aliunde, potestatem plenariam unanimiter concesserunt, promittentes, quod illum in suum et ecclesie ipsius episcopum et pastorem reciperent et haberent, de quo dictus archiepiscopus ipsi ecclesie provideret. Prefatus vero archiepiscopus huiusmodi potestate recepta secum super hoc deliberans diligenter de Olavo ecclesie prelibate canonico, consideratis muneribus gratiarum, quibus illum noverat insignitum, ecclesie predicte providit, preficiendo illum ipsi ecclesie in episcopum et pastorem, ac provisionem huiusmodi coram ipsis capitulo publicavit dictique capituli provisionem eandem concordi voto et voluntate unanimi approbarunt, ac ille postmodum provisioni predicte infra tempus a iure statutum consensum suum impendere curavit, ac tandem prefatus archiepiscopus provisionem ipsam auctoritate metropolitica confirmavit. Cumque postmodum Florentius ecclesie predicte canonicus se ad apostolicam sedem personaliter conferens in presentia felicis recordationis Bonifatii pape VIII. predecessoris nostri proponere curavisset, quod ipse ab huiusmodi prefati Olavi electione ad sedem appellaverat supradictam, prefatus predecessor dilecto filio nostro Iohanni tituli sanctorum Marcellini et Petri presbitero cardinali commisit oraculo vive vocis, ut huiusmodi negotium diligenter audiret, et quod super hoc inveniret, sibi referre fideliter non differret. Predicto autem cardinali in eodem negotio procedente memoratus predecessor ipsum certis sibi commissis negotiis ad partes Francie destinavit dictumque negotium venerabili fratri nostro Iohanni episcopo Tusculano simili modo commisit ab ipso in eo statu, in quo illud dictus Iohannes cardinalis dimiserat, resumendum. Nos quoque post eiusdem predecessoris obitum ad apicem apostolice dignitatis assumpti pretactum negotium eodem modo commisimus episcopo memorato. Et demum facta nobis ab ipso episcopo de iam dicto negotio relatione fideli et super eo per nos cum prefato episcopo et aliis fratribus nostris deliberatione prehabita diligenti, quod per eundem archiepiscopum factum esse dinoscitur, in hac parte ratum habentes et gratum, illud de fratrum ipsorum consilio auctoritate apostolica confirmavimus, omnem defectum, si quis ex quacunque causa extitit in premissis, supplentes de apostolice plenitudine potestatis faciendo dicto Olavo nichilominus subsequenter per eundem episcopum Tusculanum munus consecrationis impendi. Cum igitur eidem episcopo, ut in commissa sibi cura ecclesie supradicte facilius et efficacius proficere valeat, favor vester, cum terra Ruyanorum, in qua temporale dominium obtinetis, in diocesi Roskildensi consistat, in qua spiritualis iurisdictio ad dictum episcopum spectat, qui etiam quamplura bona temporalia ibidem asserit se habere, fore noscatur non modicum oportunus, nobilitatem vestram rogamus et hortamur attente, quatenus eundem episcopum, quem ob suorum exigentiam meritorum benivolentia prosequimur speciali, et commissam sibi ecclesiam habentes pro divina et apostolice sedis reverentia propensius commendatos, eidem episcopo in suis et ecclesie predicte negotiis oportunis favoribus, consiliis et auxiliis assistatis, ut ipse tali et tanto presidio circumfultus prefatam ecclesiam ad laudem dei utiliter regere

valeat et salubriter gubernare; vosque proinde ab eo, qui bonorum est omnium retributor, condigna consequi premia valeatis et nos devotionem vestram dignis in domino laudibus attollamus. Datum Laterani XIIII Kalendas Martii [pontificatus nostri] anno primo.

Nach der vom Historischen Institut mitgetheilten Abschrift aus dem Register Benedikts XI. Bl. 100 v Nr. 426.

Gedruckt bei Turgenew, Hist. Russ. monum. V S 351/52; danach die Abschrift in der Kosegartenschen Sammlung der Greifswalder Universitätsbibliothek, B Nr. 49, Diplomatar. Pomeran. I fol. 118. Regest bei Grandjean, Registres de Benoit XI Sp. 329 Nr. 489.

2146.

1304 Februar 16 Altdamm.

Herzog Otto I. schenkt dem Kloster Colbatz das Dorf Kublank und den dabeiliegenden Sumpfwald Strazne mit allen Zugehörungen und Gerechtigkeiten.

In nomine domini amen. Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin omnibus in perpetuum. Cum elemosinarum largicione divina protestante pagina rubigo deletur facinorum et consumitur, animarum saluti valde congruit, ut ad hos principalis se magis extendat frugalitas, qui perituras declinantes delicias eterno se domino continuis eternorum meditacionibus dedicarunt. Eapropter recognoscimus et in publicam noticiam devenire cupimus singulorum, quibus presentes fuerint recitate, quod spe future felicitatis percipiende succensi ad laudem gloriose virginis Marie matris domini nostri Ihesu Cristi et omnium angelorum, in quorum gloriam et honorem capellam in cimiterio monasterii Colbas construi fecimus, ob salutem quoque animarum nostre videlicet et dilectissimi patris nostri Barnym ac progenitorum, heredum et successorum nostrorum et obtentu venerabilis patris domini Dithmari abbatis dicti monasterii Colbacensis nobis familiarissimi dilectis in Christo eiusdem fratribus dicti monasterii Colbas propter deum donavimus villam Cobelanke et totam silvam sive paludem adiacentem Strazne dictam usque ad terminos proprietatis ecclesie Caminensis cum omnibus terminis ipsarum antiquis, agris cultis et incultis, nemoribus, silvis, usuagiis et busco et plano, paludibus, pratis et pascuis, in aquis et rivis, in piscacionibus, in molendinis constructis et construendis, in viis et semitis, in ferrifodinis et salinis, tractum quoque et piscacionem in Meduia, quantum terminis dicte ville et silve adiacet memorate et omni iure et utilitate alia, que nunc est et in futurum haberi poterit, iusto libertatis et proprietatis titulo perpetuo possidendam, volentes insuper eandem villam exaccione precaria esse liberam et ab omni servicio publico vel privato. Ceterum predictis de Colbas fratribus hanc donavimus libertatem, ut in dicta villa et in suis terminis eandem habeant libertatem et iurisdicionem exerceant, quam in ceteris suis bonis ex nostra nostrorumque donacione et confirmacione progenitorum habeant et hactenus habuerunt. Ut autem hec nostra donacio inviolabiliter per nos et nostros successores observetur perpetuo, presentes inde scribi fecimus et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Testes huius nostre donacionis sunt dominus Hildebrandus summus ecclesie Caminensis ecclesie prepositus, Theodericus dictus Luchto nostre curie marscalcus, Henningus de Hindenborch nostre curie

pincerna, Iohannes dictus Bokeman noster advocatus, Wernerus frater eius, Gerardus de Berticow, Hinricus de Pokolente, Gernandus de Massowe et Reynoldus Mortyn, milites et alii quam plures fide digni. Datum Dambe anno domini M° CCC° IIII°, dominica Invocavit per manum Gerardi nostre curie notarii.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel im Staatsarchiv Stettin Nr. 88 fol. 22. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1031.

2147.

1304 März 5 Stralsund.

Die Fürsten Wizlaw III. und Zambor von Rügen verleihen dem Heiligengeisthause zu Stralsund das Eigenthum der Dörfer Ahrendsee und Behnkenhagen.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. W(izlaus) et Zamb(orus) miseracione divina principes Ruyanorum omnibus Christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Ex peccato primi patris cunctis iniungitur, quod humana memoria adeo labilis est et infirma, ut cito in oblivionem cadant, que in tempore ordinantur, si non scriptis et litterarum testimoniis adiuventur. Ea propter notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos cum bona voluntate et ad instanciam honestorum militum Pritbori, Nicolai et Thecen fratrum dictorum de Putbuzik proprietatem duarum villarum videlicet Arnesse et Benekenhaghen et omnium bonorum et reddituum adiacentium eisdem villis infra suas metas evidentes in agris cultis et incultis, pascuis, pratis, silvis, aquis, aquarum decursibus et generaliter in omnibus usufructibus, qui nunc ibidem sunt et in perpetuum poterint subacquiri, donavimus et reliquimus pure propter deum domui et conventui infirmorum utriusque sexus sancti Spiritus civitatis Stralessundis cum omni iudicio, maiori et minori sanguinem et non sanguinem attingente temporibus perpetuis libere possidendam, reddentes eadem bona a qualibet decimacione episcopali libera et exempta et eciam ab omni specie servitutis, sed peticionem, quam ceteri homines nostri territorii tenentur erogare, et monete denarios nobis in predictis bonis annis singulis reservamus. Ut autem predicta nostra donatio perpetuam firmitatem optineat et ne ab aliquo in posterum infringatur, scribi fecimus presentem paginam nostrorum sigillorum munimine roboratam. Testes sunt: dominus Hinricus marscalcus, dominus Lodewicus Kabold, dominus Iohannes de Grizstowe, dominus Thomas cum Thorace, dominus Conradus Dotenberg, dominus Th(idericus) Metzekowe, dominus Thi(dericus) Ursus, dominus Ernestus Budde, dominus Arnoldus de Vitzen, dominus Iohannes de Ost, dominus Arnoldus de Ost et plures alii fide digni. Datum et actum in civitate Stralessund anno domini M° CCC° quarto, feria quinta proxima ante Letare.

Nach dem Originale im Archiv des Klosters zum Heiligen Geist in Stralsund im dortigen Rathsarchive (Schr. V Schiebl. 15), an dem die beschädigten Siegel der beiden Fürsten an rothen, bezw. gelben Seidenfäden hängen.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 31/32 Nr. 320 und bei Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II S. 17 Nr. 138.

2148.

1304 März 8 Stralsund.

Pritbur, Nikolaus und Thece, Ritter, Gebrüder genannt von Borantenhagen, verkaufen dem Heiligengeisthause in Stralsund die Güter Ahrendsee und Behnkenhagen.

In dei nomine amen. Omnibus Christi fidelibus audituris presencia et visuris Pritborus, Nicolaus et Thece milites et fratres dicti de Borantenhagen salutem in domino sempiternam. Contractus et facta, que mundus ordinat, oblivio in plerisque in errorem duceret, si non firmarentur karactere literarum. Quocirca notum facimus generacioni presentis temporis et futuri, quod nos cum bona deliberacione nec non cum consilio et assensu nostrorum fidelium amicorum duas villas videlicet Arnesse et Benekenhaghen cum omnibus redditibus et proventibus earundem villarum infra suas metas manifestas in agris cultis et incultis, pascuis, pratis, silvis, rubetis, aquis, aquarum decursibus et generaliter in omnibus usufructibus, qui nunc ibidem sunt et in perpetuum poterint subacquiri, vendidimus domui et conventui infirmorum utriusque sexus sancti Spiritus civitatis Stralessund cum omni iudicio maiori et minori sanguinem et non sanguinem attingente temporibus perpetuis libere possidendas, reddentes eadem bona ab omnibus episcopalibus decimis et a qualibet servitutis specie libera et exempta. Relinquimus etiam nostris heredibus legitimis et veris firmiter observandum id, quod fecisse dinoscimur in premissis. Ut autem hec nostra vendicio perpetuam firmitatem optineat et ne ab aliquo in posterum infringatur, scribi fecimus presens scriptum nostrorum sigillorum munimine roboratum. Testes sunt dominus Hinricus de Ost marscalcus, Iohannes de Gristowe, Lodewicus Cabold, Conradus Dotenberch, Theodericus Metzekowe, Theodericus Ursus, Ernestus Buddo, Arnoldus de Vitzen, Thomas cum Thorace, Iohannes de Ost et Arnoldus de Ost, milites et plures alii fide digni. Datum et actum coram universis consulibus civitatis Stralessund anno domini M° C° C° C° quarto, in die dominica, qua cantatur Letare.

Nach dem Originale im Archiv des Klosters zum Heiligen Geist in Stralsund im dortigen Rathsarchiv (Schr. V Schiebl 15), an demselben das Siegel Pritburs an roth-grün-gelben Seidenfäden, zwei Siegel an roth-grünen, bezw. roth-gelben Seidenfäden fehlen.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 32 Nr. 321 und bei Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II S. 18 Nr. 139.

2149.

1304 März 8 Dargun.

Fürst Nikolaus von Werle bekennt, daß er die Urkunde des Herzogs Kasimir von Pommern über Polchow mit der angrenzenden Einöde Geresowe oder Chowale gesehen und gelesen habe, und daß das Kloster Dargun im rechtmäßigen Besitze dieser Güter sei.

Nycolaus dei gracia dominus de Werle universis presens scriptum visuris salutem in domino. Tenore presencium pupplice protestamur, quod nos sabbato ante Letare eramus in claustro Dargun, ubi abbas dicti loci cum suis fratribus nobis privilegium Kazemari de villa Polechow nomine, similiter et tota adiacente solitudine[1]), que Geresowe vel Chowale dicitur,

cum distinctione et metis terminorum, cum omni libertate ipsis racionabiliter contradita[2]), cum exscripcione dicti privilegii ostenderunt. Quibus visis et perlectis veraciter didicimus, quod fratres dicti monasterii prefata bona cum suis terminis, prout dicti privilegii exscripcione manifestius demonstrare poterunt, legitime possederunt. In cuius rei testimonium presenti littere nostrum sigillum duximus appendendum. Datum Dargun anno domini M° C° C° C° quarto, dominica Letare.

1) totam adiacentem solitudinem. Orig. 2) contraditam. Orig.

Nach dem Originale im Geh. u. Hauptarchive zu Schwerin (Kl. Dargun) mit an einem Pergamentstreifen anhängendem Siegel des Ausstellers in grünem Wachs. Vergl. unten Nr. 2152.

Gedruckt im Meckleub. Urkundenbuch V S. 149 Nr. 2914.

2150.

1304 März 8—14 Stralsund.

Die Fürsten Wizlaw III. und Zambor von Rügen schenken dem Johann von Gnoyen, Bürger zu Stralsund, zur Dotirung eines Altars das Eigenthum von sechs Hufen in Langendorf und das Patronat des Altars.

In dei nomine amen. Wi(zlavus) et Zamb(orus) dei gracia principes Ruyanorum omnibus Christi fidelibus salutem in omnium salvatore. Inter omnes humane condicionis defectus humana memoria adeo est labilis et infirma, ut cito in oblivionem cadant, que in tempore ordinantur, si non firmentur instrumentis publicis litterarum. Notum igitur facimus presentibus et futuris, quod prehabito consilio diligenti nostrorum fidelium vasallorum ad instanciam et peticionem nostri avunculi dilecti domini Woldemari, ducis Iucie, donavimus et reliquimus propter deum honesto viro Iohanni de Gnogen, burgensi in Stralessund, suisque heredibus legitimis et veris ad perpetuam donacionem unius altaris proprietatem sex mansorum adiacencium ville Langhendorp cum omnibus redditibus et proventibus eorundem mansorum, cum omni iudicio maiori et minori, cum omni peticione et exactione solita in nostris terminis et generaliter cum omnibus fructibus, qui nunc sunt in dictis mansis et in perpetuum poterunt subacquiri, temporibus perpetuis absque ulla servitutis specie libere possidendam. Insuper concedimus eidem Iohanni suisque heredibus legitimis de generacione in generacionem usque in infinitum ius patronatus eiusdem altaris temporibus perpetuis possidendum. Ut igitur predicta perpetuam firmitatem optineant, presens scriptum inde confectum sigillorum nostrorum munimine iussimus roborari. Testes sunt dominus Hinricus de Ost marscalcus, dominus Iohannes dictus de Grizstowe, dominus Lodewicus Kabolt[1]), dominus Thomas cum Thorace, dominus Thidericus Metzekowe, dominus Thi(dericus) Ursus, dominus Arnoldus de Vitzen, dominus Ernestus Budde, dominus Iohannes de Ost, dominus Arnoldus de Ost, nostri fideles consiliarii et vasalli et plures alii fide digni. Datum et actum coram universis consulibus civitatis Stralessund anno domini M° CCC° quarto, in septimana Letare.

1) Kabalt. Transsumpt.

Nach dem Originaltranssumpt vom 14. Mai 1305 im Stralsunder Stadtarchive (Schr. V Schiebl. 14). Vergl. unten Nr. 2220.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 32 Nr. 322 und bei Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II S. 19 Nr. 140.

2151.

1304 März 16 Demmin.

Herzog Otto I. schenkt dem Nonnenkloster Verchen das Eigenthum des Dorfes Burow.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin omnibus Cristi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Evanescunt cum tempore, que in tempore ordinantur, si non stabiliantur legitimis documentis et principum publicis instrumentis. Quam ob causam devenire volumus ad cognitionem futurarum et presentium nationum, quod nos ob reverentiam dei omnipotentis necnon intemerate virginis Marie genitricis eiusdem pro nostra predecessorumque nostrorum salute dedimus et titulo donationis appropriavimus monasterio et dilectis nobis in Cristo priorisse et conventui in Verchen ordinis sancti Benedicti villam Burowe nuncupatam et proprietatem eiusdem cum pratis, pascuis, silvis, nemoribus, paludibus, aquis, stagnis, agris cultis pariter et incultis, cum terminis ville prehabite deputatis et omnibus contentis infra terminos dicte ville, necnon cum utilitate et omni iure simulque usufructu, qui[1]) in ipsa villa nunc est vel in posterum nominari poterit vel acquiri, transferentes in monasterium et personas antedictas omne ius et quicquid nobis in ipsa villa competebat, et ipsam villam et proprietatem ipsius in sempiternum feliciter et pacifice possidendas. Ut autem hec nostre proprietatis donatio a nobis et a nostris successoribus universis non possit violari in posterum vel infringi, presens instrumentum inde confectum monasterio et sanctimonialibus prenominatis cum sigilli nostri appensione duximus largiendum. Huius rei testimonium perhibent Reybernus de Wacholt, Henricus de Wacholt, Hermannus et Arnoldus fratres dicti de Osten, Iohannes Walsleve, Olricus Moltzan, Henricus, Iohannes et Fredericus fratres dicti Vosse, Bertholdus de Ertheneborch, Conradus de Palude, Gerhardus de Zwerin, Iohannes Scolentin, Hermannus Draco, Iohannes de Peniz, milites et alii quam plures fide digni, quorum nomina non continet presens series litterarum. Datum Demin anno domini M° CCC° quarto, XVII. Kalendas Aprilis.

[1]) Abschrift: que.

Nach der Dregerschen Abschrift der Verchener Matrikel (Löpersche Bibliothek Mscr. 222) Nr. 34. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1038.

Gedruckt bei Lisch, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Maltzan, III S. 7 Nr. 441. Gollmert, Geschlecht von Schwerin, III S. 85 (Auszug).

2152.

1304 März 18 Walkendorf.

Fürst Nikolaus von Werle transsumirt und bestätigt die Urkunde Herzog Kasimirs von Pommern, in welcher dieser dem Kloster Dargun das Dorf Polchow mit der Einöde Geresowe oder Chowale schenkt.

Nos Nico[laus] dei gracia dominus de Werle notum facimus singulis: vidimus privilegia Kazimari ducis Pomeranorum felicis memorie, fratribus domus Dargunensis super quibusdam, ut infra scribitur, tradita, non cancellata, non rasa, in nulla sui parte viciata, sonantia plenius in hec verba:

Folgt die Urkunde vom 8. Februar 1216, Pomm. Urkundenbuch I S. 127 Nr. 169 (Cod. dipl. Pomeran. Nr. 105).

Nos igitur Nyc[olaus] dei gracia dominus de Werle tam pium factum et commendabile [in Christo predictis] fratribus domus Dargunensis a predicto nobili viro duce[1]) Pomeranorum conce[ssum et traditum] in honorem omnipotentis dei et virginis Marie matris eius confirmamus, approbamus, ratificamus, nostri sigilli munimine roborantes omnia et singula, ut vidimus, que in suprascriptis plenius continentur; videremur enim nos omnino degeneres, si more nobilium non studeremus dona donis, virtutes virtutibus cumulare. Cuius nostre presentis confirmacionis testes sunt: episcopus [Zverinensis] dominus God[efridus], Iohannes de Lewezowe, Conradus Vos, Ber[nardus] de Lesten, Conr[adus] de Lancow, Conr[adus] de Re[nsow, Ioachim], God[efridus] de Bulowe, nostri milites, et viri ceteri fide digni. Actum [et datum in] nostra presencia Walekendorp, anno domini M° CCC° IIII^{to}, feria IIII^{ta} [post Iudica].

[1]) Orig.: duci.

Nach dem an der rechten Seite stark von Mäusen zerfressenen Originale mit an einem Pergamentstreifen anhängendem Siegel des Ausstellers im Geh. u. Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Dargun; die Ergänzungen nach einer alten beglaubigten Abschrift ebenda. Vergl. oben Nr. 2149.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 152 Nr. 2919.

2153.

1304 März 31 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt die Gründung eines Altars in der St. Jakobikirche in Stettin durch Johannes Wussow, Bürger in Stettin, und dessen seligen Bruder Heinrich, sowie dessen Dotirung mit sechs Hufen in Krekow und Einkünften aus dem Gartzer Stadtfeld, Geesow und Reinkendorf, und verleiht ihm und seinen männlichen Erben das Patronat des Altars.

Heinricus dei gratia episcopus ecclesie Caminensis universis, ad quorum noticiam praesens scriptum pervenerit, salutem in domino. Ratio exigit et consuetudo approbata commendat, ut ea, quae pro cultu divino augmentando fiunt et ordinantur, ne in oblivionem seu in dubium deveniant, scripturae testimonio roborentur. Hinc est quod Iohannes dictus Wossowe civis Stetynensis noster vasallus dilectus nobis humiliter supplicavit, ut scripturae nostrae testimonio confirmare dignaremur altare quoddam, quod ipse et bonae memoriae Heinricus quondam frater suus ob reverentiam et honorem beatae et gloriosae virginis Mariae in ecclesia beati Iacobi apostoli Stetynensis de pleno consensu ac voluntate venerabilis in Christo Eberhardi abbatis monasterii sancti Michaelis extra muros Babenbergenses ac Alberti tunc prioris praedictae ecclesiae sancti Iacobi Stetynensis construxerunt, prout haec diligentius per literas patentes sigillo iam dicti domini abbatis et per litteras sigillis civitatis Stetynensis et iam dicti Alberti prioris sigillatas et inde confectas cognovimus diligenter. Dotantesque dicti fratres et patroni altaris memorati id ipsum altare cum reditibus infra scriptis, scilicet cum sex mansis in Crekowe ac duobus talentis iacentibus super octo mansos in campo civitatis Gardizs et cum uno talento usualis monetae iacente super quatuor mansos in campo villae Ihezowe necnon cum duobus talentis et quatuor solidis Brandenburgensium denariorum iacentibus super duos mansos in campo villae Reinikendorp prope oppidum Gardizs. Praedicti etiam Iohannes et

Heynricus fratres proprietatem iam dictorum redituum ad memoratum altare spectantium ab illustribus principibus ac dominis domino Bugzlao, Ottone et quondam Barnym bonae memoriae fratribus et ducibus Slaviae et Cassubiae obtinuerunt, prout hoc lucidius per litteras patentes inde confectas dominorum Bugzlay et Ottonis principum didicimus praedictorum. Nos itaque attendentes, quod cum a nobis, quod iustum est, petitur, aequitate suadente per nos convenit exaudiri, fundationem igitur altaris praemissi ac dotationem ipsius de universis reditibus supra nominatis ratas habemus et gratas, id ipsum altare cum praemissis reditibus auctoritate ordinaria in nomine domini confirmantes, hoc adiicientes, quod, cum huiusmodi altare consecrandum fuit, in honorem beatae Mariae virginis ac matris et beati Iohannis apostoli et evangelistae consecretur, decernentes etiam ius patronatus saepenominati altaris ad iam nominatum Iohannem fundatorem ipsius et ad suos proximos haeredes masculos debere pertinere, prout in literis patentibus sigillo civitatis Stetyn et Alberti prioris praedictorum sigillatis plenius continetur. Testes huius rei sunt Fredericus vicedominus Camynensis dictus de Winselberghe, magister Iohannes de Broszowe et magister Conradus canonici ibidem, Baldewinus decanus Stetynensis et Conradus custos dictus de Sanne, et magister Gotfridus, canonici Stetynenses, Heinricus praefectus dictus Barwoth, Arnoldus de Sanne, Petrus de Brakel, cives Stetinenses, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Stetyn anno domini M° C° C° C° quarto, pridie Kalendas Aprilis.

Nach einer beglaubigten Abschrift von 1587 im Staatsarchiv Stettin Stettiner Archiv Pars I Tit. 57 Nr. 15 fol. 26 und fol. 28, weitere Abschriften ebenda Pars I Tit. 103 Nr. 17 vol. 1 (von 1596), Diplomatar. famil. Wussow (Mscr. I 47) Nr. 9, deponirte Akten der Stettiner Jakobikirche Tit. VI Sect. I Nr. 1 fol. 41, fol. 43.

2154.

1304 April 2 Tribsees.

Fürst Nikolaus von Werle entscheidet nach dem Ausspruch eines Schiedsgerichts, zu welchem u. A. der Abt Arnold von Neuenkamp gehört, daß zwei zwischen dem Kloster Michaelstein und dem Ritter Johann von Geez und dessen Vettern streitig gewordene Hufen in dem Dorfe Glevin und gewisse Aecker gegen Entschädigung der von Geez dem Kloster Michaelstein gehören sollen.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Nos igitur a partibus rogati et inclinati, inter eos bonum concordie cupientes, adiunctis nobis venerabili viro domino Arnoldo abbate Novi Campi necnon strennuo milite domino Hartmanno de Aldenburch, ex parte abbatis, altera ex parte dominis et militibus Conrado Bunone, Iohanne de Levezowe, Henrico Vulpe arbitris constitutis, in quos prescriptos sicut in nos partes voluntarie consenserunt, una cum ipsis habito consilio arbitrati sumus et arbitrando pronunciamus, hanc dissencionem finaliter et integraliter terminantes, ita quod — — — — — — — — — Promissum tale nos et dominus Buno et domini Ludolfus et Hartmannus milites de Aldenburch recepimus ex parte ecclesie sepedicte. — — — — — — — Acta sunt hec in cimiterio Tribeses anno domini millesimo tricentesimo quarto, quinta feria ante Ambrosii, testibus et presentibus dominis abbate et militibus suprascriptis et pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Druck im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 154 Nr. 2921.

2155.

1304 April 14 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin transsumirt die Urkunde seines Vorgängers, Bischofs Petrus, für Gobelnhagen vom 27. März 1298 (Pomm. Urkundenbuch III Nr. 1839).

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris seu[1]) audituris salutem in domino sempiternam. Litteras venerabilis in Christo patris ac domini felicis recordacionis fratris Petri quondam episcopi Caminensis ecclesie nostri predecessoris non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidimus in hec verba, suo sigillo nichilominus sigillatas:

Frater Petrus dei gracia episcopus Caminensis etc. Folgt wörtlich die Urkunde Bischof Petrus' vom 27. März 1298 (Pomm. Urkundenbuch III Nr. 1839); dann folgt die Corroborationsformel:

Nos vero stantibus hiis, que subscripta sunt, videlicet quod ecclesia in Lese[2]) cum ipsa villa et similiter villa dicta Hekelwerk[3]) apposita est dotata quidem, ut didicimus, de consensu predicti domini Petri episcopi nostri predecessoris a strenuo milite domino Thiderico dicto Luchte cum quatuor mansis cum omni iure et utilitate, uno scilicet sito in Hakelwerk et tribus sitis in dicta villa Lesen fratres in Gobelenhaghen, quibus dicta ecclesia in Lesen officianda commissa est, in recompensam dictarum villarum scilicet Lesen et Hekelwerk, que prius ad ecclesiam dominorum Stetinensium in Poliz pertinebant, unam marcam denariorum usualium persolvant annis singulis ecclesie Stetinensi, hoc eciam adiecto, quod commorantes in dictis villis Lesen et Hekelwerk pro censu ecclesiastico de quolibet manso solvant unum modium siliginis et unum denarium annuatim. Singula denique premissa pro cultu divino facta auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus. In horum autem evidenciam nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Stetyn anno domini MCCCIIII°, in die sanctorum Thiburcii et Valeriani.

1) vel. B. 2) Lesen. B. 3) Hekelworch. B.

Nach der Jaseniter Matrikel im Staatsarchiv Stettin Pars I Nr. 47 (A), Pars II Nr. 26 (B).

2156.

1304 April 18 Stralsund.

Die Fürsten Wizlaw III. und Zambor leihen den Rathmännern von Stralsund die Kollatur der Schule zu St. Jakob daselbst.

Wy(zlaus) et Zam(borus), dei gracia principes Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Notum facimus presentibus et futuris, quod cum bona voluntate necnon cum consilio nostrorum fidelium vasallorum consulibus civitatis nostre Stralessundis, quos sincero favore prosequimur, collationem scole beati Iacobi eiusdem civitatis concedimus et donamus temporibus perpetuis libere possidendam, dantes ipsis liberam facultatem conferendi eandem scolam cuicumque voluerint necnon faciendi et dimittendi cum

ipsa, quicquid ipsis ad usus civitatis videtur utile et consultum, reservantes unicuique scolari seu frequentare volenti scolas alias in ipsa civitate sitas facultatem, ad quas maluerit, frequentandi. Ut igitur nostra hec donacio et concessio perpetuam firmitatem obtineat, presens scriptum inde confectum sigillorum nostrorum munimine iussimus communiri. Testes huius rei sunt: Hinricus de Ost, Pridburn, Nycholaus, Theze fratres de Putbuzich, Arnoldus, Fredericus fratres de Vitzen, Lodewicus Kabolt, Ernestus Budde, Arnoldus de Wokenstede, Gerlacus de Smachteshagen, Arnoldus de Ost, milites nostri, et alii fide digni. Datum Sundis anno domini M° C° C° C° quarto, sabbato ante dominicam Iubilate.

Nach dem Originale im Stralsunder Stadtarchive (Schr. VII Schiebl. 2) mit den an grünrothseidenen Fäden anhängenden Siegeln der Aussteller.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 33 Nr. 323; mit der falschen Jahreszahl 1303 bei Dähnert, Sammlung Pomm. u. Rüg. Landesurkunden Supplt. 4, S. 74 Nr. 19a und bei J. Denso, (Oratio) de re scholastica Pomeranorum. 1732. S. 16.

2157.

1304 April 19 Stralsund.

Das Dominikanerkloster in Stralsund beurkundet die Bedingungen, unter denen ihm von der Stadt Demmin die Anlage eines Hospizes in der Stadt gestattet worden sei.

In dei nomine amen. Universis Christi fidelibus, ad quos scriptum pervenerit, frater Conradus prior totusque conventus fratrum praedicatorum in Sundis in omnium salvatore salutem. Ne ea, quae fiunt in tempore, evanescant aut pereant tempore defluente, solent scripto et testimonio commendari. Quocirca notum esse volumus universis praesentibus et futuris, quod honesti viri consules civitatis Demmyn nobis dederint licentiam instruendi seu aedificandi pro commodo fratrum nostrorum ad ipsam civitatem pro tempore venientium quoddam hospitium, in quo possint noctis quietem habere et commodo ordinare memoratum hospitium ex donis vel emptionibus vel modis aliis quibuscunque, nec debemus ad dimidium passum sine consensu et consilio consulum praedictae civitatis aliquatenus ampliare nec per aliam viam ad dictum hospitium accedere, sed tantum per domum iuxta plateam positam, de qua possidens talliam solvit civitati et vigilias et alia statuta servat, sicut alii convicini; insuper quandocunque saepedicti consules voluerint et a nobis requisierint, debemus eis cedere et illud hospitium cum area vendere ita, quod civitas ex hoc non habeat detrimentum; quod si facere nollemus, benivole a consulibus requisiti[1]), iidem consules libere ac licite debent saepedictum hospitium confringere et ligna huius aedificii ad plateas deponere, nomine fratrum nostrorum et totius ordinis omni obstaculo procul moto. Et ut dicti consules in praemissis omnibus perfectius sint securi, et ut haec praemissa a nobis et a potioribus ordinis nostri firmiter serventur, sigilla prioris et conventus nostri duximus praesentibus apponenda. Datum Sundis anno domini millesimo tricentesimo quarto, dominica secunda post octavas Paschae.

[1]) requisitis. Copiar.

Nach dem Copiar der Stadt Demmin, im Staatsarchiv deponirt, Nr. 85. Abschrift des 18. Jahrhunderts im Stettiner Staatsarchiv, Vorpommersche Registratur Pars I Sect. 3 Tit. 2 Nr. 13 fol. 297 und in der Handschrift der Universitätsbibliothek Greifswald: Mscr. Pomer. Fol. Nr. 148 Bl. 158.

Regest bei Fabricius IV 1. Nr. 529.

2158.

1304 April 20 Stolp.

Bischof Heinrich von Camin gestattet den Augustinern, ein neues Kloster in Anklam zu gründen.

Henricus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentes visuris salutem in omnium salvatore. Tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod nos dilectis nobis in Christo fratribus ordinis beati Augustini annuimus et licentiavimus novum claustrum in civitate Tanglim edificandum seu construendum. Unde praedicti ordinis fratres nobis humiliter supplicarunt, ut praefati novi claustri sui in dicta civitate Tanglim fundationem sive erectionem confirmare dignaremur. Ipsorum igitur precibus inclinati attendentes, quod cum a nobis petitur[1]), quod iustum fuerit et honestum, tam vigor aequitatis quam ordo rationis exigit, ut id per sollicitudinem nostri officii ad effectum debitum perducatur, memorati novi claustri fundationem seu erectionem approbamus atque authoritate ordinaria in nomine domini confirmamus. In cuius evidentiam pleniorem nostrum sigillum praesentibus duximus appendendum. Datum Stolp anno domini MCCCIV, feria secunda post dominicam Iubilate.

[1]) Copeibuch: petitum.

Nach dem Copeibuch der Stadt Anklam im dortigen Archiv Tit. II Sect. 1 Nr. 5 f. 77.

Gedruckt bei Stavenhagen, Beschreibung von Anklam S. 342 Nr. XXVIII.

2159.

1304 April 21 Burow.

Die Ritter Johann Holste, Reinekin Kruse, Johann von Havelberg, Eghard, Arnold und Heynekin, Gebrüder, Söhne Johanns von Holste, und der Knappe Heinrich Düring verkaufen ihre Güter und Einkünfte in Burow an das Kloster Verchen.

Nos Iohannes miles dictus Holste et Reynekinus dictus Cruse, Iohannes de Havelberge, Eghardus, Arnoldus et Heynekinus fratres, iam dicti militis Iohannis Holsten filii, et Henricus famulus dictus Thuringus universis Christi fidelibus presentia visuris vel audituris salutem in domino. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos amicorum seu heredum nostrorum de consensu preposito, priorisse et conventui sanctimonialium ecclesie sancte Marie virginis in Verchen vendidimus iuste et rationabiliter omnia bona et omnes redditus, quos habuimus in villa Burow ego Iohannes dictus Holste et Henricus famulus dictus Thuringus, et quicquid iuris habuimus in dicta villa et infra contentis ipsius ville cum pratis, pascuis, silvis, nemoribus, paludibus, cum aquarum decursibus, agris cultis pariter et incultis et quicquid de cetero in terminis dicte ville nominari poterit vel acquiri, prepositus, priorissa et conventus antedictus possidebunt in perpetuum pacifice et quiete. In cuius rei evidentiam presens scriptum cum appensione sigillorum nostrorum preposito, priorisse et conventui de Verchen duximus largiendum. Testes huius rei sunt dominus Helmoldus prepositus in Yvenak, Iohannes,

Henricus et Fredericus milites fratres dicti Vosse, Volradus Dargaz, Iohannes Dargaz, Nicolaus Dargaz, Bernardus Hakenstede, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum Burow anno domini M° CCC quarto, feria tercia post dominicam Iubilate.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Stettin s. r. Kl. Verchen Nr. 2. Von den drei angehängt gewesenen Siegeln ist nur das eine, das Johann Holste's, aber auch dies nur fragmentarisch, erhalten.

2160.

1304 April 29 Greifenhagen.

Die Städte Greifenhagen und Gartz schließen auf Anordnung Herzog Ottos I. und mit Rath der Städte Stettin, Stargard, Damm, Gollnow, Penkun einen Vertrag über ihre streitigen Grenzen.

a) Ausfertigung der Stadt Greifenhagen.

Nos consules et universitas civitatis Grifenhagen publice protestamur, quod ex ordinacione illustris principis domini nostri ducis Ottonis, suorum militum et suarum civitatum consulum fidelium communi assumpto consilio, videlicet Stettyn, Stargard, Dam, Golnow, Penkun omnis discordia versa inter civitatem G(artz) ex una et nos parte ex altera metarum nomine taliter perpetuo est sopita, ita quod inter fossam, quam navis vulgariter dicta verscep transit contra tabernam per medium et duas cruces sitas supra villam Mesceryn in cornu ripe, de illo loco, qui est medius inter dictam fossam et dictas cruces trans silvam ex directo, quod rareycht dicitur, ad salicem unam sitam in cornu, ubi fluvius Kregenyk influit fluvium Regelitz, de salice quoque ulterius ad litus, quod dicitur Landland, hec dicitur terra, in qua quis poterit salvare vitam pre profunditate fluminis et aquarum, ita quod fluvius dictus Kregenyk civitatis G(artz) terminis includatur, sed fluvius liber erit nec ab aliquibus debet obstrui ullo modo. Quam ordinacionem predicti ducis inviolabiliter ex parte nostra tenere obligabimus nos ipsi duci sub argenti centum marcarum perdicione. Qua ordinacione omnibus preposita et retenta et nos et ipsa civitas G(artz) utrobique omni iure et libertate racionabili et demonstrabili antehabita nychilominus perfruemur. Cuius testes sunt Wil(helmus) Trampe, Rey(marus) de Mortyn, Ghe. de Kerkowe[1]), Hen(ricus) de Pokelente, Io(hannes) de Buke, milites, et dictarum consules civitatum cum plurimis fide dignis. Et ut hec perpetua inter dictam civitatem G(artz) et nos permaneant, presentibus literis conscribi et domini nostri ducis sigillo et nostre civitatis fecimus communiri. Actum et datum Grifenhagen anno domini M° C° C° C° IIII°, IV^{ta} feria ante diem apostolorum Philippi et Iacobi beatorum proxima.

[1]) Muß heißen Gerhardus de Bertekowe.

Nach der im Staatsarchiv deponirten Gartzer Originalmatrikel Blatt 8 v. Matrikel saec. XVII im Staatsarchiv fol. 26. Niederdeutsche Uebersetzung fol. 69 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1055. Abschrift saec. XVIII im Geh. Staatsarchiv zu Berlin Rep. 30 B Nr. 20.

b) Ausfertigung der Stadt Gartz von demselben Tage mit einigen Abweichungen in der Fassung.

Nos consules et universitas civitatis Garcz publice protestamur, quod ex ordinacione illustris principis domini nostri Ottonis[1]) ducis, suorum militum et suarum civitatum consulum fidelium communi assumpto consilio videlicet Stettin, Stargarth, Dam, Golnow et Penkun omnis

discordia versa inter civitatem Grifenhagen ex una parte et nos parte ex altera metarum nomine taliter perpetuo est sopita, ita quod locus, qui est medius inter fossam, quam navis wulgariter dicta verescep transit, contra tabernam et duas cruces sitas supra villam Mescrin in cornu ripe, de illo loco trans silvam ex directo, quod est rarecht, ad salicem unam sitam in cornu, ubi fluvius Creenick influit flumen Regelicz, de salice quoque[2]) ulterius ad littus, quod lanth dicitur lanth in terra, in qua quis poterit salvare vitam pre profunditate fluminis et aquarum, ita quod fluvius Creenick civitatis Gardis terminis includatur[3]), sed fluvius[4]) liber erit nec ab aliquibus debet obstrui ullo modo. Quam ordinacionem predicti ducis inviolabiliter ex parte nostra tenere obligamus nos ipsi duci sub argenti centum marcarum perdicione, qua ordinacione omnibus preposita et retenta et nos et ipsa civitas Grifenhagen utrobique omni iure et libertate racionabili et demonstrabili antehabita nichilominus perfruemur. Cuius testes sunt Wyl(helmus) Trampe[5]), Reumarus de Morsin, Geraldus de Bertekowe, Henricus Pokolentte, Iohannes de Boke milites et dictarum consules civitatum cum[6]) plurimis fide dignis. Et ut hec perpetua inter dictam civitatem et nos permaneant, presentibus litteris conscribi et domini nostri ducis sigillo et nostre civitatis fecimus communiri. Actum et datum Grifenhagen anno gracie M° CCC° IIII°, feria IIII^{a} ante diem apostolorum Philippi et Iacobi beatorum.

1) Abschrift: Ottone. 2) Abschrift: quo. 3) Abschrift: includuatur. 4) In der Abschrift ein sinnloses in. 5) Abschrift: Trappe. 6) Abschrift: et.

Nach der sehr fehlerhaften Abschrift im Stadtarchiv zu Greifenhagen s. Nr. 7. Abschrift im Stettiner Archiv Pars II Tit. 23 Nr. 28 fol. 21. Diplomatar. civitatis Gartz Nr. 24 und Nr. 74.

2161.

1304 Mai 6 Stralsund.

Die Fürsten Wizlaw III. und Zambor versöhnen sich miteinander und mit ihren Vasallen und Städten, treffen auch Bestimmungen zur Vorbeugung neuer Zwistigkeiten und Aufrechterhaltung des Rechtsstandes, sowie zur Abwehr feindlicher Angriffe und Wahrung der gesammten Hand.

Wye Wizslav[1]) unde Zambur von der gnade ghodes[2]) vorsten van Ruyen bekennet unde tughet[3]) an dessen jegenwardeghen[4]) breve, dat wye[5]) alle[6]) de schelinge[7]) unde[8]) twidracht, de twischen uns beyden heft[9]) ghewesen, dat wye[10]) de al hebben gheliket unde ghesůnet[11]), also dat alle[6]) de vordachtnisse[12]) up[13]) unse man, up[13]) unse stede unde up[13]) abbet Arnolde van deme Nyencampe[14]) ganz afhebben ghelaten unde eyn[15]) ganz vruntscop[16]) unde sůne[17]) twischen uns unde man unde stede scal syn[18]). Vœrtmer[19]) were dat also, dat ghot[20]) vorlate[21]) uns, dat jenich schelinge[22]) schude twischen uns, der schelinge[23]) scholen weldich syn[18]) unse man unde unse stede also: So wellic[24]) unser unrecht hedde, den scholen[25]) manen unse man unde unse stede, dat he rechte dů[26]). So wellic erer[27]) des nicht en[28]) dede, so scholen[25]) unse man unde unse stede bi deme, des dat recht is, bliven also lange[29]), wante[30]) he weder doyt[31]) dat unrecht mit unser manne unde stede rade[32]). Were over dat also, dat unser man oder unser stede ienich tieghen[33]) uns were oder[34]) uns unrecht[35]) dede, so scholen[25]) unse andern man unde unse andere[36]) stede bi uns bliven also lange[29]), wente[30]) se uns dat wedder důn[37]) unde uns[38]) al rechte důn[39]). Vœrtmer[19]) were dat also, dat unser eyn[15]) oder wye[10]) beyde unsen mannen oder unsen steden jenich unrecht deden, so scholen[25])

unse man unde unse stede thůsamene[40]) bliven tieghen[33]) uns also lange[29]), wente[30]) wye[10]) se bi rechte laten unde dat unrecht weder důn[37]). Oec[41]) wille wye[10]) twe brůdere[42]), Wizslav[43]) unde Zambur, dat unser eyn[15]) deme[44]) anderen helpen schal[45]) up[13]) alle[6]) de[46]) levet, de uns unrecht[35]) důn[39]) willen, den schole[47]) wye[10]) wedder staen[48]) mallic[49]) mit deme[44]) anderen mit al unser macht thů[50]) allen[6]) sinen rechten saken. Vœrtmer[19]) so wille wye[10]), dat witlik si, dat unse man, unse stede unde unse slote unser negheen[51]) deme[44]) anderen schal[45]) untferen[52]) oder unterven, unde dat unse samende hant ewiclicken[53]) een bliven schal[45]) unde unghescheden. Dat desse ding[54]) unghebroken unde stede bliven, so hebbe wye darup ghelovet[55]) unsen mannen unde unsen steden in truwen[55]), unde se hebbet[56]) uns weder ghelovet. De riddere dat[57]) sint desse: Johan van Gristow[58]), Hinrich[59]) van Dechowe, Conrad Dotenberch[60]), Hinric van[61]) den Woelde[62]), Werner van[61]) Tribbeses[63]), Hinric unde[64]) Johan unde Conrad de brůdere[65]) van[61]) den Bughe, Chotan Mordere[66]), Thideric Bere[67]), Mathias van der Boeken[68]), Boekeman de junge[69]), Arnold van Vicen[70]), Gherlach van[64]) Smachteshaghen, Frederic van Alkuen[71]), Arnold Wokenstede, Ernest Budde, Joachim, Vicco[72]) Molteke unde[64]) de raetman[73]) van[61]) deme[44]) Stralessunde[74]), dat[64]) sint desse: Conrad heren Rederes sone, Thideric van Dorpen, Albert Kureland, Bernard van Scaprode, Gherwin van Semelowe, Johan van Straceborch, Albert Sachtelevent, Johann Woltdorp[75]), Herman Witte, Johann van Meppen, Arnold van Revele, Bertram Travedemunde[76]), Seghefrid[77]), Ghodeke[78]) heren Yben, Johan Cranz, Witte Bertold, Wicbern[79]). Dat desse ding[54]) vast unde stede[80]) bliven, so hebbe wye[10]) sterket[81]) desse scrift mit unsen ingheseghelen unde unser man, de hir ghescreven sint: her Pritbur[82]) van der Vilmeniz, Lodewich Kabolt[83]), Raven Buk[84]), Gerlach van[64]) Smachteshaghen, Ernest Budde, Arnold van Vicen[85]), Arnold Wokenstede, Thideric Mezecowe[86]), Joachim, Vicco[87]) von Alkuen[71]), Johan van Gristowe[58]), Claus unde Tezitse van Pudbuske[88]), Hinric van[61]) der Osten[89]) de marscalk, Hinric van[61]) Dechowe, Werner van Triubbeses[63]), Conrad Dotenberch[60]), Thideric Bere, Arnold van der Osten[89]), Chotan Mordere[66]) unde mit den ingheseghelen unser stede van[61]) deme[44]) Stralessunde, van[61]) Trubbeses[63]), van[61]) Grimme, van Baert unde van Lozitse[90]). Dit is gheschen in der stat thů[50]) deme[44]) Stralessunde na unses heren godes bort[91]) dusent jaer dre hundert jaer in deme veerden iare[92]), in sunte[93]) Johannes daghe[94]) ante portam latinam.

1) We Wizlawe. B. 2) godes. B. 3) betughet. B. 4) dessen jeghenwārden. B. 5) wye fehlt in B. 6) al. B. 7) scelinghe. B. 8) B. hat hinter unde noch al de. 9) hevet. B. 10) we. B. 11) ghesonet. B 12) verdachtnisse. B. 13) op. B. 14) vomme Nienkampe. B. 15) en. B. 16) vruntscap. B. 17) sone. B. 18) sin. B. 19) Vortmer. B. 20) got. B. 21) verlate. B. 22) scelinge. B. 23) schelinghe. B. 24) Swelk. B. 25) scolen. B. 26) do. B. 27) Swelker. B. 28) ne. B. 29) langhe. B. 30) want. B. 31) deyt. B. 32) rat. B 33) tegeghen. B. 34) unde. B. 35) unrechte. B. 36) anderen. B. 37) weder don. B. 38) uns fehlt in A. 39) don. B. 40) tosamende. B. 41) Oc. B. 42) brodere. B. 43) Wizlawe. B. 44) dem. B. 45) scal. B. 46) Vor levet nochmals de. B. 47) dem scole. B. 48) wedersteen. B. 49) manlic. B. 50) to. B. 51) nen. B. 52) untfernen. B. 53) hewechlike. B. 54) dink. B. 55) hebbe we ghelovet dar op un trowen unsen mannen . . . B. 56) hebet. B. 57) dat fehlt in A. 58) von Grizstowe. B. 59) Hinric. B. 60) Dotenberg. B. 61) von. B. 62) dem Wolde. B. 63) Tribeses. B. 64) Fehlt in B. 65) de brodere fehlt in B. 66) Chote Morder. B. 67) Steht in B zuletzt. 68) Mathyas von der Boke. B. 69) junghe Bokeman. B. 70) Arnolde von Vitzen. B. 71) Alkun. B. 72) Vicko. B. 73) ratman. B. 74) Sunde. B. 75) Thideric von Dorpen, Conrad heren Reders, Curlande, Gherwin von Semelowe, Bernard von der Scaprůde Johan Stracebůrch, Albrecht Sachtelevent, Johan Waltdorp. B. 76) von Travenemunde. B. 77) Seghefrit. B. 78) Godeko. B. 79) Johan Kranz, Wicpern, Witte Bertoldi. B. 80) stede unde vast. B. 81) ghesterket. B. 82) Pritbor. B. 83) Lodewic Kabold. B. 84) Bůc. B. 85) Vitzen. B. 86) Metzecowe. B. 87) Vicke. B.

[88]) Nicolaus unde Thece von Putbuzk. B. [89]) Ost. B. [90]) von Barth, von Losiz. B. [91]) borth. B. [92]) dusent jar dre hundert unde ver jar. B. [93]) sinte. B. [94]) dach. B.

Nach dem Originale in zwei Ausfertigungen (A und B) im Stralsunder Stadtarchive, Schr. VII, Schiebl. 1, an deren einer an 19, an der andern an 15 Pergamentstreifen 14 Siegel hängen.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 Nr. 324 und bei Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II S. 20 Nr. 141. Auszug bei Dähnert, Sammlg. Pomm. u. Rüg. Landesurkd. I S. 243. Schwartz, Pomm. u. Rüg. Justizhistorie pag. 22, Regest im Hansischen Urkundenbuch II S. 27 Nr. 50 und bei Pyl, Eldena S. 626.

2162.

1304 Mai 23 Konstanz.

König Albrecht I. bestätigt dem Könige Erich von Dänemark das Privilegium Kaiser Friedrichs II. von 1214 wegen Ueberweisung der Länder jenseits der Elde und Elbe, mit Ausnahme der Stadt Lübeck. (Pomm. Urkundenbuch I Nr. 164 S. 125.)

Thorkelin, Dipl. Arnaeo-Magn. 1, 94. Böhmer, Regesta imperii 1246—1313, Albrecht Nr. 473.

2163.

1304 Mai 28 Gellen.

Ritter Ulrich von Billerbeck schenkt dem Jungfrauenkloster zu Bernstein das Patronatsrecht der halben Kirche zu Schönrade und 100 Mark leichter Pfennige, für welche das Kloster seine drei Mutterschwestern in seinen Konvent aufnimmt.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Operationis sancte propositum nulla debet occasio prepedire. Insuper quod sincera fide perpenditur dispositio, roboretur congrue sollempni tytulo litterarum. Ea de causa nos Ulricus miles dictus de Bilrebeke divino commoti instinctu ob remunerationem mercedis perpetue dedimus et donavimus conventui dominarum in Bernsteyn medietatem ecclesie in villa Sconenrode cum consensu marchionis Ottonis post obitum plebani et primo vacantem conditione tali, ut recipiant tres personas materteras nostras, quibus addimus centum marcas levium denariorum cum mediate ecclesie pro prebenda ipsarum perpetuo habitura. Ut ergo hec a nobis posterisque nostris illibata observentur, sigilli nostri presentem paginam munimine fecimus roborari. Testes huius rei et facti sunt dominus Hynricus prepositus in Bernsteyn necnon milites dominus Hynricus dictus Zmorem, dominus Albertus de Segevelde, famuli Thidericus, Lyppoldus dicti de Bilrebeke fratres mei et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Gelant anno domini M° CCC° IIII°, in die corporis Christi.

Nach der Dregerschen Abschrift im Mscr. 215 der Löperschen Bibliothek S. 36 f. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1056.

2164.

1304 Juni 5 Dargun.

Bischof Heinrich von Camin trennt die neuerbaute Kirche zu Lewetzow von der Mutterkirche zu Jördensdorf und legt zu jener die Dörfer Perow und Todendorf.

Henricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis, ad quos presencia pervenerint, salutem in omnium salvatore. Cum ad nostrum pertineat officium, quod ecclesias nostre dyocesis unitas dividere et divisas unire exigentibus causis legitimis auctoritate ordinaria valeamus, hinc est, quod nos, considerantes localem distantiam inter matricem ecclesiam in Iordanstorp et filialem ecclesiam in Lewezov de consensu patroni et plebani dicte ecclesie in Iordanstorp ipsas ecclesias auctoritate ordinaria duximus dividendas, addotando nichilominus dicte ecclesie in Lewezov duas villas videlicet Perov et Thodendorp eodem modo, quo antea dicte ma[trici] ecclesie in Iordanstorp fuerant addotate, reservantes eciam plebano dicte ecclesie in Iordanstorp pro recompensa dictarum villarum redditus quinque [marcharum] d[enario]rum u[su]alium percipiendos ex villa, que dicitur vulgariter Kerchmietlich, in festo beati Martini episcopi perpetuis temporibus annuatim. Ne autem ulli hominum super hoc dubium oriatur, presentem litteram exinde confectam nostro sigillo fecimus communiri. Testes vero huius nostre divisionis et omnium predictorum sunt hii subscripti: videlicet dominus Iohannes de Lewezov, [Ber]nardus dictus de Lest, Godefridus de Buthzow (?) et Vicco dictus Vos, milites, et alii quam plures layci et clerici fide digni. Datum Dargun anno domini M° CCC° IIII°, in die Bonifacii episcopi et martiris, pontificatus nostri anno tercio.

Nach dem verblaßten Originale im Geh. u. Hauptarchive zu Schwerin (Kl. Dargun). Das abhangende Siegel ist abgerissen und liegt lose bei.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 166 Nr. 2936.

2165.

1304 Juni 5 Perugia.

Papst Benedikt XI. bestätigt dem Kloster Michaelsberg bei Bamberg die von Herzog Otto I. geschehene Verleihung des Patronatsrechts der St. Jakobikirche zu Stettin in Güstow, Scheune, über die Kirchen zum heiligen Geist und zum heiligen Michael außerhalb der Mauern der Stadt Stettin und des Dorfes Mandelkow.

Benedictus episcopus servus servorum dei . dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii sancti Michaelis prope muros Bambergenses ordinis sancti Benedicti salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod nobilis vir Otto Slavorum et Cassubie dux Caminensis diocesis cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna salubri comercio commutare, ius patronatus sancti Iacobi in Stetin in Gustow, in Schune ac sancti Spiritus et sancti Michaelis iuxta muros Stetinenses Caminensis dyocesis ecclesiarum et villam de Mandelcow cum terris, possessionibus, pratis, pascuis, redditibus et aliis bonis ad ipsam villam pertinentibus tunc ad nobilem ipsum spectancia vobis et monasterio vestro contulit et concessit intuitu

pietatis, prout in patentibus litteris inde confectis venerabilis fratris nostri . . episcopi Caminensis sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati collationem et concessionem huiusmodi, sicut pie ac provide facte sunt, ratas et gratas habentes eas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Perusii, Nonas Iunii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale im Kgl. Bayrischen allgemeinen Reichsarchiv in München; Bamberger Transsumpt vom 20. November 1459 im Kgl. Staatsarchiv zu Stettin s. r. Stadt Stettin Nr. 70. Abschrift in den Münchener Abschriften der Bibliothek der Pommerschen Gesellschaft, Nr. 5 und im Codex Tit. XX Nr. 1289 (XVI. 101) des Putbuser Archivs S. 729.

Regesten bei Schweitzer, Urkundenbuch des Abtes Andreas I. 88, Lang und Freyberg, Regesta sive rerum Boicarum autographa V 66, Ludewigii Scriptor. Bamberg. im Cod. dipl. Nr. XVIII p. 1142.

2166.

1304 Juni 9 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen leiht der Wittwe Mechtild des Heinrich Eselsvot und deren Erben die von Arnold von Vitzen gekauften Renten aus einem Vorwerk bei Bergen und den Dörfern Zirzevitz, Techodarsize, Dumsevitz und Stedar zu dienstfreien Lehen.

Wy Wyzlaus van godes gnaden vorste van Ruyen allen salighen, de dyssen yeghenwordyghen bref set ofte horet, unse grote ewych an gode. So ghedane dynck, de men handelet in der werlde, de ewych scholen wesen, unde de tyt vergenglych ys, uppe dat de dynck myt der tyt denne nycht verswinde yfte vorgan, so ys des not, dat men ze so beveste myt breven unde myt tughen, dat ze blyven unvorgheten. Darumme bekenne wy in desseme yeghenwordyghen breve unde wyllet ock, dat yt alle de weten, de nů syn unde och noch tokomende syn, dat myt unseme wyllen unde myt unseme vulborde unde myt rade unser truwen man her Arnold van Vyczen myt wyllen unde myt yaworde synes broder hern Vicken van Viczen veerkoft heft reddeleken unde rechlyken vrowen Mechtylde hern Hinryckes wyve Eselvotes, deme got gnedych sy, de en erlych borgher was in unser stat to deme Stralessunde, unde synem sone Hinrycke unde eren rechten erven in unseme lande tho Růgen so ghedane ghut, alze wy nu wyllen benǒmen: ses marck gheldes in eneme vǒrwerke, dat lycht by deme clostere tho Berghen, unde ver dorp in deme sulven lande to Ruyen, de dorp hetet aldus Zyrozevycz, Techodarsize, Dunyzize unde Stedar, alse nu lyghet bynnen erer schede, an hoven, an lande ghebuwet unde unghebuwet, an wyschen, an weyde, an more, an holte, an wolde, an bǒschen, an worden, an weghen, an unweghen, an wateren vletende yfte stande, vort mer myt alder nut unde myt aldeme ghelde, dat to den ver dorpen lycht, yd sy luttyck yfte vele. Dyt vorghesprokene ghut, dat lene we vrowen Mechtylde unde ereme sone Hinreke to manrechte sunder yenegher hande denest unde scholen yt ock lenen eren rechten erfnamen van kinde to kinde myt ghemake unde myt vrede to besyttende ewychliken. Weret ock, dat vrowe Mechtyld yfte ere rechten erven so ghedane ghut, alze hir vǒrsproken ys, verkopen, vorsetten

yfte vorgheven welden deme yfte den, so scholden wy dat lenen unde gheven en dar up unse hantfeste myt alle deme beschede unde myt aller vryheyt, alze hyr vorsproken ys in disseme breve; weret ock alzo, dat syck hove en unmynne yfte en vyantschop twyschen uns unde unser statt deme Stralessunde, dat got wylle dat ys nychten sche, so wyl wy dat vrowe Mechtyld yfte eren rechten erven so ghedanes ghudes, alze hyr dicke ghesproken ys, ghebruken unde gheneten myt vrede unde myt ghemake. Uppe dat nu dysse dynck vast unde ewych blyven, so hebbe wy unde her Arnold van Vyczen, her Vicke van Viczen syn broder, her Prytbur van der Vylmenycz, her Nycolaus unde her Tecze van Pudbusk myt unsen ynghezeghelen dessen bref bevestet. Dysse bref ys ghegheven unde screven tho deme Stralessunde na der tyt, dat got gheboren wart, dusent yar drehundert yar und ver yar, in deme daghe Primi et Feliciani, de twe mortelere weren uppe deme ertryke unde nu syn vor deme antlate unses heren ghodes.

Nach dem Copiar des Klosters Bergen Nr. 30 fol. 20, 20 v und 21. Abschrift in der Kosegartenschen Sammlung B. 49 der Greifswalder Universitätsbibliothek fol. 119. Extrakt im Mscr. 214 der Löperschen Bibliothek in der Gesellschaftsbibliothek fol. 1 v.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 34 Nr. 326.

2167.

1304 Juni 9 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen leiht dem Lübischen Bürger Dietrich von Alen und Rykezen, seiner Gattin, eine Geldrente aus der Büchse der Stadt Stralsund und eine Rente von sechs Drömten Getreide aus der Mühle vor dem Kniepertkore zu Lehn.

Wiz[laus] dei gracia princeps Ruianorum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Ne ea, que fiunt in tempore, simul labantur cum tempore, expedit ea litteris aut fide dignis testibus eternari. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos de maturo nostro consilio et nostrorum militum fidelium dimisimus et contulimus honesto viro Theoderico de Alen, nostro speciali, et uxori eius Rykezen, burgensibus Lubicensibus, et eorum veris et legitimis heredibus, habitis et habendis, redditus subnotatos singulis annis in festo sancti Martini episcopi subferendos iure feodali: videlicet de piccide nostre civitatis Stralessund quinquaginta cum octava dimidia marca currentis monete, item de molendino eiusdem civitatis ante Knipesdor situato viginti tremodia siliginis et viginti tremodia ordeacii brasii tantumque brasii avenacii, absque servicio quolibet et detractione qualibet, quod bescattinge dicitur, libere et perpetue possidendos, dantes dicto Theoderico et uxori sue et heredibus eorum legitimis liberam facultatem vel plenariam potestatem vendendi vel permutandi simul vel divisim prenotatos redditus sub premissa libertate, quandocunque vel quibuscunque decreverint, prout eorum placuerit opcioni; renunciantes excepcioni omnis doli sive fraudis, que per nos vel per nostros successores legitimos fieri posset tempore successivo. In cuius rei firmitatem ampliorem presentem cedulam nostro sigillo duximus muniendam. Testes sunt Predburn de Vilmenizce, Theodericus Mezecowe, Fredericus de Alcun, Arnoldus et Vicko de Vitzen fratres, Wolterus de Penz, Arnoldus de Osten, Hinricus cum Plate, milites, Theodericus de Dorpe, Cunradus Heren Reders, Gerwinus de Semelowe, Bernardus de Scaproden,

Arn(oldus) de Revele, Albertus Sachtelevend, Iohannes de Meppen, Dhetmarus Sculowe et alii quam plures fide digni. Datum et actum in[1]) civitate Stralessunde, anno domini MCCC° quarto, beatorum martirum Primi et Feliciani.

[1]) Datum — in auf Rasur.

Nach dem Originale im Stralsunder Stadtarchive (Schr. VII, Schiebl. 2) mit an rothseidenen Fäden anhängendem fürstlichem Siegel. Gleichzeitige Abschrift auf einem an dem letzten Blatte des Stadtbuches von 1310 ff. an durchgezogenem Pergamentstreifen befestigten Pergamentblatt. Abschrift in der Kosegartenschen Sammlung B. 49 der Greifswalder Universitätsbibliothek Bd. I fol. 119.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 34 Nr. 325.

2168.

1304 Juni 9 Malchin. (Gefälscht.)

Fürst Nikolaus zu Werle bestätigt die Güter und die Bedefreiheit des Klosters Ivenack.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Nicolaus dei gracia dominus de Werle universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presencia pervenerint, salutem in omnium salvatore. Ne pia virorum illustrium gesta successu temporis a memoria hominum recidant et oblivio faciat aberrare[1]) a tramite veritatis, decrevit humana sollicitudo eorumdem gestorum noticiam litteris autenticis ad futuras deducere naciones. Hinc est, quod vidimus et legi audivimus multas litteras gloriosorum principum ducum Stetinensium, dominorum Barnym, Buggzlai, Wartzlay et Ottonis, super quibusdam villis et ipsarum proprietatibus abbatisse et conventui monasterii in Yvenac ordinis Cisterciensis donatis pure propter deum et assignatis confectas, necnon super quibusdam decimis mansorum quorumdam ac iurispatronatibus quarumdam ecclesiarum ac quibusdam mansis sparsim in diversis villis situatis, prout in eisdem litteris plenius continetur, quarum tenorem hic inserere nimis esset longum. Ville vero integre hee sunt: Yvenac, Soldekendorp, Vorneholte, Hillenvelde, Griscow, Weytendorp, Wackerow, Clocow, Wrůdow, Glendelyn et Lyndenbergh. Prefatas vero litteras ratas habuimus et habemus et in hiis scriptis confirmamus, cupientes predicti monasterii abbatissam et conventum eisdem villis, proprietatibus, decimis, iurispatronatibus et mansis uti tempore sempiterno. Et quia nostra interest, specialiter ob nostrorum progenitorum, nostram ac liberorum nostrorum salubrem in domino memoriam, nostre promocionis amminicula in dei servicio laborantibus liberaliter exhibere, igitur nostro et nostrorum heredum ac successorum nomine contulimus et donavimus ac in hiis scriptis conferimus[1]) et donamus prefatis abbatisse et conventui monasterii in Yvenacke suisque in perpetuum successoribus predictas villas Yvenac, Soldekendorp, Vorneholt, Hillenvelde, Griscow, Weytendorp, Wackerow, Clocow, Wrůdow et Lyndenbergh cum omnibus proprietate, dominio, iure, iuridictione, iudicio alto, tam in manum quam in collum, necnon iudicio basso, cum omni servicio, tam urbano quam rusticano, cum precaria, tam pecuniarum quam annone seu cuiuslibet rei, quocumque nomine censeatur talis precaria, cum omnibus et singulis fructibus, usufructibus, utilitate, emolimento ac cum omnibus suis attinenciis et pertinenciis in pascuis, pratis, sespitibus, paludibus, silvis, lignis, rubis, mineris, agris cultis et incultis, viis, inviis, stangnis, piscinis, aquarum decursibus et accursibus, edificiis constructis et construendis, et cum omni libertate pacifice, libere et quiete possidendas, nobis quoque nichil

iuris aut dominii, precepti vel proprietatis in predictis villis reservantes, omnia et singula iura dominia, proprietates et precepta nobis, nostris heredibus vel successoribus in eisdem villis, quomodolibet competentia vel competitura in abbatissam et conventum dicti monasterii Yvenac nunc existentes et ipsis succedentes in perpetuum transferimus, mandantes omnibus et singulis nostris advocatis et officialibus presentibus et futuris, quatinus in prefatis villis nostro, nostrorum heredum aut successorum nomine precipiendo, aliquid petendo vel exigendo omnino nichil presumant attemptare, nostre gracie sub obtentu. Preterea, si contigerit necessitate cogente, nos, nostros heredes, successores aut officiales nostros facere peticionem generalem vel peticiones generales in nostro territorio, eciam quociens hoc contigerit, volumus nullum nobis, nostris heredibus, successoribus aut officialibus nostris fieri a predictarum villarum villanis subsidium, sed volumus illam peticionem seu peticiones ex eisdem villis ad utilitatem abbatisse et conventus predicti monasterii integraliter derivari. Preterea amore dei, cui dicti monasterii moniales die noctuque deserviunt, volumus omnia bona earundem proprietatesque, iura fideliter defendere, sicut nostra propria bona, de quibus emolimenta sublevamus. Testes huius rei sunt: Fredericus de Kerctorp, Hinricus Vulpis castellanus in Stovenhaghen, Arnoldus de Schonenvelde, Fredericus Vulpis, Hinricus Vulpis, Hinricus Vulpis filius eius, Conradus Vulpis castellanus in Stovenhaghen, Iohannes Vulpis castellanus in Dymyn, Iohannes de Gutzekow, milites, et alii quam plures fide digni. Et in maiorem evidenciam presencia dedimus nostri sigilli munimine roborata. Datum et actum Malchin, anno domini millesimo trecentesimo quarto, ipso die Primi et Felician[i] martirum beatorum.

1) oberrare. Orig. 2) comferimus. Orig.

Nach der gefälschten Urkunde auf Pergament im Geh. u. Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Ivenack mit an grünseidenen Fäden anhängendem schildförmigem Siegel ohne Gepräge.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 168 Nr. 2937.

2169.

1304 Juli 15 Stralsund.

Wizlaw III., Fürst von Rügen, überläßt dem Kloster Hiddensee die bisher zwischen beiden streitige Insel Zingst gegen eine Zahlung von 1000 Mark slavischer Denare.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Wizlavus[1]) dei gracia princeps Ruyanorum[2]) universis Christi fidelibus presens privilegium visuris vel audituris salutem in domino Ihesu Christo. Notum facimus presentibus et futuris, quod dissensio, que vertebatur inter nos ex parte una et dominum abbatem et monachos abbacie sancti Nycolai[3]) in Hyddensø[4]) Cisterciensis ordinis ex parte altera super insula Cyngst, sicut infra sequitur totaliter est sopita: quod de consensu et maturo consilio vasallorum nostrorum, acceptis a dictis domino abbate et monachis, mille marcis denariorum slavicalium totam insulam Cyngst[5]), prout nostra fuit et nostro subiacuit dominio et potestati, cum omni iure et iudicio, maiori videlicet et minori, in omni causa et in omnibus locis eiusdem insule cum omnibus utilitatibus et fructibus, cum silvis, nemoribus, rubetis, agris, pratis, graminibus, pascuis, paludibus, stagnis, aquis, littoribus, piscaturis et cum omnibus, que intra ipsius insule terminos continentur, dimisimus dictis domino abbati et monachis et donavimus quiete et libere inperpetuum possidendam[6]). Verumptamen si

nobis quandoque ibidem venari placuerit, sicut in bonis et terminis monasterii Novi Campi et vasallorum nostrorum venabimur secundum cursum venandi omnibus communem, et sepedicti dominus abbas et monachi propter prefatam venacionem de omnibus suis utilitatibus disponendis nichil omnino pretermittent, sed habebunt perpetuo liberam potestatem silvas et ligna ibidem succidendi et radicitus exstirpandi et annichilandi, si maluerint, agros faciendi, grangias et villas ibidem construendi, colonos et agricolas in eis collocandi et plane de omnibus premissis in ipsa insula Cyngst sine omni contradictione faciendi, quicquid ipsorum placuerit voluntati; et specialiter et generaliter de illis omnibus facient et facere poterunt, que in dicta et ex dicta insula ex industria vel natura poterunt provenire. Insuper sepe memoratos dominum abbatem et monachos a quorumlibet inpeticione[7]) prefate insule Cyngst secundum quod iuris ordo requirit et expostulat, nos et heredes nostri tenebimur in perpetuum eripere et eosdem ab iniuriis et violenciis secundum timorem dei et iusticiam defensare. Super omnia hec privilegium fundacionis[8]) supradicte abbacie sancti Nycolai[9]) in Hyddensø[10]), in reliquis articulis, de quibus hic in presenti privilegio mentio non existit, approbacione[11]) eterni valoris et roboris confirmantes. Decernimus eciam[12]), quod istud privilegium secundum non tollet primum nec sibi aliquod preiudicium in aliquo generabit. In cuius rei evidenciam[13]) et perpetuam firmitatem presens privilegium sigillo nostro cum annotacione testium fecimus roborari. Hii vero testes sunt: dominus Arnoldus abbas Novi Campi, domini Hinricus de Ost, Arnoldus et Fredericus[14]) fratres de Vitzen, Conradus Dothenberch, Hinricus de Dechowe, Hinricus de Buge[15]), Tidericus Ursus, Tidericus Metzecowe, milites, et alii quam plures fide digni. Datum per manum publici notarii nostri et capellani Nycolai[16]) de Starecowe[17]) in civitate Stralessund anno domini millesimo trecentesimo[18]) quarto, in die qua colitur ab ecclesia festum divisionis apostolorum.

1) Nos Wyzlavus. B. 2) Ruianorum. B. 3) Nicolai. B. 4) Hiddensø. B. 5) Cinst. B. 6) possidendam imperpetuum. B. 7) impeticione. B. 8) fundationis. B. 9) Nicolai. B. 10) Hiddensø. B. 11) approbatione. B. 12) etiam. B. 13) evidentiam. B. 14) Fretherieus. B. 15) Bughe. B. 16) Nicolai. B. 17) Starkowe. B. 18) tresentesimo. A.

Nach den beiden Originalausfertigungen ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Hiddensee Nr. 10. Abschrift im Cod. Tit. XX Nr. 1289 des Putbuser Archivs S. 161. Extrakt bei Klempzen fol. 55 u. 60. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1046.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 35 Nr. 327 und bei Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr, II S. 24 Nr. 142.

2170.

1304 Juli 15 Belgard.

Vertrag des Herzogs Bogislaw IV. mit Bischof Heinrich von Camin und seinem Kapitel, in welchem letzterer dem Herzoge Treue und Beistand verspricht und dieser ihm das Schloß Gülzow abtritt.

a) Ausfertigung des Herzogs Bogislaw.

[B]ug(slaus) dei gracia dux Slavorum et Cassubie, ad quos presens scriptum pervenerit, omnibus salutem in domino. Ad noticiam tam presentis nacionis quam felicis successionis futurorum cupimus pervenire, quod nos nomine nostro, heredum et successorum nostrorum super quacunque dissensionis, rancoris et discordie materia, que quidem inter nos et heredes et successores nostros, qui in dominio nostro pro tempore fuerint, hucusque versata est, ex una

et inter venerabilem in Christo patrem dominum Henricum episcopum, Hildebrandum prepositum, Lambertum decanum totumque capitulum Caminensis ecclesie sive successores eorum episcopos, qui similiter pro tempore fuerint, parte ex altera versari poterit vel oriri, concorditer uniti sumus et amicabiliter concordavimus in modum qui sequitur et in formam: ita videlicet, quod nos et heredes et successores nostri, qui pro tempore fuerint, eisdem episcopo et capitulo dicte Caminensis ecclesie et eorum successoribus episcopis, qui pro tempore fuerint, eciam tam vasallis quam civitatibus et municionibus quibuscunque ipsorum debemus perpetuo efficaciter commanere et in omnibus suis causis et necessitatibus quibuscunque fideliter adherere isto nichilominus modo, quod uterque nostrum ac nostrorum successorum quilibet apud distinctionem suarum metarum sive terminorum permanere debeat pacifice et quiete. Insuper si fortassis quispiam nostrum ac successorum nostrorum in suo dominio civitatem aut municionem quamcunque duxerit construendam, ad hoc faciendum alter alterius nostrum erit fidelis coadiutor cum suis civitatibus, municionibus et vasallis. Preterea si aliquis ex nostris vasallis aut civitatibus et municionibus de quacunque parte fuerit alterum partis adverse[1]) incusare voluerit, reus iuri astabit coram illo domino, [apud quem reu]s morandi habuerit mansionem. Si vero impeticio aut questio fiat super bonis feudalibus, extunc reus iuri astabit coram illo domino, sub quo huiusmodi feudalia bona iacent. Ceterum de bona nostra voluntate, heredum et successorum nostrorum, qui pro tempore fuerint, consenciendo promittimus, ut predicti episcopus et capitulum sepedicte Caminensis ecclesie castrum dictum Gulzov in suis usibus nulla occasione obstante quiete et commode debeant observare perpetuis temporibus in loco, ubi nunc situm est, permanendum aut ad alium locum proprietatis dicte ecclesie transferendum, prout ipsis videbitur expedire. Nichilominus tamen, ut tam de dicto castro Gulzov, quam civitatibus et municionibus quibuscumque et ubicumque in dicte Caminensis ecclesie[2]) proprietatibus sitis nobis et nostris successoribus equalitas et debita fiat iusticia occasionibus quibuslibet amputatis. Quare presens damus scriptum nostri sigilli munimine roboratum, eciam hec observari manu ad manum data fide duximus promittendum. Insuper civitates nostre et vasalli nostri municiones habentes omnia predicta suis litteris debent et sigillis autenticis attestari. Testes huius rei sunt Hildebrandus prepositus ecclesie Caminensis, Lambertus decanus ibidem, clerici, Hermannus comes de Everstein, Iohannes dictus Romulo, Henricus dictus de Wacholt, Heyno dictus de Lyvenov, Iohannes de Heydebrake, Olricus dictus de Osta, Stango, Conradus dictus Versen, Iohannes dictus Bhere, Tessen dictus de Kamic, Otto dictus Draco, milites, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum Belegard anno domini M° CCC° IIII°, in die divisionis apostolorum, Idus Iulii.

1) partis adverse auf Rasur. 2) ecclesie fehlt im Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Stettin s. r. Bisthum Camin Nr. 13. Das Siegel von den noch vorhandenen, durch den unteren umgeschlagenen Rand gezogenen grünen und rothen Seidenfäden abgefallen. Abschrift in der Caminer Matrikel im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 8[1]) fol. 143 v und I 8 a fol. 163. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1042.

b) Ausfertigung Bischof Heinrichs.

Nos Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus volumus tam ad presentis nacionis quam ad felicis successionis futurorum noticiam pervenire, quod nos nomine nostre ecclesie Caminensis de maturo dicti nostri capituli consilio et consensu cum illustri principe ac domino domino Bug(geslao) duce Slavorum et Cassubie inclito super quacumque dissensionis, rancoris

et discordie materia, que quidem hucusque inter eundem inclitum ducem versata est ex una et inter nos et nostram ecclesiam parte ex altera vel eciam in posterum inter suos heredes aut successores ipsorum, qui in [do]minio pro tempore fuerint, ex una et nos, nostram ecclesiam sive successores nostros episcopos, qui similiter pro tempore fuerint, parte [ex altera] versari poterit vel oriri, concorditer uniti sumus et amicabiliter concordavimus in modum qui sequitur et in formam: ita videlicet, [quod pre]dicta nostra ecclesia et successores nostri episcopi, qui pro tempore fuerint, tam vasallis quam civitatibus nostris ac eciam municioni[bus qu]ibuscunque eidem inclito duci, suis heredibus necnon ipsorum successoribus, qui in dicto fuerint dominio, debemus perpetuo efficaciter conmanere ac in omnibus suis causis et necessitatibus quibuscunque fideliter adherere, isto nichilominus modo, quod uterque nostrum ac nostri successores aput distinctionem suarum metarum sive terminorum permaneat pacifice et quiete. Insuper si fortassis quispiam nostrum ac successorum nostrorum in suo dominio civitatem aut municionem quamcunque duxerit construendam, ad hoc faciendum alter alterius nostrum erit fidelis coadiutor cum[1]) suis civitatibus et vasallis. Preterea si aliquis [ex] nostris vasallis aut civitatibus, de quacunque parte fuerit, alterum adverse partis voluerit incusare, reus iuri astabit coram illo domino, sub quo ipse reus morandi habet mansionem. Si vero inpeticio aut questio esset super bonis feudalibus, extunc reus iuri astabit coram illo domino, sub quo huiusmodi feudalia bona iacent. Ceterum de bona voluntate antedictus dominus Bug[geslaus] dux inclitus nobis consenciendo promisit et nomine suorum heredum ac successorum suorum, qui in dicto suo dominio pro tempore fuerint, ut nos et nostri successores castrum nostrum in Gulzow in nostris usibus nulla occasione obstante debeamus una cum nostra ecclesia predicta quiete et comode observare perpetuis temporibus in eodem loco, ubi nunc situm est, permanendum aut ad alium locum transferendum, prout nobis, nostre ecclesie vel nostris successoribus prenotatis videbitur in nostro dominio expedire. Ut autem hec omnia et singula rata permaneant et stabilia iugiter perseverent, nos una cum nostris predicto domino duci[2]) et suis manu ad manum data fide duximus promittendum. Ad maiorem autem evidenciam scilicet, ut hec singula predicta, ut premissum est, inviolabiliter observentur, capitulum dicte nostre ecclesie Caminensis super hiis omnibus observandis suas patentes litteras suo sigillo sigillatas dabunt eidem domino duci superius memorato. Insuper civitates nostre et ecclesie nostre necnon singuli nostri vasalli in nostra et nostre ecclesie terra municiones habentes omnia predicta suis litteris et sigillis autenticis ratificabunt. Testes huius rei sunt: Hildebrandus prepositus, Lambertus decanus ecclesie Caminensis, Hermannus comes de Eversten, Iohannes Romulo senior, Hinricus de Wacholt, Heyno de Levenov, Iohannes de Heydebrake, Olricus de Osta, Stango, Conradus de Versen, Iohannes Bere, Tessen de Kamic, Otto Draco, milites, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Preterea volumus, ut predicto domino duci, suis heredibus et successoribus eiusdem, sicut premissum est, exhibeatur equalitas et debita iusticia tam de predicto castro Gulzow quam de aliis nostris municionibus quibuscunque. In horum autem certitudinem firmiorem presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Datum Belegard anno domino M° C° C° C° IIII°, in die divisionis apostolorum, Ydus Iulii.

1) Orig.-Trsspt.: et. 2) duci übergeschrieben.

Nach dem Original-Ratifications-Transsumpt des Domkapitels vom 3. August (die Transsumptionsformel s. Nr. 2172) im Staatsarchiv Stettin s. r. Bisthum Camin Nr. 13.

Gedruckt bei Wokenius, Beiträge zur Pommerischen Historie p. 63 ff., vgl. Lünig, Spicileg. eccles. Contin. 3 im Anhang zu den Hochstiftern p. 3.

2171.

1304 Juli 15.

Wenzeko von Soldekow bestätigt dem Kloster Buckow die Schenkung seines verstorbenen Vaters Lutemar über 60 Hufen zu Borkow.

Universis Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, Venzeke prawi curriwi sin[1]) de Solkowe felicitatem in domino sempiternam. Notum facimus praesentibus et futuris in his scriptis publice protestantes, quod venerabilis pater noster piae memoriae dominus Lutemarus miles de Solcowe in agone positus conscientiam suam expurgans de dampno ecclesiae Bucoviensi illato, nostro etiam consensu adhibito, legavit domino Wichardo abbati totique[2]) conventui praefatae ecclesiae pro remedio animae suae ac nostrae totam villam Borchowe cum sexaginta mansis et aquam transeuntem agros et terminos villae praetaxatae cum omnibus fructibus, quae futuris temporibus potuerint ipsis fratribus provenire. Hanc vero donationem praedicti dilecti patris nostri coram multis factam confirmamus, et omnia, quae in praemissis habentur, grata et rata tenentes confirmamus, totam villam praenominatam cum sexaginta mansis et aquam cum omnibus utilitatibus, verum etiam condonando confirmamus ecclesiae praelibatae cum omni iure libere ac quiete perpetuo possidendam. Ut autem nostra devota donatio firma permaneat et saepedictum monasterium aliquam impetitionem a nostris amicis vel aliis quibuscunque de caetero non sustineat, memoratis viris religiosis damus hanc nostram literam inde confectam munimine nostri sigilli roboratam cum testibus annotatis, quorum hec sunt nomina: Nassemarus, Henneke de Ristowe[3]) et Gresmarus de Pankonin et alii quam plurimi fide digni. Datum anno domini millesimo trecentesimo quarto, in divisione sanctorum apostolorum.

[1]) prawi curriwi sin sind nach der von Perlbach mitgetheilten Erklärung Nehrings in Breslau kassubische Appellativa: echten Blutes Sohn. [2]) Matrikel: totoque. [3]) Matrikel: Riscowe.

Nach der Buckower Matrikel Nr. 63 fol. 141 v ff. Abschrift saec. XVIII im Cod. Mscr. boruss. Quart 29 der Königl. Bibliothek zu Berlin S. 118 Nr. 62.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch Nr. 628 S. 552.

2172.

1304 August 3 Camin.

Das Caminer Domkapitel ratificirt und transsumirt den Vertrag Herzog Bogislaws IV. mit dem Bischof Heinrich vom 15. Juli 1304 (oben Nr. 2170) in der Ausfertigung Bischof Heinrichs.

Hildebrandus prepositus et Lambertus decanus necnon totum capitulum ecclesie Caminensis omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino. Notum facimus, quod venerabilis in Christo pater dominus Hinricus episcopus ecclesie predicte et illustris princeps dominus Bug[geslaus] dux Slavorum et Cassubie de quibusdam causis et questionibus inter ipsos versantes talis ordinacio intercessit[1]):

Folgt die Urkunde vom 15. Juli 1304 (Nr. 2170b).

Nos igitur, qui pacem toto mentis conamine desiderabiliter affectamus, predictam ordinacionem et composicionem gratam et ratam habentes eam cum effectu, quantum in nobis est,

volumus perpetuo inviolabiliter observari[2]). In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum Camin anno domini M° C° C° C° IIII°, tercio Nonas Augusti.

[1]) Die Transsumptionsformel ist völlig aus der Konstruktion gefallen. [2]) Orig.: observiri.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Bisthum Camin Nr. 13. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1041.

Gedruckt bei Wokenius, Beitrag zur Pommerschen Historie p. 63 ff., vgl. Lünig, Spicileg. eccles. Contin. 3 im Anhange zu den Hochstiftern p. 3.

2173.

1304 August 22 Roeskilde.

Bischof Olav von Roeskilde wiederholt (fast wörtlich) die Urkunde vom 28. September 1302, in welcher die Insel Hiddensee von der Parochie Schaprode abgetrennt wird (Nr. 2046).

Omnibus presens scriptum cernentibus Olavus miseracione divina episcopus Roskildensis salutem in domino sempiternam. Quoniam, ut pro certo didicimus[1]), insula Hythensøø nostre dyocesis, que adiacere solebat ecclesie parochiali in Scaproden, in tantum distat a dicta ecclesia, quod propter difficultatem transitus brachii maris intercidentis plurima pericula animarum habitatoribus ipsius insule noscuntur sepius evenisse; nam, ut nobis datum est intelligi, plures parvuli sine gracia baptismatis et adulti sine sacramentis ecclesie quandoque discesserunt: nos ex officii nostri debito animarum periculis, quantum possumus, precavere volentes predictam insulam a dicta parochiali ecclesia propter predictas causas dividimus et capelle monachorum in Yellant Cistersiensis ordinis de consensu capituli nostri perpetuo annectimus, curam animarum ipsis domino abbati et conventui dicti loci conmittentes, salvis tamen in omnibus iuribus episcopi Roskildensis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Roskilden anno domini millesimo CCC° quarto, in vigilia beati Bartholomei apostoli.

[1]) Orig.: didiscimus.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchive Stettin s. r. Kl. Hiddensee Nr. 11. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1052.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 36 Nr. 328.

2174.

1304 August 25 Gollnow.

Herzog Bogislaw IV. bestätigt die von seinem Bruder Otto I. dem Kloster Colbatz gemachte Schenkung der Dörfer Belkow und Kublank und des Waldsumpfes Strazne. Vergl. die Urkunden Ottos I. vom 10. Januar und 16. Februar 1304 (Nr. 2139 und 2146).

In nomine domini amen. Nos Buguzlavus dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin omnibus inperpetuum. Progenitorum nostrorum inherentes vestigiis ex suscepto gubernacionis officio illos tueri obligancius habundancius obligamur et copiosis beneficiorum subsidiis ditare per amplius, qui, que sua sunt, relinquentes sub celesti principe firmo proposito

militare delegerunt. Eapropter ad noticiam tam presencium quam futurorum devenire cupimus per presentes, quod donacionem solempnem proprietatis et possessionis villarum Belcow antiquitus Niznaw dictarum et Cobelanke cum terminis ipsarum et paludis sive silve Strazne dicte[1]) totam usque ad terminos domini episcopi Caminensis, quam carissimus frater noster dominus Otto dux Slavorum et Cassubie fecit monasterio Colbacensi et fratribus inibi deo famulantibus confirmamus gratam et ratam[2]) habituri, et quicquid libertatis et iuris predictus frater noster dominus Otto dicto monasterio de Colbas contulit et donavit in silva sive palude Strazne et villis memoratis, sicud in privilegiis super hoc a karissimo fratre nostro datis[3]) plenius est expressum. In cuius rei testimonium presentes litteras dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Testes huius nostre confirmacionis sunt Henninghus Ursus nostre curie marscalcus, Hinricus Heyden, Hinricus de Reno, Zabellus Lepel, Wernerus, Lepel, milites, et alii quam plures fide digni. Datum Golnow anno domini M° CCC° IIII°, in crastino beati Bartholomei apostoli.

[1]) Matrikel: dictam. [2]) Matrikel: gratum et ratum. [3]) Matrikel: datas.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Nr. 87 fol. 22. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1040.

2175.

1304 September 5 Magdeburg.

Gabriel von Vallenetum, Kollektor der zur Unterstützung des heiligen Landes ausgeschriebenen päpstlichen Zehnten, bezeugt, die für die nicht geleisteten Zehnten mit der Diözese Camin vereinbarte Abfindungssumme empfangen zu haben.

(N)overint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Gabriel plebanus de Valleneto, collector decime, legatorum et obvencionis cuiuslibet terre sancte deputatorum subsidio in Alamanie partibus per sedem apostolicam deputatus, per[1]) presencia confitemur et recognoscimus nos habuisse et recepisse et habuimus et recepimus a discretis et prudentibus viris dominis Iohanne dicto Pruce scolastico et Iohanne preposito Colbergensi, canonicis Caminensis ecclesie, procuratoribus et nunciis ad hoc specialiter destinatis reverendi patris et domini domini Henrici episcopi, capituli et cleri tocius civitatis et dyocesis Caminensis, solventibus vice et nomine predictorum capituli et cleri secundum convencionem per nos factam trecentas et viginti quinque marcas Stendeliensis argenti ad pondus Magd(eburgense) pro neglecta decima et non soluta, discucione ad hoc prehabita, olim per felicis recordacionis Gregorium papam X. terre sancte subsidio deputata[2]) et consilio Lugdunensi[3]). De quibus eisdem procuratoribus recipientibus nomine suo et nomine predictorum capituli et cleri facimus finem et quitacionem perpetuam et pactum de ulterius non petendo nomine domini pape, Romane ecclesie et terre sancte, et eos nomine predictorum capituli et tocius cleri civitatis et dyocesis Caminensis a tota non soluta et neglecta decima absolvimus per presentes. In cuius rei testimonium et evidenciam futurorum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Magd(eburg) anno domini M° CCC° IIII°, Nonis Septembris.

[1]) per fehlt. Dipl. [2]) deputatam. Dipl. [3]) Lungdunensis. Dipl.

Nach dem Diplomatar. Gustrow. Nr. XXXIX fol. 31 a.

Gedruckt im Meckenb. Urkundenbuch V S. 179 Nr. 2952.

2176.

1304 September 7 Camin.

Bischof Heinrich transsumirt die Urkunde Bischof Jaromars vom 5. März 1290 (Pomm. Urkundenbuch III S. 92 Nr. 1528), in welcher wieder die Urkunden

1. Bischof Hermanns und Herzog Wartislaws vom 23. Mai 1255,
2. „ „ vom 9. Februar 1286,
3. „ „ „ 18. April 1277,
4. „ „ „ 5. April 1287,

für die Stadt Colberg transsumirt sind.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in omnium salvatore. Noverint universi nos una cum Hildebrando preposito, Lamberto decano et capitulo ecclesie Caminensis litteras donacionis, renovationis et confirmationis venerabilium patrum dominorum Hermanni videlicet et Iaromari felicis recordationis nostrorum predecessorum, litteras inquam donationis domini Hermanni insertas litteris renovationis et confirmacionis domini Iaromari datas consulibus ac civitati Colbergensi non abolitas, non rasas, non cancellatas nec in aliqua parte sui viciatas vidisse sub hac forma.

Iaromarus dei gracia etc. . . . Die Urkunde vom 5. März 1290 (Pomm. Urkundenbuch III S. 92 Nr. 1528), in welcher die Urkunden vom 23. Mai 1255 (Pomm. Urkundenbuch II S. 19 Nr. 606), vom 9. Februar 1286 (Pomm. Urkundenbuch II S. 581 Nr. 1365), vom 18. April 1277 (Pomm. Urkundenbuch II S. 343 Nr. 1057) und 5. April 1287 (Pomm. Urkundenbuch III S. 7 Nr. 1418) transsumirt sind; dann die Schlußformel:

Nos vero, qui summe pacem et concordiam affectamus, omnem cuiuslibet inpugnacionis materiam, si quam contingerit fieri, a quoquam in futuro penitus amputantes, per quam posset detegi predictarum nullitas litterarum, habito tractatu diligenti servataque in premissis omnibus et in quolibet premissorum debita sollempnitate, quam in contractibus, concessionibus perpetuis et alienacionibus rerum ecclesiasticarum exigunt ius canonicum et civile, de communi consensu capituli nostri Caminensis omnia et singula, que in premissis litteris continentur, rata et grata habentes in nomine domini confirmamus, inponentes eisdem robur perpetue firmitatis. Has autem innovationes, ratihabitiones et confirmationes pretextu fidelitatis civitatis premisse maxime pro trecentis marcis usualium denariorum, quos nobis sepe dicte civitatis consules donaverunt, pro solutione debitorum nostrorum duximus faciendas. Ut autem singula et omnia premissa in posterum a nobis seu a successoribus nostris nullo modo possint inpugnari nec immutari, nos presentem paginam civitati nostre Colberg nostri ac capituli Caminensis sigilli munimine in perpetuum testimonium erogamus. Presentes de capitulo fuerunt honorabiles viri hii videlicet: Hildebrandus prepositus, Lambertus decanus, Fredericus vicedominus, Iohannes cantor, Fredericus de Stalberch thesaurarius, Iohannes de Starz, Syfridus de Trechowe, Arnoldus de Lapidea Domo, Hermannus de Allenkerken et alii quam plures fide digni. Datum Camin anno domini millesimo tricentesimo quarto, in vigilia nativitatis Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale mit an rothen Seidenfäden anhängenden Siegeln Bischof Heinrichs und der Caminer Domkirche in grünem Wachs im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Stadt Colberg Nr. 20. Das Siegel des Bischofs zeigt die sitzende Bischofsfigur mit dem Krummstabe in der linken Hand. Von der Legende ist nur noch zu lesen: . . GILLVM . . . . . ICI DEI GRACIA CAMINENSIS ECCLESIE . . . . . . I und mit Rücksekretsiegel

des Bischofs, welches in der Mitte einen Bischofskopf mit Mitra zeigt und die Legende trägt: SECRETVM HERICI EPI CAMMEN. Das Kapitelssiegel zeigt im oberen Felde zwei Heiligengestalten zwischen zwei Thürmen, darunter eine Bischofsgestalt mit je zwei Figuren rechts und links. Legende: S. ECCLESIE SCI IOHANN-IS BAPTISTE. IN CAMIN.

2177.

1304 September 7 Camin.

Bischof Heinrich von Camin transsumirt und bestätigt die Urkunde der Ramel vom 14. Februar 1302 über den Verkauf von Rossenthin (Nr. 2019).

Hinricus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus universis presencia visuris salutem in eo, qui est in se credencium vera salus. Noverint universi nos literas strenuorum militum Iohannis dicti Romole senioris, Egberti, Zabelli et Iohannis ipsius filiorum vidisse sub hac forma:

Noscant presentes et futuri, quod nos . . . Die Urkunde vom 14. Februar 1302, oben Nr. 2019.

Nos vero de unanimi consensu Hildebrandi prepositi, Lamberti decani et capituli ecclesie Camynensis habito tractatu diligenti et sollempni, qui in alienationibus rerum ecclesiasticarum intervenire debet, emptionem factam de dicta villa Rossentyn inter dictos burgenses ex una et milites prenotatos parte ex altera gratam et ratam habemus et in nomine domini presentibus confirmamus, inponentes eisdem robur perpetue firmitatis. Insuper propter ipsorum grata servicia, que nobis et ecclesie nostre Camynensi dicti burgenses hactenus inpenderunt, ipsis proprietatem dicte ville cum suis attinenciis ac omni fructu et utilitate inde proveniente vendidimus pro centum marcis denariorum usualis monete in usus ecclesie nostre conversorum, eo iure, quo civitas Colbergensis possidet sua bona, ipsos ab omni servicio nobis exhibendo penitus absolventes. Damus eisdem nichilominus liberam facultatem dicta bona vendendi, permutandi, donandi in pios usus vel in usus civitatis convertendi ac disponendi de ipsis secundum ipsorum libitum voluntatis et sicut ipsis videbitur expedire, ratum et gratum habituri, quicquid per ipsos factum vel ordinatum fuerit in premissis. Ut hoc autem factum nostrum stabile et inconcussum permaneat, et ne ab aliquo successorum nostrorum in posterum possit immutari, presentem cartam inde confectam sigillo nostro et capituli ecclesie Camynensis fecimus communiri. Testes huius sunt: Hildebrandus prepositus, Lambertus decanus, Iohannes cantor, Fredericus vicedominus, Fridericus thesaurarius, Cyfridus de Trechow, Arnoldus de Zanna, Iohannes de Starz, Hermannus de Allenkerken, canonici ecclesie Camynensis. Datum Camyn anno domini M° CCC° quarto, in vigilia nativitatis sancte Marie virginis.

Nach der Dregerschen Abschrift der Colberger Matrikel S. 285 ff. Nr. 124.
Gedruckt bei Wachs, Histor. diplom., Geschichte der Altstadt Colberg p. 350.

2178.

1304 September 7 Camin.

Bischof Heinrich von Camin verkauft den Colberger Bürgern Nikolaus Schötzow und Konrad vom Münster das Eigenthum am halben Dorfe Recknin für 40 Mark Pfennige.

Heinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod nos de consensu et voluntate Hildebrandi prepositi,

Lamberti decani et capituli ecclesie Caminensis habito tractatu diligenti et sollempni, qui in alienationibus rerum ecclesiasticarum intervenire debet, vendidimus dilectis nobis in Christo Nicolao dicto Scotso et Conrado de Monasterio civibus in Colberg proprietatem medie Necanin cum suis terminis et hiis, que in suis terminis continentur, cum omni fructu et utilitate inde proveniente pro quadraginta marcis usualium denariorum in usus ecclesie conversis, grata ipsorum servicia, que nobis et ecclesie Caminensi nostre exhibuerunt, in hoc attendentes, eo iure, quo civitas Colbergensis possidet sua bona omni servicio nobis exhibendo penitus amputato, dantes eisdem nichilominus liberam facultatem dicta bona vendendi, permutandi, donandi in pios usus vel in usus civitatis convertendi ac disponendi de ipsis secundum ipsorum libitum voluntatis et sicut ipsis videbitur expedire, ratum et gratum habituri, quidquid per ipsos factum vel ordinatum fuerit in premissis. Ut autem hoc factum nostrum stabile et inconcussum[1]) permaneat et ne ab aliquo successorum nostrorum in posterum[2]) possit inmutari, presentem cartam inde confectam sigilli nostri et capituli ecclesie Caminensis munimine fecimus communiri. Testes huius sunt Hildebrandus prepositus, Lambertus decanus, Iohannes cantor, Fredericus vicedominus, Fredericus thesaurarius, Cifridus de Trechowe, Arnoldus de Zanne, Iohannes de Starz, Hermannus de Allenkerken, canonici ecclesie Caminensis. Datum Camin anno domini M° CCC° quarto, in vigilia nativitatis Marie.

[1]) Orig.-Trsspt.: incussum. [2]) Orig.-Trsspt.: inpostrum.

Nach dem Originaltranssumpte vom 3. Februar 1337 im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Stadt Colberg Nr. 40 a. Weitere Originaltranssumpte vom 16. August 1344 ebenda Nr. 41, vom 14. September 1370 ebenda Nr. 55, vom 20. Dezember 1394 ebenda Nr. 80, vom 12. Oktober 1398 ebenda Nr. 82, vom 22. Oktober 1410 ebenda Nr. 93, vom 30. November 1424 ebenda Nr. 103, vom 13. Dezember 1498 ebenda Nr. 199, vom 28. Juli 1522 ebenda Nr. 266. Abschriften im Colberger Stadtarchive im Aktenstück Tit. 5 Sect. 2 Nr. 1 und im Staatsarchiv Stettin s. r. Stettiner Archiv Pars I Tit. 85 Nr. 12.

Gedruckt bei Schöttgen und Kreysig, Scriptores T. III Nr. XXXI S. 20. Riemann, Geschichte von Kolberg, Anhang S. 13 Nr. XI.

2179.

1304 September 14.

Bischof Gottfried von Schwerin bestätigt die von dem Stralsundischen Bürger Sweder von Dorpen in der Nikolaikirche daselbst zu Ehren des heiligen Thomas gegründete und mit einer Rente von 21 Mark aus 6 Hufen in Langendorf dotirte Vikarie.

G(odfridus) dei gracia Swerinensis ecclesie episcopus omnibus presens scriptum visuris salutem in domino sempiternam. Cum Swederus dictus de Dorpen civis Sundensis, vir providus et discretus, pio ductus zelo vicariam instauraverit in ecclesia sancti Nicolai in honorem sancti Thome in civitate predicta divinum cultum cupiens ampliare, dotans eam et assignans eidem vicarie sex mansorum redditus in villa Langhendorp sitorum, ex quibus debent annuatim vicario, qui pro tempore fuerit, viginti unius marcarum redditus provenire, nostro super hiis et Ottonis plebani et consulum predicte civitatis consensu et assensu in omnibus requisito, qui per ratihabitionem nostram et Ottonis predicti plebani in persistencia vicarie illius est utiliter consumatus: ceterum de iure patronatus seu vicarie collatione prehabite, nobis sicut prescriptum est faventibus, sic statuit ipse Swederus, ut filii Thiderici de Dorpen, Bernardus et

Thidericus, et filii Iohannis de Straceborgh, Martinus et Albertus et Thidericus, et filius Iohannis de Hermelem Gerhardus post mortem Eyconis sacerdotis, cui idem Swederus adhuc vivens contulerit, porrigant, cui decreverint, clerico et post mortem ipsorum apud eorum heredes et propinquiores consanguineos eiusdem vicarie ius patronatus seu collatio perhenniter permanebit; clericus vero ad ipsam presentatus non in preiudicium plebani et ecclesie aliquid adtemptabit. Nos autem predictam ordinationem tam rationabiliter factam pio animo favorabiliter adtendentes ipsam auctoritate ordinaria confirmamus decernentes irrefragabiliter, ut dicta vicaria per se maneat beneficium tempore quo vacaverit clerico, sicut premissum est, ydoneo conferendum. Ut autem quod premittitur perpetuis temporibus perseveret, presentes littere sigilli nostri munimine roborantur. Testes autem huius sunt Otto plebanus et sui capellani, Henricus de Bremis, Henricus de Sulten, Thidericus Anckerslegere, Bernardus Stuvo, sacerdotes, Raven miles, Conradus Rederi, Gerwinus de Zemelowe, Thidericus de Dorpen, Thidericus Wigberni, Iohannes Straceuorg, Iohannes de Meppen, consules, et ceteri quam plures fide digni. Datum anno domini M° trescentesimo quarto, in die exaltationis sancte crucis.

Nach dem Originale mit an Pergamentstreifen anhängendem sehr fragmentarisch erhaltenem Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Stadt Stralsund Nr. 1 a. Das von Fabricius erwähnte zweite Original im Archiv des geistlichen Kalands in Stralsund ist im dortigen Rathsarchiv nicht mehr vorhanden.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 36 Nr. 329. Regest im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 180 Nr. 2953.

2180.

1304 September 27 Loitz.

Fürst Wizlaw III. von Rügen bestätigt den Greifswaldern alle ihnen von seinen Vorfahren verbrieften Verleihungen, namentlich über den bei der dänischen Wiek angelegten Hafen.

In nomine domini amen. Wizlaus dei gracia Ruyanorum princeps omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris in perpetuum. Quoniam universa acta a patre rite et racionabiliter ordinata post fata ipsius absque diminucione eadem confirmare, stabilire, emendare et augere ad fidelem sollicitudinem pertinet filialem, quam ob rem notum esse volumus nacionibus presentibus et futuris, quod omnia iura, iurisdiciones, libertates, donaciones, libertates, proprietates, concessiones, licenciaciones ab avo nostro domino Iaromaro et dilecto patre nostro domino Wizlao felicissime recordacionis et a progenitoribus nostris aliis datas et concessas dilectis nobis . . consulibus . et burgensibus civitatis Gripeswaldis, que ipsorum privilegiis super hiis confectis evidenter poterunt declarare, cum promocionis et emendacionis commodo et pleno confirmacionis vigore volumus inviolabiliter observare et statuimus in perpetuum observanda, et specialiter portum situm iuxta villam Denschewic, quem dicti consules et burgenses pro utilitate omnium mercatorum fodi fecerunt, cum omni iure, utilitate et proprietate ad usus prefate civitatis Gripeswaldis duximus perpetuis temporibus confirmandum. Hanc itaque confirmacionem adeo firmam habere volumus, quod sepe nominatis consulibus et burgensibus astare volumus super inpeticione privilegiorum nostrorum et progenitorum ipsos nullatenus deserendo. In horum igitur omnium evidens testimonium et stabile munimentum sepedictis consulibus et burgensibus ac eorum successoribus donari fecimus presens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius nostre donacionis et confirmacionis racionabilis

sunt: Pridbur de Vilmeniz, Lodewicus Kabolth, Raven Buc, Arnoldus de Vicen et suus frater Vicko, Dethlewus Langenvelt, Walterus de Peniz, milites nostri, et plures alii fide digni. Datum Losiz anno domini MCCC° quarto, quinto Kalendas Octobris.

Nach dem Originale im Greifswalder Stadtarchiv Nr. 55. Abschrift im Memorabilienbuch der Stadt Greifswald Nr. 1 fol. 50 v, Nr. 2 fol. 37, Nr. 5 fol. 38.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 37 Nr. 330. Dähnert, Pommersche Bibliothek, 4. Bd. 1. Stück p. 16.

2181.

1304 September 30 Cörlin.

Bischof Heinrich von Camin beurkundet, daß er mit Zustimmung seines Kapitels von den Herren Johannes und Poppo genannt von Sleyz eine Rente von sechs Drömt Hafer aus deren Gütern in Bizifer im Tausch gegen den Zehnten des Dorfes Mechenthin erhalten habe.

Heinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris salutem in domino sempiternam. Noverint universi presencia visuri, quod nos de consensu nostri capituli acceptavimus a domino Iohanne et Poppone dictis de Sleyz redditus sex tremodiorum avene in recompensam decime ville Mechentin in villa Biciker in bonis ipsorum perpetuis temporibus percipiendos. In cuius rei evidenciam ampliorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes huius facti sunt dominus Hildebrandus prepositus ecclesie Caminensis, Heinricus de Wacholt, Marquardus de Rastorp, Lubbo Glasenap, milites, Ruienwolt armiger et alii quam plures clerici et layci fide digni. Datum Korlin anno domini MCCC quarto, in crastino beati Michahelis.

Nach dem Originale ohne Siegel (aus einem Buche abgelöst) im Staatsarchiv Stettin s. r. Colberger Domkapitel Nr. 11. Dreger'sche Abschrift der Colberger Matrikel S. 104. Auszug im Staatsarchiv Stettin s. r. Wolg. Arch. Tit. 28 Nr. 5 fol. 18. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1047.

2182.

1304 Oktober 3 Stralsund.

Der Rath der Stadt Stralsund theilt dem Rathe der Stadt Lüneburg mit, daß der Stralsunder Bürger Johannes Rossac und seine Frau und Söhne den Ritter Werner von Meding von dem Zehnten in Westergellersen befreit haben.

Viris prudentibus et honestis dominis . . . consulibus in Luneburch . . consules de Stralessundis honoris et servicii quantum possunt. Iohannes Rofsac noster conburgensis dilectus et uxor sua necnon pueri eorum ad nostram venerunt presenciam recognoscentes publice coram nobis, quod dimiserunt et dimittunt honestum militem dominum Wernerum de Medinghe a decima in Westerghelderdessen, quam ab ipso et a manu sua habuerunt, liberum perpetuo et solutum, dantes eidem militi et suis veris heredibus et legitimis liberam facultatem et plenam potestatem faciendi et dimittendi cum eadem decima, quicquid ipsis videbitur utile atque bonum.

Hanc regnocionem (sic!) coram nobis factam racionabiliter presentibus protestamur. Datum sabbato post Remigii anno domini M° CCC° quarto.

Nach dem Originale im Stadtarchiv zu Lüneburg Nr. 98 a; auf der Rückseite Spuren eines aufgedrückt gewesenen Siegels.

Gedruckt im Lüneburgischen Urkundenbuch I S. 149 Nr. 255.

2183.

1304 Oktober 7.

Herzog Bogislaw IV. überträgt dem Nonnenkloster zu Wollin das Eigenthum des Dorfes Plötzin und der Wiese Roff.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Bugezlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Ea que aguntur in tempore, ne simul cum lapsu temporis labantur, solent poni vel in lingwa[1]) testium vel scripture memoria perhennari. Noverit igitur vestra verenda nacio presencium et felix successio futurorum, quod nos et nomine heredum nostrorum religiosis dominabus sanctimonialibus in Wolin ad honorem omnipotentis dei et gloriose matris eius Marie necnon progenitorum nostrorum et nostrarum in remedium animarum proprietatem ville Plotzin et prati, quod dicitur Roff, cum omni utilitate, usufructu, cum precaria maiore et minore et cum denariis monete et cum omni iure, quo Reslavus senior dictus Albus dictam villam infra suas metas possederat, videlicet in agris cultis et incultis, pascuis, lignis, arbustis, miricis, aquis et aquarum piscacionibus, molendinis cum excessu manus et capitis damus libere et quiete necnon feliciter iusto donacionis titulo in perpetuum possidendum. Preterea volumus, ut prati Roff superius tacti medietas cum captura piscium maioris sagene et recium minutorum dicte medietati adiacente moniales pertineat ad easdem. Ne autem hanc donacionem nostram rite et iuste factam hominum malicia valeat infirmari, presentem paginam inde confectam conscribi iussimus et nostro sigilli munimine firmiter roborari. Testes huius donacionis sunt Iohannes prepositus, Lambertus decanus ecclesie Camynensis et Tetlevus prepositus Wolin, clerici, necnon Iohannes Bere noster marscalcus, Hinricus[2]) de Reno, Andreas Barteniz clericus de Ost, Henninghus de Heydebrake, Eghardus Smelinghus et Loduwicus Kedingus, milites, Iacobus de Polechow, Lodewicus Wokemunt, Iohannes filius Hennyngi, Iohannes de Poltsin, Nicolaus Dethardi, consules Wolin, ac plures alii fide digni. Datum per manum magistri Henrici[3]) nostre curie notarii anno domini M° CCC° IIII°, Nonas Octobris.

[1]) Matrikel: ligwa. [2]) Matrikel: Hinicus. [3]) Matrikel: Henici.

Nach der Wolliner Originalmatrikel im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 45) fol. 11 v Nr. 11. Transsumpt vom 21. September 1313 ebenda Nr. 12 fol. 12. Abschrift im Stadtarchiv Wollin Sect. A Tit. 11 Nr. 8 fol. 4 v und im Diplomatar. monasterii sanctimon. Wollin. (Mscr. I 46 a Nr. 11, Mscr. I 46 b Nr. XIII); das Transsumpt Mscr. I 46 a Nr. 12. Abschrift des 17. Jahrhunderts im Staatsarchiv s. r. Depos. Wollin Sect. A Tit. 11 Nr. 8 fol. 3 v f. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1043.

2184.

1304 Oktober 9 Demmin.

Bischof Heinrich von Camin gestattet dem Kloster Ivenack, um mehr Mittel zur Pflege kranker Nonnen zu gewinnen, die Pfarren zu Sophienhof und zu Kastorf nach dem Tode der dermaligen Pfarrer durch Vikare verwalten zu lassen.

Henricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varia[ntur h]umana, presertim cum urgens necessitas vel evidens utilitas [id ex]poscit[1]), quoniam ipse dominus ea, que in veteri testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo. Hinc est, quod nos universis ac singulis, tam presentis quam futuri temporis, presentes litteras visuris vel audituris esse volumus notum, quod nos inspecta necessitate et defectu sanctimonialium in Hyvenach, que multis sunt et pluribus incendiis, dampnis et dispendiis lese, ita quod de proventibus sui monasterii nequeant commode et maxime sanctemoniales infirme procurari, que tamen ampliori et magis delicato indigent nutrimento, unde ipsas favore et gracia prosequentes speciali concedimus et damus eis hanc graciam, ut infirme sanctemoniales delicatius et habundancius possint procurari, quod proventus ecclesiarum Cerbencin et Kerstensdorp, quarum prepositus, abbatissa et conventus habent ius patronatus, post mortem plebanorum nunc possidencium suis valeant usibus reservare, ita tamen, quod perpetuis vicariis, quos in ipsis ecclesiis instituunt[2]), tantum dimittant et assignent, ut hospitalitatem sequi et episcopalia iura solvere et conpetenter per se valeant sustentari. Et hoc preposito, abbatisse et conventui in virtute sancte obediencie district[ius] mandamus per presentes faciendum. In cuius rei testimo[nium] sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Dymin anno domini M° C° C° C° quarto, in die beati Dyonisii.

[1]) expossit. Orig. [2]) instituuntur. Orig.

Nach dem Originale, an dessen Pergamentstreifen kein Siegel mehr hängt, im Geh. und Hauptarchive zu Schwerin s. r. Kl. Ivenack.

Gedruckt im Meckleub. Urkundenbuch V S. 187 Nr. 2961.

2185.

1304 Oktober 14 Vordingborg.

König Erich von Dänemark belehnt den Fürsten Wizlaw III. von Rügen, nachdem er ihm den Lehnseid geleistet hat, mit den vom Vater ererbten Ländern: Rügen, Stralsund, Grimmen, Tribsees, Barth mit allen Städten ꝛc. mit Ausnahme des Landes Loitz als mit einem Fahnenlehen.

Omnibus presens scriptum cernentibus E(ricus) dei gracia Danorum Sclavorumque rex salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod cum magnificus princeps consanguineus noster dilectus dominus W(yzlavus) princeps Ruyanorum homagium nobis fecerat et contra quemlibet fidelitatis obsequia nobis promiserat favorabiliter exhibere, nos eidem bona ex illa parte maris, que pater suus prius tenuit, videlicet terram Ruye, terram Sundis, terram Grimmis, terram Tribusees et terram Barth cum civitatibus, municionibus, hominibus et ceteris earundem pertinenciis infra suos terminos, Løzitzcø dumtaxat excepto, iure feodali, quod vulgariter

faneleen dicitur, per presentes concedimus perpetuo possidendas, omnem inpeticionem, quam habuimus vel habere potuimus, in dictis terris super eo, quod per mortem domini Zamburi ipsarum terrarum medietas ad nos devoluta legitime dici possit, omnimodo dimittendo; promittimus eciam nos ipsum dominum W(yzlavum) sicut tenetur dominus vasallum suum fidelem diligere et tueri. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Worthingburgh anno domini M° trecentesimo quarto, die beati Kalixti pape et martiris, presentibus consiliariis nostris.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Ducalia Nr. 16. Abschrift im Diplomatarium Pomeraniae miscellaneum Bd. II fol. 3v und im Codex Rugianus (Staatsarchiv Mscr. I 33) Nr. 7 fol. 2. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1045.

Gedruckt bei Fabricius, Urkunden IV 1 S. 37 Nr. 331 (527), bei Dähnert, Sammlungen Pomm. u. Rüg. Landesurkunden, Supplement 1 S. 283 Nr. 29 und bei Suhm, Historie af Danmark Bd. XI S. 889 f. Auszug bei Schwarz, Lehnshistorie S. 259.

2186.

1304 Oktober 18.

Bischof Heinrich von Camin ertheilt für den Altar des heiligen Kreuzes in der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablaß.

Henricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris salutem in omnium salvatore[1]). Cupientes Christi populum domino reddere salutarem vel acceptabilem ipsumque nostris indulgenciis, quasi quibusdam muneribus allectivis ad divinum officium et ad karitatis opera invitare, hinc est quod nos de omnipotentis dei confisi misericordia omnibus vere penitentibus et confessis, qui in altari sancte crucis in ecclesia sancte Marie in Primzlavia[2]) constituto, quod quidem nos divina nobis cooperante clemencia in honorem eiusdem sancte et victoriosissime crucis consecravimus in festis subscriptis, scilicet nativitatis Christi, pasche et pentecostes necnon in die patroni ecclesie et die dedicationis ipsius altaris, missarum solempnia celebrari cum devocione audierint, quadraginta dies indulgencie misericorditer in domino relaxamus. In horum singulorum evidenciam firmiorem presentem litteram nostro sigillo fecimus communiri. Datum anno domini M° C° C° C° quarto, in die sancti Luce ewangeliste.

1) salvatorem. Orig. 2) Primzalivia. Orig.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Prenzlau (Nr. 21). Das abhangende Siegel fehlt. Abschrift im Copiarium saec. XVII von Prenzlau im Geheimen Staatsarchiv zu Berlin, Provinz Brandenburg Repos. 16 III p. 4c Bl. 636 und ebenda Repos. 16 III p. 4 f. Bl. 17.

Gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brand. I 21 S. 104 Nr. 21.

2187.

1304 Oktober 21 Stolp.

Das Benediktinerkloster in Stolp überträgt bei seinem Uebergang zur Cistercienserregel das Patronatsrecht an der Kirche in Ziethen dem Caminer Domkapitel.

In nomine domini amen. Ditmarus abbas, Nicolaus prior totusque conventus monasterii in Stolp ordinis sancti Benedicti Caminensis diocesis omnibus imperpetuum. Propterea scripture

fieri consueverunt, ut per eas, quod gestum est in tempore, valeat approbari. Igitur ad noticiam singulorum cupimus pervenire, quod nostrum ordinem in Cisterciensem ordinem immutare volentes, attendentes, quod ecclesiam in Cziten cum suis proventibus nobis donatam ab episcopo et capitulo Caminensi ita, quod eam officiare faceremus per nostros fratres, ut inde in conventu nostro pro victualibus melius habeamus et officiacio hec stare non possit secundum Cisterciensis ordinis instituta, patronatum ipsius ecclesie cum suis attinenciis, prout nunc habemus, transferimus in capitulum Caminense, ut, quemadmodum ex ea procuracionem habere debeamus, ipsum ad usum prebendarii perennis convertant fratres ecclesie prelibate. In cuius testimonium sigillum nostrum et capituli nostri presenti scripto super hoc confecto fecimus adhiberi. Acta sunt hec in Stolp anno domini millesimo tricentesimo quarto, in die sanctarum undecim milium virginum, fratribus nostris communiter in capitulo congregatis.

Nach der Abschrift in der Caminer Matrikel im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 8[1]) Pars I fol. 183 v und I 8 a fol. 201. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1053.

2188.

1304 Oktober 31 Ueckermünde.

Herzog Otto I. nimmt das nach Cistercienserregel neubegründete Kloster Stolp in seinen Schutz und bestätigt ihm alle früher erhaltenen Schenkungen und Privilegien.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie et dominus in Stetin universis presens scriptum inspecturis salutem in domino. Quanto religiosis quibusdam est via promptior ad nocendum quove in filios paciencie iniquorum perversitas magis furit, tanto magis nostra interest, ex vexillo nostri ducatus eorum quieti consulere ac indempnitatibus precavere, quia, quo securius adversus nocencium astutias muniuntur, tanto quiecius domino poterunt famulari. Hinc est, cum dilecti nobis in Christo abbas et conventus ordinis sancti Benedicti monasterii in Stolp, quod nostri progenitores pro remedio animarum suarum fundarunt, in dyocesi Caminensi professionis sue regulam desiderent purius ac liberius observare, propter quod unanimi consilio parique voto de voluntate ac consensu venerabilis patris ac domini H(einrici) episcopi et sui capituli ecclesie Caminensis se transtulerunt in habitum et observantiam ordinis Cisterciensis, nos eorum pia desideria promovere volentes presentibus publice protestamur, quod hec ordinata translacio facta et ordinata est de consilio et consensu nostro utique speciali, unde ipsum Stolpense monasterium ammodo Cisterciensis ordinis cum omnibus attinenciis et appendiciis suis, cum rebus ac personis in nostre protectionis amplectimur specialiter et recipimus spontanee libertatem ob nostre anime progenitorumque nostrorum remedium et salutem, ita sane, quod abbatem et conventum, homines et res omnes ad ipsum monasterium pertinentes cum omnibus proprietatibus et iuribus, que a retroactis temporibus habuerunt, dimittimus a nobis liberaliter et omnino volentesque eos frui debere libertatibus et emunitatibus omnibus, que ceteris monasteriis Cisterciensis ordinis in nostri et fratris nostri territoriis sunt indulta. Itaque dictis abbatibus, conventibus et hominibus monasterii Stolpensis ordinis Cisterciensis et eorum rite successoribus presentibus scriptis innovamus, confirmamus et ratificamus omnes donaciones et privilegia, que ab inicio fundationis dicti monasterii Stolpensis eidem monasterio, ipsius abbatibus, conventibus et hominibus a nobis et nostris progenitoribus et a quibuscumque aliis usque nunc

legitime sunt donata. In cuius facti evidenciam nostrum sigillum presentibus litteris duximus apponendum. Testes vero huius facti sunt: Theodericus Luchte[1]), Gerardus de Zwerin, Arnholdus de Ost, Henricus Vos, Henricus de Pokelente, Iohannes de Buken, Hermannus de Dyben, Bernhardus Moltsan, nostri milites, Sifridus de Trechowe, canonicus Caminensis, Gerardus de Buken, noster notarius, Iohannes de Malchin, canonici ecclesie Stetinensis, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum et actum Ukermunde anno domini M° CCC° IIII°, in vigilia omnium sanctorum.

[1]) Luchhe. Orig.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kl. Stolp Nr. 31. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1044.

Gedruckt bei Lisch, Geschlecht von Maltzan III S. 8 Nr. 442. Auszug bei Gollmert, Geschlecht von Schwerin III S. 85 Nr. 43.

2189.

1304 November 5 Werben.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt und transsumirt die Urkunde der Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg vom 22. April 1282, in welcher diese dem Templerorden das Patronat der Pfarrkirche zu Königsberg i. Pr. übertragen.

Henricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris salutem in omnium salvatore. Litteras illustrium principum ac dominorum Ot(tonis) et Conradi marchionum Brandeburgensium, non cancellatas, non abolitas nec aliqua sui parte suspectas vidimus in hec verba:

Folgt die Urkunde vom 22. April 1282 (Riedel, Cod. dipl. Brandenb. I 19 S. 174 Nr. 3).

Nos itaque attendentes terre sancte utilitatem prescriptam donacionem a dictis dominis marchionibus pretactis fratribus milicie Templi indultam gratam et ratam habentes auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus. In cuius evidenciam nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Werben anno domini M° CCC° quarto, feria quinta post festum omnium sanctorum.

Nach dem Originale, an dessen anhängendem Pergamentstreifen kein Siegel mehr vorhanden ist, im Geheimen Staatsarchive zu Berlin s. r. Templerorden Nr. 31.

Gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brandenb. I 19 S. 178 Nr. 307, Ledebur, Allgem. Archiv XVI S. 307, Klette, Reg. Neom. I S. 65.

2190.

1304 November 9 Camin.

Bischof Heinrich von Camin verleiht dem Caminer Domherrn und Kapellan Siegfried von Ghykow das Archidiakonat von Stolp, nachdem Abt Ditmar von Stolp freiwillig darauf verzichtet hat, und bestimmt ausführlich die Rechte und Einkünfte des Amtes.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Constancia ac dileccio domini Sifridi de Ghykowe nostri predilecti capellani canonici ecclesie Caminensis necnon merita eiusdem, quibus iuvari dinoscitur ac eciam quibus ecclesiam Caminensem specialiter prosequi se graciosum reddit hominibus et sibi, poscunt de iusticia meritum apud deum; igitur sue probitatis merita nos inducunt, ut ipsum speciali favore ac benivolo prosequamur; vacante itaque archidyaconatu Stolpensi in ecclesia Caminensi ad nostram collacionem spectante per liberam resignacionem honorabilis viri domini Dhytmari abbatis Stolpensis de unanimi consensu tocius sui conventus factam, nos ipsum archidyaconatum predictum cum omnibus iuribus et pertinenciis suis sibi duximus canonice conferendum ipsumque per annulum nostrum investivimus corporaliter de eodem. Qui quidem archidyaconatus de redditibus viginti marcarum usualis monete de plebanis sive rectoribus ecclesiarum scilicet beate Marie virginis ac beati Nicolai in civitate Tanclim cum suis terminis eque percipiendis de ipsius abbatis et conventus tocius in Stolp communi consensu ac de nostra auctoritate ordinaria ex certis causis libere est fundatus, quos redditus ipsi abbas et fratres eiusdem conventus temporibus retroactis percipere consueverunt; damusque eidem domino Sifrido, primo archidyacono Stolpensi, in ecclesia Caminensi atque singulis suis rite successoribus, qui ibidem pro tempore fuerint, accedente nostri capituli Caminensis consensu omnimodam auctoritatem ac iuridicionem nostram, per censuram ecclesiasticam cohercendi, corrigendi, inquirendi, reformandi, percipiendi, synodandi annis singulis populum atque clerum ac interdicendi, suspendendi, excommunicandi necnon absolvendi et generaliter quelibet crimina et peccamina ecclesiastica canonice puniendi ipsamque in penam, que sibi magis expedire videbitur, pro qualitate personarum, locorum atque temporum commutandi salvis sibi nichilominus omnibus iuribus, que archidyaconis ecclesie Caminensis competunt de consuetudine vel de iure, exceptis tamen casibus maioribus, nobis et nostris successoribus a iure specialiter reservatis. Cathedraticum vero scilicet duos solidos denariorum usualis monete nomine cathedre ipsi domino Sifrido archidyacono predicto singulisque suis successoribus ab omnibus et singulis ecclesiarum rectoribus sive plebanis per archidyaconatum Stolpensem constitutis annis singulis infra octavam beati Martini nomine nostro et successorum nostrorum volumus dari et mandamus districcius exhiberi suis et successorum suorum usibus perpetue profuturos; animarum eciam cure collacionem eidem archidyacono et singulis suis successoribus in singulis ecclesiis archidyaconatus Stolpensis presentibus libere indulgemus; preterea indulgemus eciam specialiter ipsi domino Sifrido supradicto archidyacono Stolpensi singulisque archidyaconis, qui eidem ibidem successerint, quod omnibus vere penitentibus et confessis, ut sancta synodus ab omnibus et singulis utriusque sexus hominibus congruis ac debitis honoribus frequentare, quod annis singulis et in ecclesiis similiter singulis per ipsum archidyaconatum constitutis debet legitime ac debite celebrari, ipsis, qui ad predictam sanctam synodum tam ex debito quam eciam causa devocionis undecunque reverenter accesserint annuatim, quando per ipsum archidyaconum Stolpensem aut per eius vicarium, quem illa vice pro se transmiserit, canonice celebratur, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius benignitate confisus quadraginta dies de iniuncta eis penitencia et auctoritate nostra idem archidyaconus Stolpensis vel alius eiusdem tunc vices gerens valeat misericorditer relaxare et eciam alias quandocunque et ubicunque in archidyaconatu Stolpensi dumtaxat infra vel extra missarum sollempnia ex inspiracione divina idem archidyaconus clero et populo predicaverit eisque verbum dei proposuerit propria in persona, ut in eo et per eum

populus fidelis edificetur verbo pariter et exemplo, nostra auctoritate quadraginta dies similiter omnibus vere penitentibus et confessis de iniuncta eis penitencia, qui tunc causa devocionis presentes fuerint, misericorditer valeat indulgere. Ceterum cum ex officii nostri debito teneamur, excessus corrigere subditorum, ne sanguis ipsorum de nostris manibus requiratur, et publice utilitatis intersit, ne crimina remaneant impunita, eidem igitur archidyacono et suis singulis successoribus indulgemus specialiter, ut si quis clericus cuiuscunque ordinis, status et condicionis homicidium, sacrilegium, incendium vel furtum in suo archidyaconatu Stolpensi manifeste repertus fuerit vel verisimiliter eum constiterit commisisse vel aliquem atrociter, nisi se defendendo fecerit, vulnerasse, per ipsum vel per alium ex mandato suo capiatur, si presens fuerit, et vinculis vel carceri secundum quod magis oportunum fuerit, mancipetur vel per suum officialem seu officiales, si presens non fuerit, aut alium seu alios quoscunque clericos, quibus commiserit specialiter sui ex parte, auctoritate presencium capiatur vel per rectorem seu capellanum illius ecclesie, in cuius parochia predicta crimina commissa fuerint, capiatur et captus ad nostram presenciam, quando commode fieri poterit vel dum requisiverimus, adducatur, adiunctis aliquibus laicis tam in capiendo quam captum adducendo et tenendo, si opus fuerit, ad violenciam repellendam, si forsitan per aliquos inferri timeretur. Pretereaque de clericis quibuscunque cuiuscunque ordinis atque status in Stolpensi archidyaconatu delinquentibus ipsi archidyacono et suis successoribus indulsimus idem penitus de clericis peregrinis advenis seu aliunde supervenientibus ad dictum Stolpensem archidyaconatum eciam ubicunque in predictis et similibus immo in quibuscunque criminibus sive casibus manifeste delinquerint (sic!) vel deliquerunt et undecunque tales supervenerint, volumus observari. Super premissis vero omnibus et singulis supradicto domino Sifrido Stolpensi archidyacono et suis successoribus singulis nostras vices in iam dicto archidyaconatu plenarie committimus et litteris presentibus indulgemus. In hiis vero omnibus premissis ipsi domino Sifrido memorato archidyacono Stolpensi necnon suis singulis successoribus per nos vel nostros successores ac per quemcunque alium nullum preiudicium volumus generari, et si preiudicium aliquod acceptatum fuerit contra premissa, ipso iure sit irritum et inane. Ut autem hec omnia premissa perpetuo maneant inconvulsa et ne eisdem in posterum possit calumpnia novercari. accedente capituli nostri consensu sigillum nostrum cum appensione sigilli capituli nostri presentibus litteris duximus apponendum. Datum et actum Camin sub anno domini millesimo trecentesimo quarto, secunda feria proxima ante festum beati Martini episcopi.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Stolp Nr. 32. Abschrift in der Caminer Matrikel Pars II (Staatsarchiv Stettin Mscr. I 8a) fol. 38, I 8 vol. II fol. 234. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1050.

Auszug bei Klempin, Diplomatische Beiträge S. 420.

2191.

1304 November 10 Camin.

Bischof Heinrich von Camin entsagt allen Rechten, die er an das jetzt nach Cistercienserregel neu begründete Kloster Stolp gehabt hat, und behält sich bloß die Besetzung des Stolper Archidiakonats vor; dann bestätigt er namentlich die früher dem Kloster gemachten Schenkungen noch einmal.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Quanto religiosis est via promtior[1]) ad

nocendum quove in filios paciencie iniquorum perversitas magis furit, tanto magis nostra interest, ex debito officii pastoralis eorum quieti consulere et indempnitatibus precavere, quia quo securius adversus nocentium astucias muniuntur, tanto quietius domino poterunt famulari. Hinc est quod, cum dilecti nobis in Christo abbas et conventus monasterii ordinis sancti Benedicti[2]) in Stolp nostre dyocesis propter voraginem usurarum ad tantam inopiam devenissent, ut eis nec victus nec alimonia superesset et unanimi consilio concordique voto se transtulerint in Cysterciensis ordinis obediencie disciplinam, de nostro ac capituli nostri beneplacito et consensu, ut professionis sue regulam possint purius et liberius observare, nos auctoritate ordinaria pia eorum desideria promovere volentes renunciamus quoad legem iurisdictionis omni iuri, quod actenus habuimus in ipsum Stolpense monasterium seu abbatem et conventum ibidem ipsosque cum omnibus proprietatibus, iuribus et libertatibus, quas a nobis et nostris antecessoribus habuerunt, dimittimus liberos et solutos, moti singulariter precibus inclitorum dominorum Bugeslagi[3]) et Ottonis ducum Slavie et Cassubie, qui super hoc nos et capitulum nostrum viva voce et litteratorie attentius rogaverunt; ita sane, quod collationem archydiaconatus[4]), quo Stolpensis abbas fungebatur, nobis et nostris rite successoribus reservamus de ipsius abbatis et conventus beneplacito et consensu. Qui quidem archidyaconatus ex causis legitimis cum redditibus viginti marcarum monete usualis percipiendis in suis terminis eque de ecclesiis scilicet beate Marie virginis et beati Nicolai in Thanclym[5]) de nostro ac ipsius abbatis et conventus beneplacito est fundatus et etiam cum certis ecclesiis limitatus, scilicet cum singulis ecclesiis situatis in terra Trebetowe cum ecclesiis ipsius civitatis Trebetowe, item cum ecclesiis civitatis Tanclym et totius terre Gröswyn[6]), necnon cum ecclesiis Berthecowe, Doberkowe[7]), Damerowe, Gramessowe et omnibus ecclesiis, que pertinuerunt ad archidyaconatum Stolpensem temporibus retroactis, non obstante quod ecclesie civitatis et territorii Trebetowe et predicte quatuor ecclesie scilicet Berthekowe, Doberkowe, Damerowe, Gramessowe adiacebant archidyaconatui Deminensi, quoniam eas ex causis legitimis ab archidyaconatu Deminensi supradicto capituli nostri videlicet Caminensis ecclesie accedente consensu separavimus et archidÿaconatui Stolpensi duximus uniendas. Ipsi etiam archidyacono Stolpensi conferimus omnimodam auctoritatem nostram per censuram ecclesiasticum coercendi[8]), interdicendi, excommunicandi et absolvendi omnes eos, qui dicti monasterii de Stolp decimas non solverint seu alias qualescunque iniurias intulerint abbati, conventui seu personis monasterii eiusdem iam predicti, salvis sibi nichilominus iuribus, que archidyaconis ecclesie Caminensis conpetunt de consuetudine vel de iure, salvis tamen casibus nobis et nostris successoribus a iure specialiter reservatis. Recognoscimus nichilominus, quod predictus archidyaconatus Stolpensis per nos et nostros successores, cum eum vacare contigerit, alicui canonico existenti in capitulo nostre Caminensis ecclesie et non alii conferetur. Itaque dictis abbati, conventui et personis Stolpensis monasterii ammodo Cysterciensis ordinis et eorum rite successoribus renovamus, confirmamus et ratificamus ex certa scientia decimas de tota provincia Grosewin, quas decimas Adelbertus primus Pomeranorum episcopus in fundatione monasterii Stolp ipsi monasterio cum singulis ecclesiis eiusdem provincie subiciendo eas eidem cenobio est largitus: item decimas in provincia Ukure videlicet que Mocle et Bitkowe appellantur: item in terra Gutsekowe decimas villarum Cabowe et Quilowe cum agris, qui dicuntur Mudlimow et Dultikow[9]), et ville Polociz, cum campo, qui vocatur Vamperin[10]); preterea in terra Miseritz[11]) decimas villarum scilicet Wocetino[12]), Grotkow, Cydlotiz, et etiam in provincia Cyten decimas ville Mechomytzk; insuper villam Senyn in terra Vsnem scitam (sic!), quam pie memorie quondam predecessor noster Hermannus episcopus

Caminensis ex certis causis privilegio sue donationis insertis sepedictis abbati et monachis in Stolp contulit et donationis tytulo appropriavit, cum omni iure ac proprietatis tytulo cum suis terminis et attinentiis et hiis, que infra ipsos terminos continentur, scilicet viis et semitis, agris cultis et incultis, aquis, fluviis, stagnis, paludibus, piscationibus ac omni utilitate, que in ipsa est vel pro tempore haberi in ipsa poterit vel acquiri, necnon ab omni exactione liberam, et quidquid iuris in ipsa villa dinoscitur habuisse, et omnes et singulas donationes predecessorum nostrorum principum sive ducum, nobilium et aliorum quorumcunque fidelium sepedicto monasterio Stolp, sicut legitime sunt donata, de consensu nostri capituli in nomine domini confirmamus, districtius inhibentes sub pena anathematis, ne quis eidem iniuriando in singulis premissis presumat aliquatenus obviare. Recognoscimus etiam, quod inter nostram ecclesiam et dictum monasterium spiritualis fraternitas est contracta, ita quod tamquam fratres nos tenemur mutuo promovere et in vita et in obitu mutuis orationibus sublevare, videlicet quum ex nostris canonicis aut ex ipsis monachis et fratribus aliquis mortuus fuerit, cum vicissim fuerit intimatum, orationes fient in vigiliis et in missis, sicut a nobis et ipsis fieri est consuetum. Testes vero fuerunt Hildebrandus prepositus, Lambertus decanus, Iohannes cantor, Fredericus vicedominus, Fredericus thesaurarius, Iohannes de Starz, Iohannes scolasticus, Syfridus de Trechowe, Arnoldus de Sanne, Iohannes de Brussowe[13]), Iohannes prepositus Colbergensis, Hermannus de Allenkerken, magister Conradus, canonici nostre ecclesie Caminensis et alii quam plures clerici, layci fide digni. In huius rei signum sigillum nostrum cum appensione sigilli capituli nostri litteris presentibus duximus apponendum. Datum et actum Camin[14]) anno domini millesimo trecentesimo quarto, tercia feria proxima ante festum beati Martini episcopi.

1) promptior. B. 2) ordinis sancti Benedicti monasterii. B. 3) Bugslavi. B. 4) archidyaconatus. B. 5) Tanclym. B. 6) Grŏswin. B. 7) Dobercowe. B. 8) cohercendi. B. 9) Dultikowe. B. 10) Vamperyn. B. 11) Miseriz. B. 12) Woscetino. B. 13) Brossowe. B. 14) Camyn. B.

Nach dem Originale (beide Siegel abgefallen) in zwei Ausfertigungen im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Stolp Nr. 30 a (A) und 30 b (B). Außerdem besitzt das Staatsarchiv noch eine Abschrift saec. XV ex. auf Papier, ebenda Nr. 30 c und die Transsumpte ohne Datum in Pars II der Caminer Matrikel (Handschriften-Sammlung des Staatsarchivs Stettin I 8 vol. II fol. 40 v), mit folgender Transsumptions-Eingangsformel: Nos frater Libertus dictus Dunungadi omnibus presencia visuris salutem in omnium salvatore. Recognoscimus tenore presencium publice protestantes, nos litteras venerabilis patris et domini nostri Hinrici episcopi Caminensis et capituli eiusdem recepisse in hec verba; hinter der transsumirten Urkunde folgt keine Schlußformel; ebenso in dem zweiten späteren Exemplar der Matrikel I 8a fol. 236 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1048.

2192.

1304 November 10 Camin.

Bischof Heinrich von Camin gestattet, daß die Tochterkirche in Stolp von der Mutterkirche getrennt werde, und daß, wenn Abt und Konvent noch andere Kirchen erbauen würden, diese von ihren Mutterkirchen auch getrennt sein sollten.

Heinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus, ad quos presencia pervenerint, salutem in omnium salvatore. Supplicavit nobis honorabilis vir et in Christo nobis dilectus . . . abbas ordinis sancti Benedicti in Stolp, quatinus pro aucmentatione

cultus divini ecclesias filiales subscriptas, quarum ecclesiarum collacio ad eundem spectare dinoscitur, videlicet ecclesiam filialem in Stolp necnon alias, si quas dictus abbas et conventus construendas duxit, a suis matercalibus ecclesiis dividere dignaremur. Nos itaque attendentes, quod cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo rationis exigit, ut id per sollicitudinem nostri officii ad effectum debitum perducatur, predictam ecclesiam filialem in Stolp a sua matercali ecclesia duximus dividendam, gratum et ratum nichilominus habentes, si dictus dominus abbas aliquas ecclesias ex suis ecclesiis, quarum collatio ad ipsum pertinet, in posterum duxerit construendas, ita tamen, quod huiusmodi ecclesias, quas fundandas duxerit, conpetentibus redditibus dotet et nobis exinde nullum preiudicium generetur. In cuius evidenciam firmiorem nostrum sigillum nostrum (sic!) presentibus est appensum. Datum Camin anno domini [MCCC][1] IIII°, in vigilia sancti Martini episcopi.

[1]) Hier fehlt ein Stück der Urkunde.

Nach dem Originale (Siegel abgefallen) im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Stolp Nr. 29.

2193.

1304 November 10 Camin.

Bischof Heinrich von Camin bezeugt, daß er von Eckard Schmeling und von Wedelstädt und von Wulfold Schmeling die Burg Gülzow für 1200 Mark Pfennige gekauft hat.

In nomine domini amen. Heinricus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ne ea, que aguntur in tempore, simul labantur cum tempore, consuetum est ipsa scriptis autenticis roborari. Ad noticiam igitur tam presencium quam futurorum cupimus pervenire, quod nos ab honestis militibus Echardo dicto Smeling et a Wedelsteden necnon Wulvekino dicto Smeling iusto emptionis titulo castrum Gulzov cum suis pertinenciis emimus pro mille et ducentis marcis dennariorum usualium, quorum quingentas marcas eisdem persolvimus, residuam vero partem a festo sancti Martini episcopi nunc venturo ad annum finaliter persolvemus. Si vero huiusmodi pecunia vite nostre temporibus non fuerit persoluta, extunc nostri successores persolvent pecuniam memoratam; alioquin quamdiu huiusmodi pecunia non fuerit persoluta, prefati burgenses, qui in dicto resident castro, de ipso castro suum profectum procurabunt, modo quo poterunt utiliori, quousque pretacta pecunia eisdem totaliter fuerit persoluta. Preterea de speciali prerogativa indulsimus burgensibus, qui in castro resident memorato, ut in aquis et stangnis sitis infra terminos Gulzov possint habere capturam piscium tantum quo ad expensas eorundem, excepta captura, que fit per magna recia, quam nobis et nostris successoribus reservamus. Item non solum dictis burgensibus in prefato castro residentibus, verum eciam affinibus ac aliis eorundem amicis propinquioribus benefacere volentes eisdem burgensibus huiusmodi gratiam concedimus, ut si fortassis aliqui ex memoratis burgensibus aliquem habuerint consangwineum aut alium amicum sibi propincum, qui interveniente aliquo casu seu negligencia talem excessum haberet, scilicet quod in civitatibus aut aliis locis manere cum securitate non posset, extunc

prefati burgenses huiusmodi suum amicum ad dictum castrum sibi assumere poterint, si placuerit, ipsum in suis iustis causis ad amorem seu iusticiam promovendo, dummodo talis qui recipitur non sit incendiarius aut alius malefactor, qui salvo honore non possit in dicto castro detineri. Nos eciam talem burgensium nostrorum amicum in dicto nostro castro sustinebimus et in suis iustis causis promovebimus, quousque in ipsis causis amorem vel iusticiam consequatur. Si vero talis quicunque vellet de dicto castro alicuius malum absque nostro consensu procurare, extunc talis in antedicto castro non deberet aliqualiter sustineri. Item antedictis Echardo, Wedelsteden militibus et Wulvekino dicto Smeling contulimus cuilibet eorum XXX^a^ marcarum redditus annuatim et decem mansos in villa Gulzov et suis terminis sitos cum omni iure, prout ipsi mansi infra suos terminos sunt siti, pro castrensi feodo pacifice possidendos. Preterea si quispiam antedictorum burgensium, qui in dicto resident castro, aliqua bona emerit, que sita sunt in nostro et ecclesie nostre dominio, huiusmodi bona eidem conferemus, ita tamen quod exinde nobis aut nostris successoribus non possit aliquod servicium deperire. Ceterum si quispiam supradictorum burgensium suum castrense feodum alicui probo et equali homini vendere decreverit, huiusmodi vendicionem tolerabimus, dummodo talis, qui ipsum feodum castrense emerit, sit persona equalis, nobis conveniens et honesta; cui emptori nobis convenienti dictum castrense feodum porrigemus. Item sicut prefati milites Ecchardus et Wedelstede cum illustri principe ac domino domino Ottone duce Stetinensi inclito nobis scientibus placitarunt, annuimus, ita videlicet, si fortassis nos aut nostri successores cum dicto domino duce Ottone quod absit contigerit gwerram habere, extunc burgenses in dicto castro residentes non obstante, quod ipsum castrum nostro subest dominio, nichil facient contra eundem dominum Ottonem ducem antedictum in gwerra durante, tranquillo modo et pacifico residebunt. In horum autem singulorum evidenciam firmiorem nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Camin anno domini M° C° C° C° quarto, in vigilia sancti Martini episcopi.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Stettin s. r. Bisthum Camin Nr. 15. Siegel abgefallen. Abschrift in der Caminer Matrikel im Staatsarchiv Stettin Pars I (Mscr. I 8 [1]) fol. 60 u. (I 8 a) fol. 70 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1049.

2194.

1304 November 13 Waren.

Quittung Friedrich Babbe's als Vormundes über seines Bruders Hans Kinder über einen Pfandschilling von 400 Mark wendisch.

Fridrich Babbe, ein ritter, bekennet, das er alß ein vormunder seines seligen bruders Hanß Babben kinder den pfandtschilling, den sein bruder Bischoffen Godefrido uff Peterstorp und Curkevitz außgezelet, alß 400 Mk. wendisch, von Raven Buc, deß Bischoffs official im lande Tribuses, hinwider empfangen habe. Datum Warin 1304, in die beati Brictii confessoris.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 153 a.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 190 Nr. 2967.

2195.

1304 Dezember 13 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verspricht der Stadt Barth, die hergebrachte jährliche Abgabe von 20 Mark Pfennigen fortan nur durch seine Kammer erheben zu lassen.

Witzlaus dei gratia princeps Rugianorum omnibus Christi fidelibus praesentia visuris salutem in domino sempiternam. Quoniam dilecti nostri burgenses civitatis Barth bonae memoriae patri nostro domino Witzlao quondam principi Ruyanorum ac nobis singulis annis viginti marcas denariorum ex eorum proprio arbitrio ac bona voluntate dare consueverunt, quas marcas[1] Vicco de Alkun noster miles sibi dari a dictis nostris burgensibus vendicavit, quod dicti burgenses facere recusaverunt, asserentes, quod nulli de praedicta summa, quam nobis debent respondere, demum, per ordinationem consulum nostrorum de Sundis sic inter nos et illos nostros burgenses de Barth super dicta summa extitit placitum, quod ab eis accepta quadam summa pecuniae ipsos ab impetitione dicti militis duximus de dicta pecunia absolvendos, volentes, ut dicti nostri burgenses de Barth annis singulis nobis et nostris haeredibus dictam pecuniam ad cameram nostram et non alteri nec aliis debeant erogare. Nec debemus dictos reditus alicui impheodare, permutare, donare, titulo pignoris obligare seu aliquando alienare nec ipsos nostros burgenses de Barth cum dicta pecunia a nobis aliquando removere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Testes: Pritborus de Vilmenitz, Lodewich Kabolt, Raven Buc milites, consules Stralsundenses, Nicolaus Starcowe sacerdos, plebanus in Peron, Gerardus de Rode, notarius nostrae curiae, et alii quam plures fide digni. Datum Stralsundis, actum anno domini millesimo trecentesimo quarto, in die Luciae virginis.

[1]) Abschrift: mercas.

Nach einer beglaubigten Abschrift nach einer älteren Kopie im Barther Stadtarchiv, Nr. 9.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 38 Nr. 332.

2196.

1304 s. d. Altdamm.

Herzog Otto I. beurkundet einen von ihm zwischen dem Rath der Stadt Altdamm und den Stettiner Bürgern Petrus und Johannes von Brakel geschlossenen Vergleich, nach welchem Letztere zu Gunsten der Stadt Altdamm auf den Ort, wo das Dorf Zeddelin stand, verzichten.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubiae, dominus in Stetin salutem universis Christi fidelibus sempiternam. Ut ordinationes subsequentes inter nostros fideles consules civitatis nostrae Dam et nostrae civitatis Stettin cives Petrum et Iohannem de Brakel coram nobis ortae per successores utrorumque non possint aboleri, nostrarum praesentium litterarum et testium impositione fecimus communiri. Quam ob rem Christi fidelium praesens natio sciat etiam publice et futura, quod praedeliberato animo et suorum amicorum pleno consilio idem honesti cives Stetinenses Petrus Iohannesque dicti de Brakel nostrae civitatis Dam consulibus locum, in quo situabatur villa Zeddelin, quantum ad omnem usufructum suum in pascuis, palludibus, pratis, agris cultis et incultis et omni iure, quod[1]) possederant,

resignaverunt imperpetuum obtinendum omnemque impetitionem, quam ipsi cives aut eorum haeredes erga dictum locum et eius terminos habere poterint, pleniter decassabant. Erit igitur infra terminos dicti loci Zeddelin omne ius et fructus proveniens supra terram solidam et firmam atque littus usque ad fluvium, qui dicitur Regelitz, de quo et in quo nullum ius et fructus ex resignatione huiusmodi obtinebunt nostri consules supradicti. Cuius rei testes sunt Theo(dericus) Luchte, Reimarus de Morcyn, Hinricus de Pokelente, Iohannes et Wernerus[2]) de Buken, nostri milites, cum pluribus fide dignis et consules de Stettin et cives Arnoldus de Sannen, Iohannes de Wussow, Arnoldus Baghemil, Iohannes de Pulse, Nicolaus Hamer. Actum et datum in civitate nostra Dam anno domini millesimo trecentesimo quarto.

[1]) quo. Diplomatar. [2]) Vendagus. Diplomatar.

Nach der Abschrift eines Transsumpts von 1348 von Handschrift des 16. Jahrhunderts im Diplomatar. civit. Dam im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 15) fol. 8 v Nr. 5.

2197.

1304 s. d.

Die Stadt Greifswald verkauft eine Wind- und Roß-Mühle an den Müller Hermann für 100 Mark.

Nos consules vendidimus Hermanno molendinario molendinum venti et equorum cum orto adiacente pro centum marcis denariorum; de hiis autem molendinis dabit idem Hermannus quolibet anno quinque tremodia annone, scilicet brazii dimidium ordeacei et dimidium avenacei, quatuor temporibus anni. Preterea de hiis centum marcis dabit in festo beati Michahelis XX marcas, pro quibus fideiusserunt Thi(dericus) Grevesmolen et Wer(nerus) de Leceniz; in illo festo iterum certificabit XX marcas. Item de LXXX marcis adhoc debitis dabit quolibet anno in festo nativitatis domini VIII marcas denariorum, quousque redimere poterit. Istud molendinum fuerat domus sancti Spiritus; pro tanto dicti reddibus quinque tremodiorum erunt perpetui. Item idem H(ermannus) posuit dictum molendinum predictis W(ernero) et Th(iderico) pro XX marcis denariorum predictis.

Nach dem Greifswalder Stadtbuch (Liber memorabil. XIV) fol. 13.

2198.

1304 s. d.

Aufzeichnung des Greifswalder Stadtbuchs über den Ankauf einer Rente von zwei Mark durch die Hospitäler von St. Georg und zum heiligen Geist.

Notum facimus universis, quod domus sancti Spiritus et domus sancti Georrii emerunt duarum marcarum redditus perpetuos, ab ecclesia beate virginis; istos redditus provisores dicte ecclesie perpetuis temporibus in vigilia pasche dictis domibus erogabunt, unam marcam videlicet domo sancti Spiritus et unam sancti Georrii domo.

Nach dem Greifswalder Stadtbuch (Liber memorabil. XIV) fol. 14.

2199.

1304 s. d.

Quittung Raven Buchs über 350 Mark Schillinge, die er vom Kapitel in Schwerin im Auftrage Bischof Gottfrieds erhalten hat.

Ein briefflin Raven Buc ritters an das capittel zu Zwerin, das er wegen bischoffs Godefridi vom rhate zum Sunde 350 Mk. ss. empfangen, darzu er von des bischoffs einkommen 50 Mk. ss. gelegt und Peterstorp und Kurkevitz eingeloset. (Absque dato.)

Nach Clandrian, Protoc. fol. 153 a.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 190 Nr. 2966.

2200.

1304 s. d.

Der Städte Treptow a. T., Greifswald und Stargard Vertrag mit Herzog Otto I.

a) Burgermeister unnd rathman tho Treptow syndt mit erem heren hertoch Otten verdragen, dat se ewich by hertoch Otten und synen erven bliven willen. Datum anno 1304, mit C B.

b) Gelikes ludes alse disse vorige is ock der van Gripswolde brieff mit C B 4.

c) der von Stargardt brieff ock des ludes, mit C B 4.

Nach Klempzens Extrakten fol. 209.

2201.

1304 s. d.

Der Abt von Dünamünde bewilligt, daß Herzog Otto I. und die anderen Lehnsleute des in ein Cistercienserkloster verwandelten Klosters Stolp ihre Lehngüter behalten.

Abt tho Dunemunde bewilget, dat unangesehenn dat closter Stolpe in Cisterciensem ordinem transferiret, dennoch hertoch Otten unnd des closters lehnlude ere lehengudere beholden mogen. Datum 1304, mit C B 13.

Nach Klempzens Extrakten fol. 212. Vergl. die Urkunden Herzog Ottos I. vom 31. Oktober und Bischof Heinrichs von Camin vom 10. November 1304, oben Nr. 2188 und 2191/92.

2202.

1304 s. d.

Herzog Bogislaw IV. gewährt dem Kloster Eldena das Recht, im Haff zu fischen.

Hertoch Bugslafs bref aver frisch fischent im farschen hafe anno MCCCIIII.

Nach Klempzens Extrakten fol. 89 v.

Gedruckt bei Pyl, Eldena S. 627.

2203.

1304 s. d.

Herzog Bogislaws IV. Privileg für Eldena über Malin.

Hertoch Bugslaff breff aver Mallin anno MCCCIV.

Nach Klempßens Extrakten fol. 87.

Gedruckt bei Pyl, Eldena S. 621.

2204.

1305 Januar 10 Lauenburg.

Markgraf Otto von Brandenburg schenkt mit Zustimmung seines Bruders Heinrich und seiner Neffen Johann und Waldemar dem Bischofe Friedrich von Brandenburg und seinem Stifte das Eigenthum des Schlosses und der Stadt Querfurt und verheißt einen Willebrief seines Vaters, des Markgrafen Konrad.

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

Zeugen: nobiles viri dominus Albertus comes de Annholte, dominus Hinricus Magnopolensis, dominus Guntzellinus comes de Swerin, dominus Iohannes comes de Gusschzo, dominus Conradus de Wardenberg prepositus in Witzstock, Hinricus de Alvensleve, Iohannes de Buck, Nicolaus de Buck dapifer, Hardegunus de Bardeleve, milites . . . . . . Datum in Lownberg, anno domini millesimo tricentesimo quinto, dominica In excelso trono.

Nach dem Druck im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 198 Nr. 2982.

2205.

1305 Januar 30 Camin.

Bischof Heinrich von Camin schenkt dem Kloster Gobelnhagen die Zehnten in Gobelnhagen, Trestin, Zedlitzfelde, Falkenwalde, Leese, Mönkeberg und Knyptaf.

In nomine domini amen. Hinricus[1]) dei gracia ecclesie Caminensis[2]) episcopus omnibus in perpetuum. Iura docent, persuadet et pietas illos non immerito decimas possidere, qui carnem suam cottidie in dei servicio decimant, se ipsos in holocaustum et victimam in multis vigiliis et abstinenciis ac profectu bonorum operum offerentes. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ob reverenciam dei ac in respectum perpetue retribucionis eius, qui cuncta donat, deliberacione ac tractatu diligenti cum nostro capitulo prehabitis ac habito eiusdem nostri capituli pleno consensu monasterio in Gobelenhaghen[3]) fratribusque ibidem deo iugiter famulantibus ac ad peticionem dilecti nostri Hinrici plebani in Warpe, qui ecclesiam nostram Caminensem obsequiis ac beneficiis karitatis[4]) respexit, proprietatem decimarum videlicet loci[5]) Gobelenhaghen[3]) in omnibus terminis eiusdem indaginis Gobelenhaghen[3]) ac decimarum in villis Tristyn[6]), Hakelwerch, Valkenwolde, Lese[7]), Monkeberghe[8]) et Knyptaf[9]) dedimus temporibus perpetuis possidendam, hoc adiecto, quod si predicti fratres dictas decimas

vel aliquam predictarum regularibus vel scolaribus clericis aut laycis aut quibuscunque personis preter nostrum consensum expressum a monasterio suo in Gobelenhaghen[9]) alienaverint quoquomodo, ad nos et ecclesiam nostram libere revertantur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum et nos Hildebrandus prepositus, Lambertus decanus necnon capitulum ecclesie Caminensis prefate donacioni consensum adhibuimus ac sigillum capituli nostri scripto presenti fecimus communiri. Datum Camyn[10]) anno domini M^o CCC^o V^o [11]), sabbato ante purificacionem beate Marie virginis gloriose.

1) Henricus. B. 2) Caminensis ecclesie. B. 3) Gobelenhagen. B. 4) caritatis. B. 5) ipsus loci. B. 6) Trystin. B. 7) Lesen. B. 8) Monkeberche. B. 9) Knipetaph. B. 10) Cammin. B. 11) M^{o}C^{o}C^{o}C^{o}quinto. B.

Nach der Jasenitzer Matrikel im Staatsarchiv Stettin Pars I Nr. 54 (A), Pars II Nr. 7 (B). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1078.

2206.

1305 Februar 14 Demmin.

Herzog Otto I. kauft von dem Bischofe und dem Kapitel zu Camin für 3000 Mark das Land Jarmen mit genannten Ortschaften und verkauft für die gleiche Summe an dieselben 300 Hufen in genannten Ortschaften unter Vorbehalt des Wiederkaufs für je 10 Mark für jede Hufe.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie dominus in Stetin omnibus imperpetuum. Ne in dubium veniant, que geruntur, debet ea ratihabicio per evum[1]) solidare. Hinc est quod de nostri karissimi fratris ducis scilicet Bugg(eslai) et nostrorum fidelium consilio a venerabili in Christo patre domino Hinrico Caminensis ecclesie episcopo ac eiusdem ecclesie capitulo emimus pro tribus milibus marcarum slavicalium usualis monete totam terram Germyn cum terminis suis et villis infrascriptis: scilicet opidum ipsum Germen cum omnibus suis metis et villam Doytin slavicalem et villam Toytin teutonicalem, Mossentin, Summyn, Beutin, Sarntin cum omnibus metis, terminis et usufructibus, libertatibus, iuribus et iuribus patronatus et omnibus aliis, que exinde poterunt provenire, prout idem episcopus et capitulum eam hactenus possiderunt, proprietate tamen eiusdem terre eisdem reservata. Nam de ipsa terra dicto episcopo et ecclesie Caminensi omagium fecimus et similiter nostri heredes veri facient de eadem et nobis dictam terram et bona eius et metas ab impetitore et molestatore, prout iuris extiterit et fuerit, exbrigabunt, ut nos et nostri heredes veri possimus[2]) possidere eandem pacifice, perpetue et quiete; episcopo vero et capitulo pro eisdem tribus milibus marcarum denariorum intra Ynam et Plonam fluvios nostre donacionis in metis tricentos mansos cum omni iure, serviciis, proprietatibus superhabitis nobis vendidimus iusto titulo empcionis perpetuo optinendos, qui mansi sunt situati in villis infrascriptis; scilicet in tota villa slavicali Cussow, Slotenitz tota, Busler tota, Warnsik tota, Strisen tota, Clutzowe tota, Kuretsow dimidia et Clemme dimidia, nichil nobis in hiis villis et mansis amplius reservantes. In quibus tamen villis si dictorum mansorum numerus tricentorum non completus fuerit, eum supplebimus villis aliis in vicinis. Inter quos mansos taberna manso, et si plures in una villa taberne fuerint, manso uno et mola unius rote manso, due rote duobus mansis debebunt equiformiter computari, mansis vero ecclesiarum existentibus in villis supradictis, qui liberi omnino censentur, dicto numero nunc accomputatis; nec in eisdem nobis aliquid reservantes. Predicti tamen episcopus et capitulum predictos tricentos mansos pro eadem summa denariorum trium milium marcarum cum omni iure sive omni

briga et occupacione, sicut ipsis vendidimus, facultatem reemendi libere et spontanee tribuerunt a festo beati Michaelis proxime venturo per quadriennium in modum qui sequitur et in formam: pro mille marcarum denariorum slavicalium numero centum mansos reemere poterimus et quingentarum marcarum numero quinquaginta mansos, quem numerum non poterimus aliqualiter numerare, licet pro denariis superadditis quingentario numero reemere poterimus mansorum numerum equiformem. Quociensounque vero predictam pecuniam solvere decrevimus, episcopo et capitulo pronunciabimus nostris in literis ad sex septimanas, ipsaque pecunia in Stetin in presencia nostrorum consulum episcopo vel capitulo vel eorum certis nunciis cum litteris eorum publicis destinatis ad hoc debebit presentari sub nostro conductu per nostram duciam libere pre omnibus nobis benefautoribus deducenda, nolentes tamen per ipsorum negligenciam seu suorum nunciorum tempore solucionis faciende nostram reempcionem aliquatenus neglexisse. Cuius rei testes sunt idem frater noster dictus nobilis dux Bugg(eslaus), dominus Hildebrandus prepositus, dominus Lambertus decanus ecclesie Caminensis, dominus Sifridus de Trichow, dominus Arnoldus archiprepositus Stetinensis, canonici eiusdem ecclesie Caminensis, dominus abbas de Colbatz Ditmarus, clerici, Willekinus Trampo[3]), Hermannus et Arnoldus de Oste, Luchte noster marscalcus, Hinricus et Iohannes Vosz, Gherardus et Hinricus Swerin, Hermannus de Deven, Hinricus de Heydebrake, Bernhardus Moltzan, Iohannes et Wernerus de Buken, Iohannes de Hoykendorp, nostri milites, cum plurimis fide dignis. In eiusdem maius testimonium nostro sigillo eidem episcopo et dicto capitulo presens scriptum dedimus sigillatum. Actum et datum anno domini millesimo tricentesimo quinto, dominica die qua dicebatur Circumdederunt me, in nostro castro Dymin.

1) per ovum. Matrikel. 2) possumus. Matrikel. 3) Crampo. Matrikel.

Nach der Abschrift in der Caminer Matrikel im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 8[1]) fol. 140 v und I 8 a fol. 160. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1062. Kosegarten'sche Sammlung B. 49 der Greifswalder Universitätsbibliothek Bd. I fol. 121.

Lückenhaft gedruckt bei Lisch, Urkundensammlung zur Geschichte des Geschlechts v. Maltzan III S. 10 Nr. 443. Auszug bei Gollmert, Geschlecht v. Schwerin III S. 85 Nr. 44.

2207.

1305 Februar 19 Demmin.

Bischof Heinrich von Camin gewährt den Wohlthätern der Michaelskirche zu Crummin einen vierzigtägigen Ablaß.

Heinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in domino. Cupientes Christi populum domino reddere acceptabilem ipsumque nostris indulgenciis quasi quibusdam muneribus allectivis ad divinum officium et karitatis opera invitare, de omnipotentis dei confisi misericordia omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam sancti Michahelis archangeli in Crummyn in festis subscriptis, videlicet nativitatis Christi, pasche, pentechostes et in quatuor festivitatibus, scilicet purificacionis, annunctiacionis, assumptionis et nativitatis sancte Marie virginis et in die patroni necnon in die dedicacionis ipsius ecclesie causa devocionis accesserint, et similiter hiis, qui eidem ecclesie pro structura ipsius manum adiutricem porrexerint, quadraginta dies indulgencie de iniuncta sibi penitencia

misericorditer in domino relaxamus. In cuius evidenciam nostrum sigillum presentibus est appensum, ipsis tamen extra parrochiam Crummyn, si racione questus deportate fuerint, minime valituris. Datum Dymin anno domini M° C° C° C° V°, feria sexta ante Petri catedram.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Stettin s. r. Kl. Crummin Nr. 2. Siegel nicht mehr vorhanden.

2208.

1305 Februar 22.

Nikolaus Herr zu Werle vergleicht das Kloster Neuenkamp mit der Stadt Goldberg wegen des Aalfangs bei der von ersterem erkauften Mühle vor der Stadt. (Die Ausfertigung der Stadt Goldberg vom 22. März s. unten Nr. 2213).

Nicolaus dei gracia dominus de Werle omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Notum facimus presentibus et futuris, quod cum venerabilis dominus Arnoldus abbas ecclesie Novi Campi de nostra permissione et voluntate hereditatem molendini in Goldberghe cum angwillarum captura ab Hermanno dicto de Antiqua Curia, cive in Gustrowe, empcionis titulo conparasset, inter dictum abbatem ex una et cives opidi Goldberghe parte ex altera materia dissensionis est exorta super eo videlicet, quod dicti opidi cives et piscatores dictam capturam angwillarum sportis ac aliis instrumentis preedificarunt ac impedierunt, unde nos ad sedulam ammonicionem sepedicti abbatis ad dictum opidum accedentes citatisque partibus utrisque et nostris vasallis ad hoc convocatis formam composicionis amicabilis, dictis tamen partibus in nos prius ut in arbitrum consencientibus, sub certis terminis fecimus in hunc modum: videlicet quod ab ipso molendino versus austrum pro signo distinctivo lignum sive palum poni et firmari mandavimus, a quo signo sive ligno usque ad insulam Kersenberewerder nuncupatam alia signa lignea sive palos similiter poni iussimus ac deinde in longum tocius insule Kersenberewerder termini procedunt usque ad insulam aliam, que Santekenwerder dicitur, inter quas insulas meatus aque versus dictum molendinum influit. A dicta vero insula Santekenwerder versus aquilonem usque ad agros seminales iidem termini extenduntur, inter quos agros et iam dictam insulam Santekenwerder eciam alter meatus aque influit; volentes et statuentes, quod aquas totales inter signa dicta conprehensas cum prefatis meatibus influentibus ecclesia Novi Campi cum iure tali, quo memoratum molendinum in Goldberghe possidere noscitur, libere perpetuo possideat et quiete; ita sane, quod a festo beati Petri apostoli ad cathedram usque ad festum sancti Michaelis nullus civium sive piscatorum sepius dicti opidi Goldberghe nec quisquam hominum in supramemoratis aquis secundum quod signis, insulis, agris circumiacentibus cinguntur, seu eciam ante prefatos meatus, qui vulgo dicuntur owgang, sportis vel aliis quibuscunque instrumentis, quibus fratres sepedicte ecclesie Novi Campi in angwillarum captura possent impediri, preedificare vel molestare presumant, addentes nichilominus, ut si signa sepedicta sive pali temporibus futuris destructa fuerint vel consumpta, in locis eisdem volumus eadem signa renovari, ne inter sepedictam ecclesiam et cives opidi Goldberghe prefatos aliqua dissensio valeat suboriri. In cuius rei certitudinem presentem cedulam nostro sigillo duximus muniendam. Testes sunt dominus Conradus abbas de Lapide Sancti Michaelis, dominus Arnoldus prepositus sanctimonialium in Dobertin, domini et milites Nicolaus et Hinricus filius suus de Brusewiz, Iohannes et Bernardus fratres et iunior Bernardus de Bellin, Ludolfus et

Hartmannus de Grammelin, Conradus Bune, Nicolaus Gallus et frater suus Eghardus, Tessemarus advocatus noster in Gustrowe, Boldewinus et filius suus Fredericus de Lobeke, Ywanus de Belowe, Conradus Vos, Iohannes de Goldstede, Hermannus de Clenowe, Conradus Koz, famuli Nicolaus de Oritz, Ions, Reymarus de Malin, Hermannus de Plawis, Hinricus Huscummer, Gorgius de Belowe, Iohannes Koz, Parsowe magister coquine nostre, frater Thydericus monachus et sacerdos in Lapide sancti Michaelis, frater Iohannes Stime, cellerarius Doberanensis, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M° CC° C quinto, in die Sancti Petri apostoli ad cathedram.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Neuenkamp Nr. 67. Abschrift aus dem Jahre 1506 im Staatsarchiv Stettin, Wolgaster Archiv Tit. 26 Nr. 3 vol. 1 fol. 309 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1086.

Gedruckt bei Lisch, Geschichte des Geschlechts von Oertzen, Urk. I B S. 42 und im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 202 Nr. 2989. Regest bei Fabricius IV 1 S. 13 Nr. 531.

2209.

1305 März 7 Eldena.

Schiedsrichterlicher Vergleich zwischen dem Kloster Eldena und den Knappen Siegfried, Wolf und Gote Blixen über einige streitige Besitzungen in der Gegend von Rappenhagen und einen Fischteich bei Dersekow nebst dazu gehörigem Damm ꝛc., für deren Abtretung an das Kloster dieses den Blixen den Zehnten von vier Hufen in Klein-Zastrow überläßt.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis Iohannes dei gracia comes Guscowensis salutem in domino. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod dissensionis materia, que inter dominum abbatem et conventum de Hylda ex parte una et famulos Syfridum, Vulf et Goten dictos Blyxen et heredes eorum ex altera [causa indaginis Regebodenhagen] et aliarum possessionum quarundam, quas dicti famuli Blyxen cum suis heredibus inpetebant, fuerat exhorta, coram nobis et [testibus dominis Hin]rico Pagano, Wernero Lepel, Zabel Lepel, Iacobo Westengebruch, Hinrico Bere advocato de Hylda, Hin(rico) et Iohanne dictis Bere [per composicio]nem amicabilem placitata, ita videlicet, quod supradicti famuli Blyxen cum veris heredibus suis perpetuo cessaverunt ab omni inpetitione, [quam contra predictos abbate]m et conventum de Hylda in indagine Regebodenhagen ex parte patris eorum hactenus habuerunt, plane quiescentes ab omni iure, quod [in inda]gine predicta competere videbatur, et ab omni alia inpetitione, quam contra sepedictos abbatem et conventum de Hylda habuerunt. Piscinam eciam iuxta villam Dersecow, super qua predicti famuli Blyxen cum conventu ecclesie Hyldensis multo tempore discordabant, eidem Hyldensi monasterio cum omni iure, libertate, fructu, molendino et pis[cacione ag]noscunt totaliter attenere, salvis tamen terminis dominorum et exceptis XII pullis, quos de molendino ipsius piscine predicti famuli Blyxen singulis [annis dare] tenebuntur; quam piscinam molendini illius provisor, qui pro tempore fuerit, sine quolibet inpedimento dictorum famulorum Blyxen aut heredum eorum seu amicorum suorum quorumcunque pro commodo suo poterit exaltare. Cuius memorate piscine agger, qui vulgo damp dicitur, si medio tempore depressus, viciatus vel omnino destructus fuerit, ita ut reparatione indigeat, p[rovisor] molendini predicti terram ad reparationem ipsius aggeris copiosam in fundo sepedictorum famulorum, quociens necesse fuerit, licite ac libere accipere poterit impedimento quolibet proculmoto. Si vero aliquis hominum cuiuscunque sexus vel etatis exceptis

patruis ipsorum famulorum Blyxen dictis Smelinch quicquam de premissis, a quibus ipsi Blyxen tam plane et liberaliter cessaverunt, postmodum inpetierit, inpetitionem huiusmodi discutere, ecclesiam Hyldensem omnino indempnem facere predicti famuli tenebuntur. Predicti vero abbas et conventus de Hylda, ut predicti famuli Blyxen a piscina predicta et omni inpetitione, quam contra ipsum Hyldense monasterium habere poterant, tam amicabiliter, benivole et plane cessarent, eis et veris eorum heredibus decimas quatuor mansorum in parvo Sasterow in possessionem perpetuam assignarunt. Quorum mansorum proprietatem si abbas et conventus ecclesie Hyldensis a domino episcopo Caminensi medio tempore procurare potuerit, predicti famuli Blyxen eosdem mansos in feudum recipient et erunt vasalli ecclesie memorate. Insuper proprietatem montis, qui ab aggere supradicto usque ad rivulum parvum protenditur, si abbas et conventus a principe Ruianorum inpetraverint, de ipso monte nichilominus erunt vasalli ecclesie Hyldensis famuli supradicti. Cooperatores autem huius compositionis ex parte conventus de Hylda sunt honesti milites Wernerus Lepel et Hinricus dictus Bere advocatus ecclesie memorate, ex parte vero sepedictorum famulorum Blyxen nichilominus honesti milites Hinricus et Iohannes dicti Bere, quorum quatuor militum sigilla in testimonium omnium predictorum una cum sigillo nostro presentibus sunt appensa. Actum et datum in Hylda anno domini M° CCC° V°, dominica Invocavit.

Nach dem an mehreren Stellen durch Moder zerstörten Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Eldena Nr. 56, Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1076.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 38 Nr. 333 und bei Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr, II S. 25 Nr. 143. Extrakt bei Klempßen, danach bei Pyl, Eldena S. 627.

2210.

1305 März 12 Altdamm.

Herzog Otto I. beurkundet einen Vertrag, nach welchem die Einwohner von Altdamm den Stettinschen Zoll auf dem Damm zahlen, aber nicht wieder Zoll von den Stettinern auf den Brücken zwischen Pyritz und Altdamm nehmen sollen.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie dominusque in Stetyn universis Christi fidelibus presens scriptum visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Hoc requirit veritati derogancium perversa iniquitas expostulatque hominum vite temporalis miserabilis brevitas et principum gloriosorum exigit sublimis inmensitas, ut ipsorum acta laudabilia, que perpetuis temporibus sunt duratura, adeo instrumentis cercioribus perhennentur, ne inposterum a quoquam valeant aliquatenus comminui vel infringi. Hinc est quod notum esse cupimus tam presenti quam postere nacioni, nos taliter placitasse cum dilectis consulibus nostris civitatis Stetyn ex una parte et cum dilectis consulibus nostris civitatis Dampmis parte ex altera et eisdem in hiis graciam exhibuisse specialem, quod universi fideles volentes cum curribus et equitibus transferre se Stetyn a civitate Dampmis et econverso a civitate Stetyn versus Dampmis theolonium et ungeldum de curribus et equitibus suis dabunt civitati Stetyn, sicut ab antiquo dare consueverant et non civitati Dampmis, sed hii currus, qui in civitate Dampmis manent et abinde recedunt, hii nichil aliud dabunt nisi de equo quatuor denarios monethe slavicalis. Item recognoscimus nos placitasse, quod dicti consules nostre civitatis Dampmis nullum

theolonium et ungeldum debent recipere a longo ponte et a brevi ponte, qui sunt inter civitatem Piris et civitatem Dampmis, pro cuius restauro antedictis consulibus nostre civitatis Dampmis assignavimus et dedimus in civitate Stetyn decem marcas denariorum in theolonio et ungeldo et proprietatem denariorum eorundem de nostris denariis comparatos perpetuis temporibus feliciter possidendos. Testes huius rei et facti sunt Thyodericus nobilis vir de Lorenen commentator domus templi, Dithmarus abbas de Colbas, Thyodericus Lucte marscalcus nostre curie, Wilheylmus Trampo, Ubesco, Hermannus de Deven, Iohannes Bokeman, Iohannes de Hoykendorp, Wernerus Bokeman, milites, et multi alii fide digni. Ut autem omnia premissa firma et stabilia perpetuo perseverent, presentem paginam inde confectam scribi fecimus sigillo nostro et sigillo nostre civitatis Dampmis firmiter roboratam. Datum et actum Dampmis per manum Gerhardi nostre curie notarii anno domini MCCC quinto, in die beati Gregorii pape, IIII° Ydus Marcii.

Nach dem Originale, mit an rosa Seidenschnüren anhängenden Siegeln Herzog Ottos (großem Reitersiegel) und der Stadt Damm, im Stadtarchiv Stettin Nr. 30. Diplomatar. civit. Stettin Pars I Nr. 34. Rothes Buch der Stadt Stettin S. 79.

2211.

1305 März 19 Wollin.

Das Nonnenkloster Wollin setzt sich mit dem Nonnenkloster Crummin auseinander, sodaß Letzteres alle Güter jenseits der Swine im Lande Buckow erhält.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Dethlevus prepositus, Elyzabeth abbatissa, Margareta priorissa totusque conventus in Wolin ordinis Cisterciensis omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Quia omnium habere memoriam magis divinitatis quam humanitatis videtur interesse, ideo que aguntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, lingua testium vel scripture memoria necessario perennantur. Noverint igitur tam presentes quam felix successio futurorum, quod deo pacis bonum pacis procurante nostrum claustrum Wolin a claustro Cromyn est in omnibus rebus magnis, parvis, mobilibus et immobilibus amicabiliter et in integrum separatum, ita videlicet ut dicta ecclesia Cromyn omnia bona, que habet ex illa parte Zwine in terra Bukow vel alias ubicunque eam habere contigerit, libere possideat et suis privilegiis datis vel dandis gaudeat [pacifice][1]) et quiete, quod ent et lent vulgariter nuncupatur, omni impeticione inter nos mutua finaliter quiescente. Actum et datum Wolin anno domini M° CCC° V°, proxima sexta feria ante dominicam, qua cantatur Oculi mei, presentibus domino nostro inclito duce Bugiczlao, Olrico de Osta, Lodewico Kedingo, Wernero, Zabello, Thiderico dictis Lepel, Henrico de Reno, Gerardo Grope, militibus, Iohanne Kedingo, Iohanne Putstko, Gerardo Boz, vasallis, et aliis quamplurimis, scilicet consulibus Iohanne Polzin, Iohanne Henningi, Nicolao civibus in Wolin fidedignis.

[1]) Das Original hat nur: gaudeat et quiete; ein Synonymum zu quiete ist also zu ergänzen.

Nach dem Originale, dessen an Pergamentstreifen anhängend gewesenes Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Stadt Wollin Nr. 2. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1079.

2212.

1305 März 19 Wollin.

Herzog Bogislaw IV. beurkundet den zwischen den Nonnenklöstern zu Wollin und Crummin geschlossenen Ausgleich.

Bugguslaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis presencia visuris salutem in eo, cuius gracia reges regnant et terre principes dominantur. Ne labilis memoria humani generis effluat cum discursu temporis, discretivus sensus inbutorum tale compendium adinvenit, ut rite facta scripto commendata posterorum noticie transmittantur. Quamobrem ad noticiam presencium ac futurorum volumus pervenire omnem controversiam seu rancoris materiam inter conventum sanctimonialium Cromyn ex una ac religiosas dominas unius et eiusdem ordinis Wolin parte ex altera vertentem coram nobis publice nostrisque consiliariis in modum subsequentem esse reconciliatam ac sopitam, ita videlicet quod religiose domine Wolin suis bonis inter Swynam constitutis perutantur pacifice et quiete, nisi de quibuslibet fecerint renunciacionem manifestam, quod patentibus privilegiis poterit seu testibus ydoneis premonstrari. Et sic vice versa conventus sanctimonialium Cromyn suis bonis comparatis ac comparandis perfruatur, qualibet interrupcione retroacta. Insuper sepedictus conventus Cromyn una cum sepedictis dominabus religiosis Wolin sese ad mutuam promocionem obligarunt, presertim et dicta concordia et unio[1]) stabit in modo effectuato ac deputato et stabit per hunc modum, quem vulgares endende et lendende sake memorant, asscribentes et per hanc concordiam seu unionis formulam omnia nostra placita prehabita in nulla sui parte nequaquam esse tenentur viciata. In huiuscemodi evidenciam seu assercionem presens privilegium duximus nostri cum sigilli munimine roborandum. Testes huius rei sunt Hinricus de Reno, Lodewicus Kedink, Olricus de Osta, Wernerus, Tidericus, Zabellus dicti Lepel, Gerardus Grope, Mossin, milites, Pustkowe, Iohannes Kedink, Gerardus Boz, armigeri, et alii quam plures fide digni clerici et laici. Datum et actum Wolin anno domini M° C° C° C° V°, feria sexta proxima ante dominicam quadragesimalem, qua cantatur Oculi mei per manus Hinrici Woldenbergh nostri notarii.

1) unicio. Matrikel.

Nach dem Transsumpt Herzog Wartislaws IV. vom 21. September 1313 in der Wolliner Originalmatrikel im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 45) fol. 29 Nr. 34. Neueres Diplomatar. monaster. sanctimon. Wollin (Mscr. I 46 b) Nr. XV. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1059.

2213.

1305 März 22.

Der Rath zu Goldberg vergleicht sich mit dem Kloster Neuenkamp wegen des Aalfangs vor der Stadt. (Die Ausfertigung Nikolaus von Werles vom 22. Februar s. oben Nr. 2208.)

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus Hermannus de Dystelowe, Heinricus de Dystelowe, Iohannes Colbowe, Heinricus de Gloveke, Theodericus Sutor, Lambertus de Kotenkendorp, consules in Goldbergh, salutem in domino sempiternam. Notum facimus presentibus et futuris, quod cum inter nos et cives nostros parte ex una et dominum abbatem ecclesie Novi Campi et fratres suos parte ex altera super lignis, paschuis ac piscationibus specialiter,

in quibus ipsi in angwillarum suarum captura se per piscatores civitatis nostre impediri causabantur, materia dissensionis verteretur, tandem ad scrupulum discordie inter nos et dictum dominum abbatem ac fratres suos ammovendum necnon ad perpetuam amiciciam conservandam placitando cum ipsis concordavimus in hunc modum: videlicet quod predicti dominus abbas de Novo Campo ac fratres liberaliter resignaverunt nobis ligna et paschua in terminis nostre civitatis situata cum agris eciam noviter exstirpatis, ita quod ipsa paschua et ligna sint communia tam civibus nostris quam eciam rectori molendini sui et in distributionibus lignorum idem rector molendini sit percepturus equalem cum nostris civibus portionem. Nos vero econverso renunctiamus iuri nostro, quod nobis competere videbamur (sic!) in piscationibus, in quibus dicti dominus abbas de Novo Campo ac fratres in captura angwillarum suarum per piscatores civitatis nostre possent impediri, sed ipsas aquas totales infra terminos et distinctiones subnotatas, quas nobilis dominus noster Nycolaus de Werle cum multis honestis militibus inter nos et ipsos fecit, in perpetuum pacifice possidebunt, quas eciam distinctiones approbamus et presentibus confirmando declaramus, videlicet quod ab ipso molendino versus austrum pro signo distinctivo palum sive lignum est firmatum, a quo signo sive ligno usque ad insulam Kersenberwerder nuncupatam alia signa lignea sive pali similiter sunt positi. Ac deinde in longum tocius insule Kersenberwerder termini procedunt usqua ad alia signa lignea sive palos, qui directe in stagnum protenduntur, et exhinc usque ad aliam insulam, que Tessantenwerder dicitur, inter quas insulas et palos meatus aque versus dictum molendinum influit. A dicta vero insula Tessantenwerder versus aquilonem usque ad agros seminales iidem termini extenduntur, inter quos agros et iam dictam insulam Tessantenwerder etiam alter meatus aque influit, quos prefatos meatus et aquas totales inter dicta signa comprehensas sepedicti dominus abbas de Novo Campo ac fratres eius pacifice possidebunt et quiete, ita sane quod a festo beati Petri apostoli ad cathedram usque ad festum sancti Mychaelis nullus civium sive piscatorum nostre civitatis nec quisquam hominum in supramemoratis aquis vel etiam paludibus, secundum quod signis, insulis, agris circumiacentibus cinguntur, seu etiam ante prefatos meatus, qui vulgo dicuntur owganck, sportis, weris, rusen et worpnette vel aliis quibuscunque instrumentis, quibus fratres predicte ecclesie Novi Campi in angwillarum captura possent impediri, preedificare vel molestare presumant, sed tantum diurno tempore piscatores nostre civitatis in prefatis aquis licite piscari poterunt, solis retibus tantum, que vulgo stokenette nominantur, obligantes nos et successores nostros, quod si sepenominate ecclesie fratres in premissis aquis ac captura angwillarum suarum impediti fuerint, eosdem tenemur libertare ac perhenniter defensare, ipsos transgressores compescendo, ne pacis et concordie convencio inter nos et ipsos valeat amplius violari, addentes nichilominus, ut si signa sepedicta sive pali temporibus futuris destructa fuerint vel consumpta, in locis eisdem possunt eadem signa renovare, ne inter nos et sepedictam ecclesiam aliqua dissensio denuo valeat suboriri. In cuius rei firmitatem perpetuam presentem cedulam sigillo nostre civitatis duximus muniendam. Testes sunt dominus Hermannus viceplebanus in Goldbergh, Albertus Sartor, Hermannus Westfalus, Bernardus iuxta pontem, Heinricus subadvocatus, Heinricus quondam subadvocatus, cives nostri, et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini M° CCC° quinto, proxima secunda feria post dominicam, qua Oculi mei decantatur.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Neuenkamp Nr. 69. Abschrift aus dem Jahre 1506 im Staatsarchiv Stettin, Wolgaster Archiv Tit. 26 Nr. 3 vol. 1 fol. 310 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1087.

Gedruckt im Meckl enb. Urkundenbuch V S. 205 Nr. 2992. Regest bei Fabricius IV 1 S. 13 Nr. 533.

2214.

1305 März 28 Wollin.

Herzog Bogislaw IV. bestätigt der Stadt Wollin ihr ius civile, das abgabenfreie Eigenthum der Aecker und Felder zwischen der Stadt und Hagen und freie Fischerei innerhalb bezeichneter Grenzen.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Buguslaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis Christi fidelibus presencia visuris in perpetuum. Contra labilem humani generis memoriam et ne posterorum ignoticia pia facta priorum valeat segregare, discretus sensus prudentum tale remedium adinvenit, ut rite facta scripto commendata posterorum noticie transmittantur. Ob quam causam volumus ad noticiam presencium ac futurorum pervenire, nos dilectis consulibus ac burgensibus nostris civitatis nostre Wolin ius civile, prout invenimus per nostros predecessores scilicet patruum nostrum predilectum Wartizlaum ac patrem nostrum karissimum Barnym pie recordacionis largitum, ex nostrorum heredum assensu nostrorumque consiliariorum consensu confirmamus. Insuper sicut ipsorum agros ac campos infra ipsorum terminos civitatis et Wenkenhagen invenimus, ab omnibus redditibus legitimis, quod vulgari ydiomathe[1]) rente dicitur, liberos secundum dictorum consulum affirmacionem, qui se tactis reliquiis ad dictam causam confirmandam obligarunt, taliter edictis[2]) civitatensibus erogamus, nichil deinde percipientes, quin nostris peticionibus poterimus obtinere. Presertim damus dictis civitatensibus piscacionem liberam a limitibus seu terminis ville Unyn in utraque parte litoris, quod in ipsa piscacione habere dinoscebamur, usque ad portum Ruf nuncupatum et ab eodem portu ultra ad miliare in recens mare ad suos usus in perpetuum libere et feliciter possidendam. Ne quispiam huic piscacioni se intromittat, quin ei libertas piscandi cum magna sagena per nostros predecessores vel per nos vel per nostrum fratrem sit iusto donacionis tytulo erogata. Ut autem hec nostra donacio inviolabiliter observetur, presens scriptum super hoc dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Testes huius rei sunt Henricus de Reno, Olricus de Osta, Lodewicus Keding, Iohannes Bere nostre curie marschalcus, Zabellus Lepil, Iohannes Manduvel, Gerardus Grope, Nicolaus Lodir, milites, et alii quamplures fide digni. Datum et actum Wolin anno domini M° CCC° quinto, dominica quadragesimali, qua cantatur Letare Ierusalem, per manum Henrici Woldenberg nostri notarii.

1) ydiomathe zum Theil auf Rasur; ursprünglich vulgariter. 2) Wohl statt predictis.

Nach dem Originale ohne Siegel (nur die grün=gelben Schnüre sind noch vorhanden) im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Stadt Wollin, Urkunden Nr. 3. Originaltranssumpt vom 20. Oktober 1315 ebenda Nr. 5 und vom 31. März 1356 ebenda Nr. 6, 11. Juni 1374 Nr. 8 und Sect. A Tit. I Nr. 4 fol. 4.

2215.

1305 April 8 Demmin.

Bischof Heinrich von Camin transsumirt die Urkunde Alexanders IV. vom 13. August 1257 (Potthast Nr. 16 984).

Henricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus protestantes

quod nos literas domini Alexandri pape quarti non rasas, non concellatas, non abbolitas nec in aliqua parte sui viciatas, sed integras et racionabiles serico bullatas vidimus et coram nobis legi fecimus scriptas in hec verba . . .

Folgt Urkunde von 1257 August 13. Meckl. Urkundenbuch II S. 109 Nr. 802.

Datum Dymyn anno domini M° CCC° quinto, proxima quinta feria ante diem palmarum.

Nach dem Diplomatarium Doberanense im Geh. u. Hauptarchive zu Schwerin Bl. 59.

2216.

1305 April 9 Tribsees.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verschreibt seiner Gemahlin Margarethe im Falle seines unbeerbten Todes die Städte Tribsees und Grimmen mit den dazu gehörigen Ländern und Mannen, sonst aber nur die Stadt Grimmen mit 800 Hufen zu ihrem Leibgedinge.

Wie Wizslawe van ghodes ghenaden vorsthe van Ruyen don witlich allen saligen lůden, de dessen bref sen unde horen, dat wie laten hebben unde bewiset useme leven wive vôr Margharethen tho ereme lifghedinche de stat tho Tribuses unde dat lant unde de man unde de stat tho Grimme unde dat lant unde de man, also alse in erer olden scede sint begrepen, mit alleme regthe, ifthe wie ane erve storven. Quemet over also, dat uns erve worde, so scal se de stat tho Grimme mit achthehundert hoven beholden tho ereme live na useme dode. Dar na so scal de stat tho Tribuses unde dat lant unde de man erven an use erven. Dit sint de thughe: use om hertheghe Woldemer van Slesewic unde use rat her Pritbor van der Vilmenitz, her Theze van Putbusseke, her Lodewich Kabolt, her Raven Buk, her Hinric van Deghowe, her Hinric van den Bughe, her Diderich Mezecowe, her Johan van der Osten unde ander bederve riddere, den me trůwen unde loven mach. Dat desse dinc stede unde vast bliven, so hebbe wie dessen bref mit useme ingheschegel bescheghelt. Dit scude tho Tribuses na godes bort dusent iar, drehundert iar in deme vifthen iare, des vridaghes vor Palmen.

Nach dem Originale mit an einem Pergamentstreifen anhängendem fürstlichem Siegel im Geh. und Hauptarchive zu Schwerin (Ehepakten fremder Fürsten).

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 39 Nr. 334.

2217.

1305 April 18 Hohen-Mocker.

Die Ritter Heinrich und Johann von Heydebreck stiften und bewidmen mit Genehmigung des Bischofs von Camin eine Kapelle zu Kletzin als Tochterkirche der Kirche zu Sophienhof.

Hinricus et Iohannes milites dicti de Heydbrake universis Christi fidelibus presens scriptum visuris benivolentiam in omnibus et sinceram in domino caritatem. Quoniam, qui male agit, odit lucem, ideo sciri potius sunt digna in luce quam in tenebris fabricanda, ne per evolutionem temporis ea, que legitime facta sunt, ex ignorantia valeant revocari. Noverint igitur tam presentis quam futuri temporis singuli ac universi, quod nos Hinricus et Iohannes milites dicti

de Heidbrake de consilio nostrorum plurimorum amicorum, necnon ob reverentiam dei omnipotentis, beate Marie virginis, beati Dyonisii et pro remedio animarum nostrarum et nostrorum progenitorum et successorum, necnon de consensu et confirmatione venerabilis in Christo patris et domini nostri H(einrici) Caminensis ecclesie episcopi et patronorum ecclesie in Cerbencin matris, videlicet Helmoldi prepositi in Yvenach, Ermegardis abbatisse et eiusdem ecclesie conventus, necnon Bertrammi plebani ibidem capellulam quandam in Cluthcin edificari fecimus et eandem dotavimus cum duobus liberis mansis tam pratis quam pascuis, nemoribus et campis, utilitate et quolibet usufructu, et ad hoc infra septa dotis et curie solummodo cum omni iusticia iurisdictionis in villa memorata sitis, quos Bertrammus plebanus in Cerbencin, vel qui pro tempore ibidem fuerit, racione subiectionis et annectionis, cui videlicet ecclesie in Cerbencin dicta capellula in Cluthcin tamquam filia est annexa, per se vel per suos vel cuicumque eos locare voluerit, ab omni alicuius infestatione vel inpetitione libere poterit excolere vel arare. Insuper rurenses et villani memorate ville de singulis mansis in villa sitis integrum modium siliginis dabunt ad annonam ecclesiasticam quolibet anno. Item cultores ville prenotate in capella prehabita habebunt baptismum, confessionem, sacram eucharistiam, unctionem, introductiones cum dominica sepultura, sed cum autem (!) indiguerint[1]) hiis ineffabilibus ecclesiasticis sacramentis, a plebano in Cerbencin vel qui supplet vices suas per se vel per nuntios suos in dote Cerbencin requirere non tardabunt. Pro hiis et huiusmodi beneficiis[2]) prefatus Ber(trammus) plebanus in Cerbencin vel qui pro tempore ibidem plebanus exstiterit, vel suus capellanus officialis singulis septimanis, videlicet quartis feriis, diebus dominicis et festivis dictam capellulam in Cluthcin in missa et ad hoc solummodo sabbatis in quadragesima missam ibidem celebrabit. Ut autem nostra predicta donatio stabilis perseveret, ad petitionem eiusdem Ber(trammi) plebani in Cerbencin presentem paginam nostrorum sigillorum munimine duximus roborandam. Testes vero sunt hii: venerabilis pater noster H(einricus) Caminensis ecclesie episcopus, dominus Helmoldus prepositus in Yvenach et dominus Hinricus dictus Pinnowe, plebanus in Mokre, et alii quam plures fide digni. Datum Mokre anno domini M° CCC° V°, in dominica sollempnitatis pasche.

[1]) indigerint. Orig. [2]) beneficia. Orig.

Nach dem Orignale im Geheimen und Hauptarchiv zu Schwerin s. r. Kloster Jvenack; von den an Pergamentstreifen angehängten Siegeln ist nur das Heinrich Heydebrecks beschädigt erhalten.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V Nr. 2995 S. 208.

2218.

1305 April 25 Greifswald.

Die Stadt Greifswald gestattet den Minoriten die Anlage eines Abortes auf der Stadtmauer.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris consules totaque universitas burgensium civitatis Gripeswaldensis in perpetuum. Cum racionabiliter petitur, condecet, ut voluntas petencium favoris locum sorciatur. Quamobrem notum esse volumus nacionibus presentibus et futuris, quod religiosi viri videlicet fratres minores in civitate nostra residentes nobis a retroactis temporibus humiliter supplicarunt pro turri ad opus nature et comodum ipsorum construenda. Nos itaque considerantes necessitatem eorum in hoc, intuentes eciam, quod dicta turris propter spacii parvitatem locum in claustro eorum non haberet, gracioso

favore annuimus licenciando, quod dicti fratres dictam turrim eorum laboribus et expensis a fundamentis integram et firmam sive defluxu cuiuscumque putredinis in loco nostre civitati deputato scilicet supra muros nostros construant et ex toto pro consilio nostro usque ad summitatem eius perficiant, ita videlicet, quocumque modo ipsam duxerimus construendam, ipsi construent ipsorum sumptibus occasione inpedimenti qualibet postergata; preterea dicti fratres nullam iurisdictionem in ipsius turris sibi usurpabunt spacio sive ius, quin maleficos, si ad ipsam confugerint, inde possimus tollere dictis fratribus inconsultis, sed tantum ad cloacarum loca liberum habebunt aditum pro ipsorum comodo et profectu, reliquas vero mansiones super loco testudinato pro usibus nostre civitatis nobis reservabimus cum omni iure. Fratrum vero modernorum successores, quod absit, si preter formam conscriptam ausu temerario in ipsa turri quicquam immutare attemptarent, mallentque illo (!), quod precibus multorum maturorum virorum optentum est, contraire, extunc civibus destruendi dictam turrim libertas conceditur sine cuiuscunque gravamine iudicis sive inpedimento ipsius ordinis qualicunque. Ut autem hec omnia firma perseverent, presentem litteram sigillo venerabilis domini nostri H(inrici) Caminensis ecclesie episcopi, prioris fratrum predicatorum in Gripeswaldis, custodis Lubicensis ac omnium gardianorum eiusdem custodie cum nostro fecimus communiri. Testes sunt dominus Sifridus de Trechowe Caminensis ecclesie canonicus, dominus Hinricus de Warne prepositus civitatis, dominus Iohannes de Cosselin plebanus ecclesie beate virginis ibidem, dominus Volterus plebanus parrochie sancti Iacobi, sacerdotes, dominus Everhardus de Kylone, Iohannes Sachtelevent, dominus Everhardus Verwere, consules, et multi alii fide digni. Datum Gripeswaldis anno domini millesimo trecentesimo quinto, in festo sancti Marci ewangeliste.

Nach dem Originale ohne Siegel, für die zehnmal rosa Seidenschnüre an der Urkunde hängen und eine abgefallen ist, im Stadtarchiv Greifswald Nr. 56. Abschrift im Memorabilienbuch der Stadt Greifswald Nr. 1 fol. 68 v.

Pommersche Geschichtsdenkmäler II S. 199 Nr. 3.

2219.

1305 April 27 Greifswald.

Bischof Heinrich von Camin bewilligt dem Kloster Eldena als Ersatz für die Einkünfte des Dorfes Müssentin, welches er verkauft hat, die Trennung verschiedener Filial-Kirchen von ihren Mutterkirchen und außerdem 5 Scheffel Getreide, welche der Pfarrer zu Gützkow im Dorfe Dersekow erhob.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Recognoscimus tenore presencium, quod temporibus domini Petri predecessoris nostri dominus abbas et conventus de Hylda villam Muscentin a quibusdam burgensibus in Gripeswold pro sexcentis marcis denariorum slavicalium ad manus nostre ecclesie redemerunt, pro quibus domino abbati et conventui redditus dicte ville per continuum decennium tollendos cum plenario consensu Caminensis capituli ex integro resignavit, sicut in privilegio principali continetur, necnon maxima necessitate compulsi ante dicti decennii terminum dictam villam Muscentin vendidimus, ob quam vendicionem sepe dicti dominus abbas et conventus fuerunt a percepcione dictorum reddituum destituti. Unde cum nos pro huiusmodi destitucione ammoniti satisfacere hactenus distulerimus, cum tamen dampnum recipere pro

beneficio sit indignum, in recompensam predictorum promittimus separacionem filiarum a matribus ad manus domini abbatis et conventus cum suo fructu, videlicet Crasselin a Wolgast cum villis Vrest, Vencemin, Voddow, Hollendorp et capellam Lodessin a Wosterhusen cum hiis villis scilicet Golcow, Virow, Brunsow, Malin, Stilowe. Insuper et quinque tremodia annone, que plebanus de Gutsecow in villa Dersecowe tollit, promittimus memorato conventui libertare, de provisione sacerdotum dictarum capellarum discrecioni domini abbatis omnimode relinquentes. Unde in evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est apensum (!). Testes vero huius rei sunt dominus Ditmarus abbas Colbazcensis, dominus Sifridus de Trechow, prepositus Stolpensis, dominus Hinricus, prepositus Gripeswaldensis, dominus Hinricus de Rokeniz, dominus Iohannes de Cosselin et plures alii fide digni. Datum Gripeswaldis anno domini M° CCC° V°, feria tercia post quasi modo geniti.

Nach dem Originaltranssumpt von 1323 im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Eldena Nr. 60. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1077.

Regest bei Pyl, Eldena, S. 628.

2220.

1305 Mai 14.

Prior und Konvent des Predigerordens und des Minoritenordens zu Stralsund vidimiren die Urkunde vom (8.—14.) März 1304, oben Nr. 2150.

Datum per copiam.

Folgt die Urkunde Nr. 2150, dann:

Nos prior totusque conventus fratrum predicatorum civitatis Stralessund nosque gardianus totusque conventus fratrum minorum eiusdem civitatis vidimus et audivimus hoc privilegium dictorum dominorum Wi(zlai) et Zamb(ori) sigillis sigillatum, non rasum, non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Anno domini M° C° C° C° V°, feria sexta in septimana dominice Iubilate.

Nach dem Originale mit an Pergamentstreifen anhängenden Siegeln der beiden Orden im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. V Schiebl. 14).

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 39 Nr. 535.

2221.

1305 Mai 18 Vordingborg.

König Erich von Dänemark ertheilt auf Verwendung der Stralsunder Bürger allen die Ostsee befahrenden Kaufleuten der Seestädte für den Umfang seines Reiches und namentlich für Esthland und Wirland bis zur Narwa und weiter nach Nowgorod freien Durchgang und Verkehr mit ihren Waaren, sowie Schutz in Strandungsfällen.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus dei gracia Danorum Slavorumque rex, dux Estonie, salutem in domino sempiternam. Noveritis, quod nos ad instanciam dilectorum nobis

civium de Stralesund[1]) mercatoribus omnibus civitatum maritimarum mare orientale transire volentibus graciam cupientes facere specialem, ipsis omnibus et singulis liberaliter indulgemus, quod ad regnum nostrum, ubicumque eis placuerit, cum rebus et mercibus suis secure venire valeant, sive hoc via terrestri sive aquatica ipsis oportunum fuerit, et in eodem libere sua exercere mercimonia securi pro nobis ac omnibus ballivis et officialibus nostris, nec non aliis quibuscumque, qui nostris astricti sunt voluntatibus et mandatis. Singulariter autem assecuramus eosdem per terras nostras, Estoniam videlicet totam et Wironiam usque ad fluvium Narowe et deinde versus Nogardiam, ne quisquam eos sive in mari sive in terris in se vel in suis presumat aliqualiter impedire. Ceterum indulgemus eisdem, quod, si eos alicubi infra limites et terminos tocius regni nostri naufragium, quod absit, pati contingat, quamdiu res suas et naves per se[2]) vel per alios salvare poterunt, eisdem id faciendi presencium tenore liberam concedimus facultatem, quod per nominem advocatorum nostrorum seu per quemcumque alium de regno nostro debeant aliquatenus impediri, unde per graciam nostram districte prohibemus, ne quis advocatorum nostrorum aut quisquam alius ipsos mercatores contra tenorem presencium presumat aliquatenus molestare; quod qui fecerit, regiam non effugiet ulcionem[3]). In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Worthingeburgh anno domini M° CCC° quinto, Kalendas Iunii XV°, testibus consiliariis nostris.

1) in Rozstoc. R. 2) R. hat noch ipsos. 3) ultionem. R.

Nach dem Originale im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. VII Schiebl. 13) mit an grün- und rothseidenen Fäden anhängendem Siegel des Königs. Originaltranssumpt von 1313 April 10 ebenda. Andere Ausfertigung für Rostock (R.) Reg. dan. Nr. 1630—31.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 39 Nr. 336 und im Liv-Esth- und Curländ. Urkundenbuch II S. 19 Nr. 613. Schwartz, Dipl. Gesch. der Pommersch-Rügischen Städte S. 83. Die Rostocker Ausfertigung im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 212 Nr. 2998. Regest im Hansischen Urkundenbuch II S. 32 Nr. 66 u. 67.

2222.

1305 Mai 19.

Die Gebrüder Johann und Bertold Zitterpenning verkaufen der Stadt Stralsund ihre Metze und Mahlfreiheit auf der Voigdehagener Mühle.

Omnibus Christi fidelibus audituris presencia seu visuris dominus Iohannes Citterpennigk et Bertoldus frater suus salutem in domino. Recognoscimus presentibus publice protestantes, quod nos mattham nostram nostrumque liberum molere, quod in molendino Voghedehaghen habuimus, vendidimus . . consulibus totique communitati civitatis Stralessundis racionabiliter atque rite. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° quinto, feria quarta in septimana, qua cantatur Cantate domino.

Nach dem Originale mit an Pergamentstreifen anhängenden Siegeln der Aussteller im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. III Schiebl. 14).

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 40 Nr. 337.

2223.

1305 Mai 24 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen entscheidet auf eingezogene Nachricht über die zwischen der Kirche zu Rappin und der Dorfschaft Postelitz von Alters her bestandene Gemeinschaft der Weiden und befiehlt, den Pfarrer in dessen Rechten zu schützen.

Wiz(laus) dei gracia princeps Ruyanorum universis presentem litteram inspecturis salutem in domino. Tenore presencium evidencius protestamur, quod constituti in nostra presencia dominus Pritborus de Vilmenitz, Dummeslavus, Pribo de Usnem et quidam alii fide digni vasalli nostri terre Ruye constanter affirmantes protestati sunt viva voce, bona fide et certa sciencia, quod parrochialis sacerdos ecclesie Repin nomine ecclesie sue semper ab antiquo habuerit communitatem pascuorum cum villanis ville Pustulvitz ipsi ecclesie adiacentis ac de iure teneatur habere in perpetuum tempore profuturo et quod nunquam fuerint inter ipsos alique distinctiones in eisdem pascuis nec aliqui teneantur ibidem facere limites sine consensu parrochialium atque nostro, cum non solum huiusmodi nostra ecclesia, verum eciam quedam nostre ville adiacere dinoscantur pascuis memoratis; nunc autem cum capellanus noster dominus Vrowinus dicte ecclesie rector ostensor presencium iam multociens sit conquestus, quod inpediatur violencia et iniuria Pancyani et Dvargeli matrisque eorundem in fruendo pascuis sepedictis, volumus atque precipimus eisdem, ut de cetero ab inpedimento ipsius sacerdotis[1]) omnimodis conquiescant, permittendo contradictione semota, quod equi et pecora ipsius utantur communibus pascuis prefate ville Pustulvitz secundum quod iure tenetur et sicuti graciam nostram dilexerint inoffensam. Insuper precipimus advocatis nostris, ut defendant in hac parte eundem clericum requisiti. Facta est hec protestacio in Sundis anno domini M° CCC° quinto, secunda feria dierum rogacionum.

1) sacertotis. Cod. Rug.

Nach dem Codex Rugianus im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 33) Nr. 128. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1075.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 40 Nr. 338.

2224.

1305 Mai 26.

Herzog Otto I. giebt der Stadt Stettin zu dem ihr von seinem Vater Barnim I. verliehenen Magdeburger Recht einige das Erbrecht, insbesondere die „Radelebe" betreffende Bestimmungen.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus Stetinensis presentia visuris omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que fiunt in tempore, simul cum tempore defluunt et tabescunt, oportet hominum gestis memoria dignis muniis litterarum succurrere, ne cum hominibus morientibus moriantur, sed cum litteris perseverantibus in perpetua noticia perseverent. Proinde notum esse volumus Christi fidelibus presentibus et futuris, quod de prudenti vasallorum nostrorum consilio dilecte civitati nostre Stetin necnon civibus eiusdem supra ius Magdeburgense ipsis indultum a carissimo patre nostro domino Barnim

beate memorie hoc ius adiecimus de gracia speciali, quod de hereditate, que communiter radeleve dicitur, oves, vasa argentea potibus apta, coclearia argentea debent ammodo esse penitus amputata. In hiis idem ius observari volumus, quod ibidem in ceteris bonis hereditariis et mercimonialibus observatur. Instituimus eciam, quod medietas lectistorniorum cum suis attinenciis, mensalium, balneaminum mulieri dabitur nomine radeleve, alia horum medietas ceteris heredibus pertinebit. Preterea adiunximus, quod vela, que unmehangeslaken nominantur, vestes[1]) mulieris, fibule, anuli, ornamenta, que fabricata sunt ad mulieris vestes, et cetera, que secundum ius Magdeburgense[1]) annumerari consueverunt preter prenotata, debent ad radeleve perpetuo pertinere. Ut autem hec omnia inviolabiliter observentur, presentem paginam nostri sigilli appensione et testium subscriptione duximus roborandam. Sunt igitur testes hii: dominus Ditmarus abbas de Colbaz, Willekinus de Trampe, Thidericus Luchte noster marscalcus, Iohannes de Hindenburgh, Iohannes et Wernerus dicti Bokeman, Iohannes de Hoykendorp, Ubessiko, milites, et quam plures alii. Datum per manum Gherardi dicti Bokeman nostri notarii anno domini MCCC quinto, septimo Kalendas Iunii.

1) vestes bis Magdeburgense steht auf Rasur.

Nach dem Originale mit an rosa Seidenschnüren anhängendem großem Reitersiegel Herzog Ottos im Stadtarchiv zu Stettin Nr. 31. Abschrift in den im Staatsarchiv deponirten Akten desselben Archivs Tit. I Sect. I Nr. 2 fol. 13.

2225.

1305 Juni 7.

Bischof Heinrich von Camin weiht und dotirt die Kirche im Dorfe Chemnitz.

In nomine domini amen. Nos Heinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus notum facimus presentibus publice protestando, quod anno domini M° C° C° C° V°, proxima secunda feria post festum penthecostes dedicavimus et consecravimus ecclesiam et maius altare in villa Kemeniz in honore beate Marie virginis et virginis Katherine ipsique ecclesie addotavimus quatuor[1]) mansos cum hereditate, libertate et proprietate et redditus aliorum duorum camporum in villa prenotata cum quadraginta modiis siliginis in eadem villa annis singulis persolvendis. In cuius rei testimonium presentem cartam inde confectam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Actum et datum anno et die prenotatis.

1) Von einer jüngeren Hand übergemalt; ursprünglich scheint duos dagestanden zu haben.

Nach dem Originale in Neustrelitz gedruckt im Meckl. Urkundenbuch V S. 125 Nr. 3004. Nach Mittheilung der Verwaltung des Neustrelitzer Archivs ist das Original dort nicht mehr vorhanden.

2226.

1305 Juni 9 Bützow.

Bischof Gottfried von Schwerin gestattet dem Kloster Neuenkamp, die alte Kapelle beim Kloster eingehen zu lassen, unter der Bedingung, daß die üblichen Messen auch ferner gelesen werden.

Godefridus dei gracia episcopus Zwerinensis universis presencia visuris inperpetuum. Exhibita nobis nuper peticio honorabilis et religiosi viri, amici nostri singularis, domini Arnoldi

abbatis Novi Campi Cysterciensis ordinis nostre dyocesis continebat, quod multus suo cenebio fructus ex eo proveniret, si capellam sive oratorium antiquum claustri ibidem pleno iure dicto suo cenobio donare liberaliter dignaremur. Attendentes igitur, quod in subditorum nostrorum lucris proficimus, maxima cum ea non vergant, sicut in presentis peticionis articulo prospicimus, in nostrum et nostre ecclesie detrimentum, eandem admittentes peticionem memorato abbati et suo cenobio propter dominum graciose concedimus et donamus supradictam capellam cum suis attinenciis pleno iure, adeo quod, cum ipsa vacare contigerit, nullum presentare teneantur ad eandem nec eam alicui conferre, sed hoc solum procurare, quod per monachos suos misse legantur ibidem, sicut legi hactenus consueverunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes eciam huius rei sunt: Iohannes prepositus Butsowensis et Gerhardus in eadem ecclesia vicarius, capellani nostri, Iohannes, Godefridus et Godefridus milites dicti de Bůlowe et plures alii fide digni. Datum et actum Butsowe anno domini millesimo CCC° quinto, quarta feria intra festum pentecostes.

Nach dem Originale, dessen Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Neuenkamp Nr. 68. Abschrift im Neuenkamper Copiar im Staatsarchiv Wetzlar. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1085.

Gedruckt bei Fabricius, Rügische Urkunden IV 1 S. 41 Nr. 339. Meckleb. Urkundenbuch V S. 216 Nr. 3005.

2227.

1305 Juni 15.

Der Stralsunder Bürger Johann von Gnoyen begründet eine mit sechs Hufen in Langendorf ausgestattete Vikarie an der St. Nikolaikirche zu Stralsund.

Quia pium, salubre est et decretum omnium bonorum largitoris, pro eternis caduca et transitoria impendere et de animarum salute curam et sollicitudinem gerere, cum status mundi, proe dolor! de die in diem peyoratur et rarissime per successores predecessorum salus animarum piis usibus procuratur, sed magis divinus cultus vilipenditur et minuitur, ego Iohannes de Gnoyen[1]), civis Sundensis, ad honorem dei omnipotentis sueque beatissime matris virginis Marie et omnium sanctorum suorum pro remedio meorum peccaminum ac pro salute animarum meorum parentum, propinquorum et benefactorum et omnium fidelium defunctorum sex mansos ville Langhedorp adiacentes cum omni iudicio maiori et minori, cum omni peticione et exactione, cum omnibus fructibus, proprietatibus et libertatibus, qui nunc sunt in dictis mansis et in perpetuum subacquiri poterunt, sicut mei fore dinoscuntur per donacionem, resignacionem et assignacionem principum terre Ruye, do, assigno et volo, quod mansi predicti cum omnibus prius expressis ad dotacionem et instauracionem unius vicarie in ecclesia sancti Nycolai in Sundis facte per me et fundate maneant, et sacerdoti sive clerico, cui provisum de eadem fuerit, respondeatur redditibus et omnibus emolimentis inde derivantibus per colonos predictorum mansorum annuatim expedite; ego vero Iohannes de Gnogen antefatus nichil michi nec meis heredibus seu amicis in mansis predictis vel in redditibus dictorum mansorum, in iure vel servicio, sed solummodo ius patronatus reservando. Nolo eciam, quod aliquis in genere meorum successorum magis quam ius patronatus in eisdem mansis seu redditibus sibi presumat usurpare ac predictos mansos, redditus vel colonos novo iure, nova iusticia ac precaria inpetendo, sed volo, quod omnia et singula, que de sex mansis derivari poterunt in iure maiori, minori ac

servicio et cuiuscunque momenti emolumentum fuerit[2]), solummodo cedat vicario eiusdem vicarie et omnia et singula premissa perpetuis temporibus duratura. Sed concedo, quod mei heredes et amici ipsam vicariam amminiculis dotando possunt augmentare. Ut huius vicarie fundacio et instauracio firma et inconvulsa maneat et duratura perpetue, presentem litteram meo sigillo sigillavi. Anno domini millesimo tricentesimo quinto, ipso die beati Viti, presentibus discretis et honestis viris dominis Ottone Sloren, Eykoni(!), Iohanni(!) de sancto Spiritu presbiteris, Thiderico de Dorpen proconsuli (!) Sundensi, Conrado Redderi, Ghorwino de Semmelouwe, Bertrammo Travenemunde, consulibus ibidem, ad premissa vocatis et rogatis.

1) de Gnoyen übergeschrieben. 2) fuerit übergeschrieben.

Nach dem Originale mit an einem Pergamentstreifen anhängendem Siegel des Ausstellers im Archive des geistlichen Kalands in Stralsund im dortigen Rathsarchive (Schr. II Schiebl. 6).

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 41 Nr. 340.

2228.

1305 Juni 16 Mistorf.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt der von dem Ritter Dietrich Moltke zu Schlackendorf gegründeten und von ihm geweihten Kirche ihr Pfarrgut und trennt sie von der bisherigen Mutterkirche zu Schorrentin ab.

Heinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Noverint universi tam presentis temporis quam futuri, quod strennuus miles dominus Theodericus dictus Moltheco construxit ecclesiam in villa Slawekestorp et eam fundavit cum libertate et hereditate duorum mansorum sub suis terminis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus et apposuit dicte capelle villam Karniz et integrum modium siliginis et duos modios avene de quolibet manso villarum predictarum, siliginem et unum modium avene ad sustentacionem sacerdotis et reliquum modium avene ad sustentacionem custodis eidem ecclesie pro tempore deservientis et redditus octo solidorum ab areis dictarum villarum et libertatem et hereditatem unius iugeris in villa Slawekestorp custodi predicto. Nos quoque dictam ecclesiam dedicavimus et consecravimus anno domini M° C° C° C° V°, feria quarta post festum trinitatis in honore beatorum Petri et Pauli apostolorum ipsique addotavimus dictos duos mansos, ut est premissum, excepta iuridicione, et duas villas prenotatas et modium siliginis et duos modios avene cuiuslibet mansi villarum predictarum. Insuper ipsam ecclesiam de consensu Bordekini plebani in Scorentin, que mater est ecclesie memorate, eximimus ab ecclesia matrice Scorentin, ita tamen quod dictus Bordekinus temporibus vite sue dictam ecclesiam Slawekestorp officiabit, post mortem vero ipsius Bordekini ius patronatus ecclesie Slawekestorp ad dictum dominum Theodericum Moltheke et ad suos heredes libere divolvetur. In recompensam vero exempcionis predicte dictus Theodericus miles assingnabit successori dicti Bordekini redditus trium marcarum cum dimidia in villa Trebelin, quod presentibus auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus. Ut autem hec ordinacio et nostra confirmacio stabilis et inconcussa perseveret, presentem cartam desuper confectam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes huius sunt: Sifridus

archidyaconus Stolpensis, Heinricus de Rokeniz, nostre curie notarius, Woldericus plebanus in Levin, noster officialis, Gerhardus plebanus in Wodow, noster capellanus, et alii quam plures fide digni. Datum Mistorp anno et die prenotatis.

Nach dem Originale mit an Pergamentstreifen anhängendem Siegel mit Rücksiegel im Geh. u. Hauptarchive zu Schwerin (Moltke'sche Urkunden).

Gedruckt im Meckleub. Urkundenbuch V S. 217 Nr. 3007.

2229.

1305 Juni 18.

Herzog Otto I. verleiht dem Petrus von Brakel und seinem Vetter (patruelis) Johann von Brakel, Bürgern in Stettin, die beiden Reglitze.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus Stetinensis universis audituris presencia et visuris salutem in omnium salvatore. De gestis hominum sepe solet grandis altercatio suboriri, nisi lingua testium robur adhibeat et scriptura. Huius rei causa recognoscimus manifeste, quod nos dilectis ac fidelibus nostris Petro de Brakel suoque patrueli Iohanni de Brakel honestis concivibus in Stetin coniuncta manu iusto titulo pheodali contulimus ambas aquas vulgariter Regeliz dictas cum insula eisdem fluminibus circumrapta, incipiendo a loco, ubi distinctio terminorum ville Pudeiuch terminatur, usque ad locum Berneresgrave dictum feliciter et quiete perpetuo possidendas cum omni iure et omni utilitate, que nunc et in futurum exinde poterit provenire. In cuius habundantem firmitudinem dedimus eis presentem litteram nostri sigilli munimine roboratam, adhibitis testibus infra scriptis: videlicet domino Dithmaro abbate in Colbaz, Willikino de Trampe, Theoderico dicte Luchte nostro marscalco, Iohanne de Hindenburgh, Iohanne et Wernero dictis Bokeman, militibus, et quam pluribus aliis fide dignis. Datum anno domini M° CCC° V°, XIIII° Kalendas Iulii.

Nach dem Originale mit an rosa Schnüren anhängendem Reitersiegel des Herzogs im Stadtarchiv Stettin Nr. 32. Diplomatar. civit. Stet. Pars II Nr. 7. Rothes Buch der Stadt Stettin S. 91 (mit Iunii statt Iulii). Auszug im Grenzbuch von 1567 im Stettiner Staatsarchiv, Depos. Stettiner Akten Tit. XII Sect. 7 Nr. 20 fol. 41. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1065.

Auszüglich gedruckt bei Hering, Historische Nachrichten von Stettin, Kap. I Nr. 12.

2230.

1305 Juli 8 Treptow a. R.

Neveling schenkt den Dominikanern in Camin ein Gewässer, aqua Caminensis genannt, wofür sie einen Altar bauen und daran Messen für Herzog Barnim I. und seine Gemahlin Margarethe, für Herzog Wartislaw IV. und die verstorbene Gemahlin Sophia des Herzogs Bogislaw IV. und seine jetzige Gemahlin Margaretha und für des Stifters Vorfahren lesen sollen.

In nomine domini amen. Quoniam ea, que in tempore aguntur, ne quaquam deficiant, necesse est scriptis perpetuis commendari, ego Nevelingus divino inspiratus consilio ad [honorem et laudem] dei et sancte crucis et Marie virginis gloriose presentibus protestans notumque esse

cupimus presentibus et futuris, quod fratribus predicatoribus in Camyn dedi aquam, que dicitur Caminensis, sicut [ego eam ha]bui, absoluto in remissionem omnium peccatorum meorum, illa subposita condicione, quod altare debent construere in ecclesia sua, ubi singulis diebus missa celebretur, perpetuo permansurum. [Ibidem enim] erit perhennis memoria predictorum, videlicet domini ducis Barnim et domine Margarete uxoris sue et domini Wartizlai et domine Sophie quondam uxoris domini Bugzlai illustris principis nostri [et sui ipsius] et domine Margarete nunc uxoris sue et omnium progenitorum meorum in domino defunctorum. In huius rei evidentiam sigillum meum duxi presentibus apponendum. Testes huius rei sunt hii: dominus Wilhelmus rector ecclesie in nova Trebetow et frater Hinricus et frater Martinus ordinis Premonstratensis, Hinricus Manduvel, Otto Borentyn, Lupus Smelingi[1]). Datum in nova Trebetow. Anno domini M° CCC° V°, in die sanctorum martirum Kiliani et sociorum eius.

1) Original verschrieben Mselingi, Matrikel richtig Smelingi.

Nach dem an der rechten Seite stark beschädigten Originale, dessen Siegel nicht mehr vorhanden ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Bisthum Camin Nr. 14 a. Originaltranssumpt von 1305 Juli 17 (s. unten Nr. 2233). Originaltranssumpt von 1319 Mai 3 im Staatsarchiv Stettin a. a. O. Nr. 29. Danach bezw. nach dem Transsumpt und der Abschrift in der Caminer Matrikel im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 8¹ fol. 47 v ff. und I 8 a fol. 57 v) ergänzt. Transsumpt von 1319 und 1373 ebenda. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1082.

2231.

1305 Juli 13 Stettin.

Herzog Otto I. giebt dem Johannes von Wussow und seinen Erben folgende Prärogativen: 1. daß sie von den Gütern, die sie zu gesammter Hand haben, nicht dienen sollen, wenn der Herzog den Markgrafen von Brandenburg seine Vasallen schickt, 2. daß sie nur in Person dienen sollen, wenn der Herzog selbst bei dem Zuge ist, 3. daß sie frei von Strafen sein sollen, wenn sie sich bei der Zusammenberufung der Vasallen nicht finden lassen.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Schlavorum et Cassubiae ac dominus Stettinensis omnibus praesens scriptum visuris seu audituris salutem in domino sempiternam. Quoniam fragilis est humana memoria nec sufficit ad retinendum singula, imo novis supervenientibus vetera proiicit, oportet actus hominum memorabiles, ne in oblivionem decidant, literis perhennari. Noverint igitur[1]) universi praesentis temporis et futuri, quod nos fidelibus nostris vasallis Iohonni de Wussow et suis veris haeredibus has praerogativas donavimus perpetuo possidendas: videlicet quod si consanguineis nostris dilectis dominis marchionibus aut aliis quibuscunque terrarum dominis nostros vasallos concesserimus, in hoc casu ab eis de bonis pheodalibus, quae de manu nostra tenent, servitium nullum penitus requiretur. Hoc insuper addicimus, quod si in aliqua nostra expeditione seu reysa in propria persona fuerimus, in eadem et ipsi scilicet Iohannes et ipsius proximi haeredes erunt propriis in personis, nisi forte infirmitatis vinculo sint detenti. Quandocunque vero nos revertimur ab ipsa expeditione seu reysa, tunc et ipsi habebunt revertendi licitam ac liberam facultatem. Item adiicientes, quod quando nobis et terminis nostris gwerra ingruerit, vel quando amicis nostris in subsidium venerimus et in illa expeditione seu reysa personaliter non fuerimus, saepius dicti Iohannes et sui haeredes pro se mittere poterunt virum aliquem ad hoc idoneum, qui eorum vices suppleat serviendo, nequaquam autem in tali expeditione seu reysa servire cogentur propriis in personis.

Praeterea addidimus eisdem, quod si convocationem sive congregationem nostrorum vasallorum habuerimus et saepedicti Iohannes et ipsius haeredes ad eam non venerint, non poenam dabunt[2]) nec aliqua alia gravedine gravabuntur huius absentiae propter causam. Ut igitur omnes praerogativae praenotatae ipsis firmae maneant et illesae, dedimus eis praesentem paginam nostro sigillo firmiter roboratam. Testes huius donationis nostrae sunt: dominus Ditmarus abbas in Colbatz, Thidericus Luchte, noster marscalcus, Willekinus Trampo, Gerhardus de Bertecow, Henningus et Wernerus dicti Bokeman et Henricus Pokalent, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Stettin anno domini M° C° C° C° V°, in die Margaretae virginis gloriosae.

[1]) igitur fehlt in A. [2]) Verschrieben pandabuntur. A.

Nach der beglaubigten Abschrift (von 1587) im Staatsarchiv Stettin, Stettiner Archiv Pars I Tit. 57 Nr. 15 fol. 34 (A). Abschrift des 18. Jahrhunderts im Diplomatar. familiae Wussow (Mscr. I 47) Nr. 10 (B).

2232.

1305 Juli 17 Altdamm.

Herzog Otto I. verkauft dem Kloster Colbatz das Dorf Klütz mit allen Zubehörungen, Einkünften und Gerechtsamen.

In nomine domini amen. Nos Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin omnibus inperpetuum. Tanta est labes invidencium, ut eciam actis principum, que racione previa maturo consiliorum digesta sunt colloquio, male furibunda detrahere non formidat(!). Huic autem volneri congruum adhibentes remedium effectum nostre voluntatis perpetuo permansurum testimonio litterarum et testibus ad posteros transferendum[1]) duximus, ne, quod a nobis racionabiliter ac pietatis urgente stimulo gestum est, lingwa[2]) pravorum male interpretacionis scrupulo audeat depravare. Hinc est quod ad noticiam universorum tam presencium quam futurorum devenire cupimus, quod vasallorum nostrorum accedente consilio villam nostram Clutz dictam cum omnibus terminis suis et iuribus, quibus eam hactenus habuimus, dilectissimo nobis in Christo Dithmaro abbati monasterii de Colbas eiusdemque loci conventui ac ipsorum posteris pro condigna pecunia iam ex integro soluta vendidimus, donavimus et contulimus iusto libertatis ac proprietatis titulo perpetuo possidendam cum omnibus suis utilitatibus, agris videlicet cultis et incultis, nemoribus, silvis, usuagiis in busco et plano, paludibus, pratis, pascuis, in aquis et rivis, in piscacionibus, in viis et semitis; piscacionem quoque in Regata quantum terminus adiacet dicte ville, et omni iure et utilitate alia, que nunc est vel in futurum haberi poterit, volentes insuper eandem villam exaccione, precaria esse liberam et ab omni servicio publico et privato. Ceterum predictis domino Dithmaro abbati de Colbas eiusdemque loci conventui ac ipsorum successoribus[3]) hanc donavimus libertatem, ut[4]) in dicta villa et ipsius terminis eandem habeant libertatem et iurisdicionem exerceant, quam in ceteris suis bonis exercent, sicud ex nostra nostrorumque donacione et progenitorum confirmacione habent et hactenus habuerunt. Ut autem hec nostra vendicio simul et donacio inviolabiliter per nos et nostros successores observetur perpetuo, presentes litteras inde scribi fecimus et nostri appensione sigilli iussimus communiri. Testes huius nostre vendicionis simul et donacionis sunt

dominus Theoderious Luchto nostre curie marscalcus, Iohannes dictus Bokeman, tunc noster advocatus, et alii quam plures fide digni. Datum Dambe anno domini MCCCV°, sabbato post divisionem apostolorum.

1) Originalmatrikel verschrieben transferanda, die Kiel'sche Abschrift hat richtig transferendum. 2) ligwa. Matrikel. 3) Originalmatrikel verschrieben antecessoribus, die Kiel'sche Abschrift hat richtig successoribus. 4) libertatem et. Matrikel.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Nr. 63 fol. 16 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1061.

2233.

1305 Juli 17 Wolgast.

Herzog Bogislaw IV. bestätigt und transsumirt die Urkunde Nevelings für das Caminer Dominikanerkloster vom 8. Juli (oben Nr. 2230), die Schenkung des Caminer Wassers betreffend.

Litteras strenui militis nostri vazalli Neveling dicti vidimus non abolitas nec cancellatas neque in qualibet sui parte viciatas in hec verba:

Folgt die Urkunde vom 8. Juli.

Hanc erogacionem [legabiliter datam confirma]mus ratam, ne quispiam eam infringat [ausu temerario, inviolabite]r una cum nostris heredibus servaturi. [Datum Wolgast sabbato] ante diem beate Marie Magdalene [per manus Hinrici Wolden]berk in an[nis eius]dem incarnacionis.

Nach dem Originale, von dessen unterer Hälfte nur die rechte Hälfte erhalten ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Bisthum Camin Nr. 15 a. Abschrift in der Caminer Matrikel fol. 47 v. Danach sind die Lücken des Originals in [ ] ergänzt.

2234.

1305 Juli 19 Prag.

König Wenzel III. von Böhmen und Polen verleiht dem Peter von Neuenburg die drei Dörfer Schirotzken[1]), Reetz[2]) und Stubno[2]), die ihm von König Wenzel II. für 200 Mark verpfändet waren.

Nos Wenczeslaus dei gracia Boemie et [Polonie rex] fatemur tenore presencium universis, felicis memorie dominum Wenceslaum Boe[mie] et Polo[nie regem patr]em nostrum karissimum fideli nostro dilecto Petro de Neunburk filio Swencze palatini Pomoranie [in ducentis] marcis argenti Pragensis ponderis pro dote . . . uxoris sue filie Theodrici iuve[nis S]paczm[anni] villas Sroczko et Rossins cum villula adiacente dicta Stobno sitas in dicta Pom[erania obligasse], ut eas tamdiu ipse Petrus teneret, quousque sibi per dictum patrem nostrum eedem ducente [marce solverentur]. Et quia ipse pater noster morte preventus dicto Petro ipsas ducentas marcas non persol[vit, nos villas predict]as pro ipsis ducentis marcis dicto Petro damus volentes, ut ipse Petrus et heredes [sui villas easdem cum] omnibus utilitatibus, iuribus et pertinenciis ipsarum, sicut eas dictus pater noster tenuit, [tenere debeant in perpetuum iure] hereditario et

habere. In cuius rei testimonium presentes litteras [fieri et maiestatis nostre sigillis iussimus] communiri. Datum Prage per [manus] magistri Petri prothon[otarii nostri anno domini millesim]o trecentesimo quinto, XIIII° Kalendas Augusti, indiccione tercia, reg[norum] nostrorum anno primo.

[1]) Kreis Schwetz. [2]) Kreis Tuchel.

Nach dem sehr beschädigten Originale im Staatsarchiv Königsberg. Abschrift ebendaselbst im Folianten 67 (früher A. 18) fol. 40 v. Nach der Abschrift sind die Lücken ergänzt. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1072.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch S. 562 Nr. 638.

2235.

1305 Juli 19 Prag.

König Wenzel III. von Böhmen und Polen bestätigt dem deutschen Orden das von Peter von Neuenburg gekaufte Dorf Stargard.

Nos Wencezlaus dei gracia Boemie et Polonie rex notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, cum fidelis noster dilectus Petrus de Numburk filius Swencze palatini Pomoranie villam Stargard quondam Ade castellani Sweccensis sitam in terra nostra Pomoranie, que propter infidelitatem eiusdem Ade, quam contra felicis memorie dominum Wencezlaum Boemie et Polonie regem patrem nostrum karissimum commiserat, ad ipsum patrem nostrum fuerat racionabiliter devoluta et data per dictum patrem nostrum ipsi Petro, cruciferis ordinis domus Theutonie vendiderit, nos ad supplicacionem dicti Petri vendicionem predictam ratam habentes et gratam ac ei nostram benigne prestantes assensum ipsam auctoritate nostra regia confirmamus et volumus, quod dicti cruciferi eandem villam teneant, sicut in dicta terra Pomoranie tenent alia bona sua. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillis magestatis (!) nostre iussimus communiri. Datum Prage per manus magistri Petri prothonotarii nostri anno domini millesimo trecentesimo quinto, XIIII° Kalendas Augusti, indiccione tercia, regnorum nostrorum anno primo.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Königsberg (Schiebl. 51, Nr. 1). Abschrift ebendaselbst im Folianten 67 (früher A. 18) fol. 41. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1073.

Gedruckt bei Voigt, Cod. dipl. Prussicus II 57, 58 n. XLIX und bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch S. 561 Nr. 637.

2236.

1305 Juli 25 Demmin.

Herzog Otto I. schenkt dem Heiligengeist-Hospital zu Demmin einen Hof von $3^1/_2$ Hufen im Dorfe Pensin.

Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubie atque dominus Stettin omnibus in perpetuum. Ne acta principum etc. Hinc est quod notum esse volumus universis praesentibus, quod nos maturo fidelium nostrorum consilio, nostrae animae salutis non immemores, pauperibus et domui sancti Spiritus in Demin proprietatem super quarto dimidio manso in Pensin, quos Ioannes

miles de Wacholt habuerat in pheudo, cum omni iure et usufructu, quod nobis competere poterat in eisdem, libere contulimus perpetuo possidendam. Ut igitur haec nostra donatio robur perpetuae firmitatis obtineat, praesentem litteram nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum Dimyn anno domini M° CCC° quinto, in die beati Iacobi apostoli; praesentibus Hermanno de Ost, Heinrico Wolpe, militibus nostris, Bernardo de Stochem, Emeko Hasenkroch, consulibus in Dimyn.

Nach Stolle, Geschichte der Hansestadt Demmin p. 254, dessen handschriftliche Vorlage nicht mehr aufzufinden ist.

2237.

1305 Juli 25 Demmin.

Herzog Otto I. bestimmt dem Nonnenkloster zu Verchen die Größe des Dorfes Mesiger zur Zahlung der Beden auf 30 Hufen.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetyn omnibus in perpetuum. Evanescunt cum tempore, que in tempore ordinantur, si non stabiliantur legitimis documentis et principum publicis instrumentis. Quocirca notum esse volumus nationibus presentibus et futuris, quod nos ob reverentiam dei omnipotentis necnon intemerate virginis Marie genitricis eiusdem pro nostra predecessorumque nostrorum salute et ad petitionem domini prepositi, priorisse et conventus sanctimonialium ecclesie sancte Marie virginis in Verchen villam dictam Mesegor in suis terminis de triginta mansis precariam et non de pluribus in perpetuum statuimus conferendam, ut ex hoc homines dicte ville sustentacionem commodiorem poterint (!) obtinere, et ut ipsi eciam eo copiosius preposito, priorisse et conventui ecclesie prehabite suam annuam pensionem valeant ministrare. Ne autem super hoc facto aliquod dubium in posterum oriatur, hanc paginam sigilli nostri inpressione signatam predicte ecclesie in testimonium validum erogamus. Huius rei testes sunt Reybernus de Wacholt, Hermannus de Osth et Arnoldus frater eiusdem, Heynricus Vos, Bernardus Moltzan, Gerrardus de Zwerin, Heynricus Oldwici, Hermannus de Deven, Conradus de Brocke, Iohannes de Penitz, Albertus Luche, milites, et alii quam plurimi fide digni. Datum Dymin anno domini M° CCC° quinto, ipso die Iacobi apostoli.

Nach der Dreger'schen Abschrift der Verchener Matrikel (Löper'sche Bibliothek Mscr. 222) Nr. 36. Dreger Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1063.

Gedruckt bei Lisch, Urkundensammlung zur Geschichte des Geschlechts von Maltzan III S. 13 Nr. 444. Gollmert, Geschlecht von Schwerin III S. 86 Nr. 45 (Auszug).

2238.

1305 August 2.

Herzog Otto I. bestätigt und erweitert der Stadt Stettin, zum größten Theil in wörtlicher Uebereinstimmung mit der Urkunde vom 26. Mai (oben Nr. 2224) die das Erbrecht, namentlich die „Radeleve" betreffenden näheren gesetzlichen Bestimmungen.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus Stetinensis presentia visuris omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que fiunt in tempore, simul cum tempore defluunt et tabescunt, oportet hominum gestis memoria dignis muniis litterarum succurrere, ne

cum hominibus morientibus moriantur, sed cum litteris perseverantibus in perpetua noticia perseverent. Proinde notum esse volumus Christi fidelibus presentibus[1]) ac futuris, quod nos de maturo vasallorum nostrorum consilio dilecte civitati nostri Stetin necnon civibus eiusdem ultra ius Magdeburgense ipsis indultum a carissimo patre nostro domino Barnym felicis memorie dedimus ac donavimus duo iura specialia subnotata: primum est, quod de hereditate, que communiter radeleve nuncupatur, debent oves, vasa argentea potuum, coclearia argentea ammodo esse penitus amputata. In hiis enim idem ius observari volumus, quod ibidem in ceteris bonis hereditariis et mercimonialibus observatur, medietas autem mensalium, balneaminum, lectorum cum suis attinenciis spectabit ad radeleve, alia horum medietas ceteris heredibus pertinebit; velamenta vero, que umbehangeslakene vulgariter nominantur, vestes mulieris, fibule, anuli, ornamenta fabricata, que spectant ad vestes mulieris, et cetera, que secundum ius Magdeburgense annumerari consueverunt, debent ad radeleve integraliter pertinere. Secundum est, quod quicunque maritus non dat uxori sue aliqua bona in placito coram prefecto et scabinis, si talis prius moriatur quam uxor nec habeant simul aliquos pueros, uxor tollet omnium bonorum suorum terciam portionem; si autem simul habeant pueros, tunc cedet uxori tanta pars de bonis mariti premortui, quanta uni cedere poterit puerorum. Ut igitur hec omnia inviolabiliter perpetuis temporibus observentur, presentem paginam inde confectam sigilli nostri appensione et testium subscriptione iussimus roborari. Sunt autem testes vir reverendus dominus Dithmarus abbas de Colbaz, Thidericus dictus Luchte noster marschalcus, Willikinus Trampe, Henningus et Wernerus dicti Bůkeman, Gherardus de Bertecow, Hinricus de Pokelent, milites, et alii quam plurimi fide digni. Datum anno domini millesimo CCC° quinto, IIII° Nonas Augusti per manum Gherardi nostre curie notarii.

[1]) Im Original steht presentibus doppelt.

Nach dem Originale mit an rosa Seidenschnüren anhängendem, sehr wohl erhaltenem Siegel Herzog Ottos im Stadtarchiv Stettin, Nr. 33. Diplomatar. civit. Stettin Pars I Nr. 32. Rothes Buch der Stadt Stettin p. 6, 7. Abschrift im städtischen Archiv s. r. Tit. I Sect. I Nr. 2 fol. 13 (deponirt im Staatsarchiv).

2239.

1305 August 2.

Herzog Bogislaw IV. stellt der Stadt dieselbe Urkunde über die „Radeleve" aus wie Herzog Otto.

In nomine domini amen. Buguzlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie presencia visuris etc. wörtlich übereinstimmend mit der Ausfertigung Herzog Ottos mit folgenden Abweichungen: ummehangeslakene statt umbehangeslakene, iudicio confirmato statt placito, puerum vel pueros statt aliquos pueros, puerum aut pueros statt pueros, perpetuo inviolabiliter statt inviolabiliter perpetuis temporibus, presens scriptum statt presentem paginam, inde confectam fehlt, appensione nostri statt nostri appensione, subscriptione testium statt testium subscriptione. Die Zeugenreihe lautet: Sunt autem testes dominus Dithmarus abbas in Colbaz, Henningus de Heidebrak, Henningus dictus Bere noster marschalcus, Tzabellus dictus Lepel, Olricus de Ost, Iohannes de Hindenburgh, Bernardus de Lest, milites, et quam plures alii fide digni. Datum per manum Heinrici nostre curie notarii anno domini millesimo CCC quinto, quarto Nonas Augusti.

Nach dem Originale mit an rosa Schnüren anhängendem Reitersiegel des Herzogs im Stadtarchiv Stettin Nr. 34. Diplomatar. civit. Stettin Pars I Nr. 32. Rothes Buch der Stadt Stettin p. 7. Abschrift im städtischen Archiv (deponirt im Staatsarchiv) s. r. Tit. I Sect. I Nr. 2 fol. 13. Originaltranssumpt von 1309. Juni 15 im Stadtarchiv Stettin, Retranssumpt von 1371 Juli 13 ebenda Nr. 115.

Vergl. Schwartz, Pommersche und Rügische Justizhistorie p. 27; Westphalen, Monumenta inedita IV 118.

2240.

1305 August 4 Wolgast.

Herzog Bogislaw IV. schenkt der Stadt Wolgast das Eigenthum von 4 Mark jährlicher Einkünfte aus der Zise-Mühle, desgleichen den halben Teich und die halbe Mühle dieses Namens.

Bugislavus dei gracia dux Schlavorum et Cassubie universis presencia visuris vel audituris salutem in domino. Ut ea, que per nos vel fideles nostros rationabiliter fuerint ordinata, robur obtineant et vigorem, volumus, ut sic in eis veritas elucescat, ne successorum versutia locum habeat in eisdem. Eapropter notum esse volumus universis tam presentis temporis quam futuri, nos nostris dilectis consulibus ac civibus civitatis nostre Wolgast IIII marcarum redditus, quos sibi a Wernero milite et a filiis fratris sui Ioannis dicti Lepele ac eorum veris heredibus iuste et legaliter compararunt in molendino Cise-mölen dicto, proprietatem erogasse, preterea dimidiam piscinam ibidem cum fundo, quod dicitur vulgariter eyne deichschall, superiori et dimidium molendinum iam praenotatum cum omnibus attinentiis ad ius predicte civitatis cum libertate et proprietate legitima donatione perpetuo condonamus, ita videlicet, quod dicti consules ac civitatenses hac donatione libere et feliciter iusto donationis titulo perfruantur. Ne igitur super hiis dubium oriatur, presens instrumentum exinde confectum cum sigilli nostri appensione iam sepe dictis civibus duximus largiendum. Testes huius rei sunt Henricus de Renov, Fridericus Thuringus, Nicolaus Lodor, Iacobus de Westenbrüggendorp, Sabellus Lepel, milites, Otto Bonis, Gerardus Boz, Albertus Reze, armigeri, et alii quam plures fide digni. Datum et actum ante castrum Wolgast anno salutari MCCCV, feria quarta ante festum beati Laurentii martyris gloriosi per manus Henrici Woldenborch nostri notarii.

Nach der Abschrift in dem Msr. Pomer. Fol. 146 der Greifswalder Universitätsbibliothek, Wolgast Nr. 5

2241.

1305 August 9 Warp.

Herzog Bogislaw IV. bestätigt den durch seinen Bruder Herzog Otto abgeschlossenen Verkauf des Dorfes Klütz an das Kloster Colbatz (oben Nr. 2232).

In nomine domini amen. Nos Buguzlaus dei gratia dux Slavorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Progenitorum nostrorum inherentes vestigiis ex suscepte gubernacionis officio nos tueri habundantius obligamur et copiosis beneficiorum subsidiis ditare per amplius, qui que sua sunt relinquentes sub celesti principe firmi proposito militare delegerunt. Ea propter ad noticiam tam presentium quam futurorum devenire cupimus per presentes, quod donacionem sollempnem nichilominus et venditionem proprietatis et possessionis ville dicte Cluz cum terminis suis et piscationibus, quam karissimus frater noster, dominus Otto dux Slavorum et Cassubie, fecit monasterio Colbacensi et fratribus inibi deo famulantibus, confirmamus, gratum et ratum habituri, quicquid libertatis et iuris predictus frater noster dominus Otto dux Slavorum dicto monasterio de Colbaz contulit, vendidit simul et donavit in proprietate et iure memorate ville, sicut in privilegiis super hoc a karissimo fratre nostro datis plenius est expressum. In cuius rei testimonium presentes litteras dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Testes

huius nostre confirmationis sunt Henningus Ursus nostre curie marscalcus, Henricus Heyden, Henricus de Reno, Zabellus Lepel, Wernerus Lepel, milites, et alii quam plures fide digni. Datum Warpe anno domini M° CCC° quinto, in vigilia beati Laurentii martiris.

Nach dem Originale mit anhängendem großen Reitersiegel Herzog Bogislaws im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Colbatz Nr. 4. Abschrift in der Colbatzer Originalmatrikel Nr. 62 fol. 16 v. Dreger, Cod. Pomer. dipl. mscr. V Nr. 1066.

2242.

1305 August 10 Dirschau.

Peter von Neuenburg, Starost von Pommerellen, Peter, Castellan, und Ramota, Unterkämmerer von Dirschau, beurkunden, daß das Kloster Oliva von Jacob von Irsgnina den Platz zu einer Mühle an der Spangau erhalten hat.

Nos Petrus de Nuenburch capitaneus terre Pomoranie . . . . . universis Christi fidelibus presentem paginam visuris cum salute perpetua in domino semper pie vivere et valere. Recognoscimus ac universitati vestre publice protestamur, quod . . . . . Actum et datum in Dersovia anno domini M° CCC° quinto, in die beati Laurencii gloriosi martiris et levite.

Nach dem Druck bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch S. 565 Nr. 642.

2243.

1305 August 10 Dirschau.

Peter von Neuenburg, Starost von Pommerellen, Peter, Castellan nnd Ramota, Unterkämmerer von Dirschau, beurkunden, daß die Brüder Heinrich und Johann Swadaiwiz dem Kloster Oliva an der Spangau einen Platz zu einer Mühle nebst einem Theil ihres Dorfes Swaroschin verkauft haben.

Nos Petrus de Nuenburch capitaneus terre Pomoranie . . . . . universis Christi fidelibus presentem paginam visuris cum salute perpetua in domino semper vivere et valere. Recognoscimus ac universitati vestre publice protestamur[1]), quod . . . . . Actum et datum in Dersovia anno domini millesimo CCC° quinto, in die beati Laurencii gloriosi martiris et levite.

[1]) protastamur. Orig.

Nach dem Orignale im Staatsarchiv Königsberg (Schiebl. LVI Nr. 2).

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch S. 564 Nr. 641.

2244.

1305 August 16 Massow.

Bischof Heinrich von Camin trifft Anordnungen über Präbenden des Kapitels zu Güstrow.

Ein brieff Hinrici, bischoffs zu Cammin, darin er anzeigt: Nachdem das capittel zu Gustrow Iohanni Cossen canonico an statt einer kleinen präbenden 6 mark wendisch ierlichs

zu geben zugeeignet, aber nur so lange, biss er eine grossere erlange, und er nu zu einer grossern gekommen, so sollen die 6 mark hinferner keine präbende sein, sondern insgemeine unter die canonicos geteilet werden, wie zuvor geschehen. Dieweil auch das capittel Hinrico von Rokenitz auffs new an statt einer kleinen präbenden die hebungen von zwen hufen im dorffe Babin vorschrieben, soll es gleichssfalss damit wie mit dem vorigen gehalten werden. Datum Massow 1305, in crastino assumptionis beatae Mariae virginis.

Nach Clandrian, Registratur S. 331.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 228 Nr. 3020.

2245.

1305 August 22 Stettin.

Die Brüder Johannes und Hermann Torgelow verpflichten sich, von 6 Hufen in Kuhhagen nicht mehr als 2 Mark von jeder Hufe an kleinen Zehnten zu fordern.

Notum sit universis hanc litteram inspecturis, quod nos Iohannes et Hermannus Torghelowen fratres de bonis, que habemus in indagine Cohaghen de duce Stetinensi, videlicet VI mansos, de quibus mansis nichil magis sumus recepturi [1]), quam de quolibet manso annuatim duas marcas pro universo pactu et in universo de omnibus mansis XXIIII solidos, quos comportabunt universi cives eorundem bonorum in festo apostolorum Philippi et Iacobi pro minuta decima, que vocatur vulgariter smalentegheden, et hoc firmavimus litteris sub sigillo nostro, sive vendamus bona nostra supradicta sive non. Et cuius erunt hec statuta de bonis illis: sine fine durabunt nec augentur, quia non minuentur. Huius rei testes sunt Iohannes Berten et Gherbertus et Hermannus Tabernarius, omnibus commorantibus in Kohaghen. Anno domini M° CCC V, datum in Stetyn, in octava assumpcionis sancte Marie virginis.

[1]) Der Relativsatz müßte Hauptsatz sein, die Konstruktion ist verderbt.

Nach der Jasenitzer Matrikel Pars I Nr. 71 im Staatsarchiv Stettin.

2246.

1305 September 15 Colberg.

Die Stadt Colberg schließt mit dem Abte Nathan und dem Konvent des Klosters Belbuck einen Vergleich wegen der beiderseitigen Grenzen.

Universis Christi fidelibus, quibus presentes littere oblate fuerint et presentate, consules ac commune civitatis Colbergh honoris et obsequii continuum incrementum. Ad hoc scripture fieri consueverunt, ut quod factum est per eas possit eo facilius comprobari. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris, quod quitquit disparitatis et ambiguitatis ex parte terminorum versus Regam inter dominum Nathan abbatem Belbucensem et suum conventum ac ecclesiam parte ex una et inter nos nostramque Colbergh civitatem parte versabatur ex altera, sedatum est amicabiliter hinc et hinc hoc modo videlicet, quod nulla obstante occasione a nostra civitate Colberghe versus Regam usque ad cruces seu arbores malbome communiter dictas inter prata

Duverinensia et villam Regam in signum distinctionis positas et sitas, deinde de iam dictis crucibus vel arboribus prope stagnum magnum in vulgo dictum Regesche ulterius ad locum, ubi flumen Blotznitz in stagnum ipsum fluendo cadit, et a iam dicto loco ulterius super eiusdem fluminis ripam vel littus procedendo ad terminos ville Borke civitatis nostre Colbergh limites protenduntur, et termini fine debito et amicabili terminati. Sed nos in ipso stagno pariter et in fluvio Blotznitz predicto nullam habebimus piscaturam. Est autem finitum placitando, quod neque dominus abbas nec suus conventus Belbucensis nec de suis officialibus quisquam in iam sepius nominato Blotznitz fluvio unquam aliquid diverticulum seu clausuram in layca lingua were nuncupatas construet, eo quod naves more solito pro suo commodo idem flumen intrare et pro necessitate communi ascendere, descendere possint libere, sine obstaculo iugiter et quiete. Quitquit igitur infra predicta loca et distinctionis signa malbome vulgariter vocata versus Colbergh continetur, nostre pertinet in perpetuum civitati, forinsecus vero versus Regam extra eadem loca et distinctionis signa contentum ad dominum abbatem et ad suam ecclesiam Belbucensem dinoscitur pertinere. Sed ne de huiusmodi terminorum distinctione inter dominum abbatem suumque conventum Belbucensem ex una et inter nos nostramque civitatem Colbergensem parte facta amicabiliter ex altera ab aliquibus possit in posterum dubitari, presentem litteram in verum huius facti testimonium ipsi domino abbati ac suo conventui dedimus universitatis nostre sigillo, ut cernitur, consignatum. Testes sunt Sifridus Cerdo, Hartmodus, Bertoldus Glasenap, Iohannes Gemelyn, Iohannes de Rocstocke, Iacobus Heydenrici filius, Nicolaus de Scutsow, Ditmarus Landesband, Iohannes Colbergh, Conradus Albus, Ioachim Hermannus Bodynck, Herderus Bolto, Iohannes de Monasterio, Gherardus Wicboldi filius, Henricus Sifridi filius, Goswinus, Nicolaus de Uznam, Wernerus Gemelyn, Iohannes iunior Stekelink, Bertoldus Albus, Nicolaus Baurus, Iohannes Bundo, Arnoldus Pellifex, Calvus Webelo, Gherardus de Lubeke, Tydemannus Monachus, Emodus, Retgerus Merenz, Hermannus de Verchemyn, Henninghus de Brunswyck, Iohannes Emelrici filius et alii quam plures fide digni. Datum Colbergh anno domini millesimo tricentesimo quinto, in crastino exaltacionis sancte crucis.

Nach dem Druck bei Wachsen, Geschichte der Altstadt Colberg S. 30, dessen handschriftliche Vorlage nicht mehr vorhanden ist.

2247.

1305 September 21.

Herzog Bogislaw IV. schenkt der Caminer Kirche das Eigenthum an 10 Mark jährlicher Rente aus den Gütern Reimars von Wacholtz in Pribbernow zu einer Präbende.

Buguzslaus dei gracia dux Sclavorum et Cassubie omnibus inperpetuum. Quoniam nobilium interest, ut ea, que ad cultum divinum faciunt, promoveant, foveant et aucmentent, hinc est quod nos, quantum in nobis ex divina gracia fuerit, aucmento cultus divini inniti volentes toto posse tam presentibus quam futuris cupimus fore notum, quod nos nomine nostrorum heredum de bona nostra voluntate pro salute nichiliominus (!) nostrorum progenitorum ac pro remissione nostrorum peccaminum ecclesie Caminensi, quam omni favore ac commoditate prosequi volumus, dedimus ac tribuimus proprietatem decem marcarum reddituum percipiendorum annis singulis ex bonis strennui militis domini Reymari dicti de Wachold in villa Pribbernow, que sita est iuxta villam Grandeshaghen nostre dominacionis deputatorum, siquidem ad quandam puerilem

prebendam in dicta ecclesia per venerabilem in Christo patrem ac dominum Heynricum eiusdem ecclesie episcopum nostrum compatrem dilectum noviter instauratam ab eadem ecclesia seu ab hiis, qui ad dictam prebendam percipiendam electi fuerint, quiete, pacifice et sine impedimento perpetuis temporibus possidendam, ut in dicta ecclesia multiplicatis prebendarum servitoribus domino deo, qui suos servitores centesimo fructu remunerat, eo gloriosius serviatur. Ne autem huiusmodi nostra donacio inposterum infringatur, presentem litteram exinde confectam nostro sigillo fecimus communiri. Datum anno domini M° C° C° C° V°, in die sancti Mathey apostoli.

Nach dem Originaltranssumpt von 1321 März 8 im Staatsarchiv Stettin s. r. Bisthum Camin Nr. 42. Abschrift dieses Transsumpts in der Caminer Matrikel im Staatsarchiv Stettin, Mscr. I 8[1] Pars I fol. 181 und I 8a fol. 199.

2248.

1305 September 29 Wolgast.

Herzog Bogislaw IV. überweist der Stadt Wolgast einen ihr von Konrad von Neukirchen resignirten Hof bei der Stadt zu vollem Eigenthum nach Lübischem Rechte.

In nomine domini amen. Buguzlaus dei gratia dux Slavorum et Cassubiae omnibus praesentia visuris in perpetuum. Quoniam ea, quae fiunt in tempore, simul cum tempore defluunt et labescunt, oportet hominum gestis memoria dignis muniis literarum succurrere, ne cum hominibus morientibus moriantur, sed in literis perservantibus in perpetuum notitia perserventur. Noscat igitur veneranda natio praesentium et felix successio futurorum, nos dilectis nostris consulibus et civitatensibus civitatis Wolgast de prudentia consiliariorum nostrorum et consilio proprietatem curiae militis Conradi de Nienkerken dicti, quae dictae adiacet civitati, cum omnibus actinentiis, campis, pascuis, pratis[1]), silvis, nemoribus ac rubetis, stagnis, lacubus, rivulis hinc inde decurrentibus liberaliter erogasse, ita videlicet, quod incolae dictae civitatis hac donatione secundum ius, quod huiusque possederunt, seu iurisdictionem, quod dicitur ius Lubicense, iusto donationis titulo libere et feliciter perutantur. Hanc etenim curiam dictus miles Conradus de Nienkerken cognominatus cum singulis et omnibus attinentiis, prout ipse cum suis filiis ac filiabus[2]) possederat et dicebatur possedisse, coram nobis dictis consulibus et burgensibus civitatis Wolgast iuste et legaliter resignavit, quam resignationem appropriavimus civitati Wolgasti, quod patet sufficienter in praescriptis. Ne ergo haec aliquo modo per nos nostrosve haeredes seu successores infringantur vel retractentur, praesens scriptum dilectae civitati contulimus nostri sigilli munimine roboratum. Testes huius rei sunt Lambertus Camminensis ecclesiae decanus, Henricus Heiden, Henricus de Reno, Wernerus, Zabellus, Theodoricus dicti Lepel, Iacobus de Westingenbrugge, Nicolaus Luder, Gensekinus, milites, Otto de Boys (Bonis?), Gerhardus Boz, Albertus Retze, noster advocatus, armigeri, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Wolgasti anno domini millesimo trecentesimo quinto, in die beati Michaelis per manum Henrici Woldenberch nostri notarii.

1) patris. Matrikel. 2) suisque filiis ac filiabus. Matrikel.

Nach der Wolgaster Matrikel im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 44) Nr. 3. Vidimirte Copie in der Universitätsbibliothek zu Greifswald Mscr. Pomer. Fol. Nr. 146 Wolgast Nr. 6. Abschrift im Wolgaster Archiv Tit. 42 Nr. 2 fol. 32 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1068.

2249.

1305 s. d. (September) Citeaux.

Die Cistercienser-Aebte Heinrich von Citeaux, Willorinus von Morimund, Alnodus von Altenkamp, Hermann von Walkenried und Dietrich von Pforta theilen dem Caminer Bischof Heinrich von ihrem Generalkapitel aus die Inkorporation des Klosters Stolp in den Cistercienser-Orden mit.

Reverendo in Christo patri ac domino domino episcopo Caminensi fratres Hinricus de Cistercio, Willorinus de Morimundo, Alnodus de Campo, Hermannus de Walkenrieth[1]) et Theodoricus de Porta dicti abbates cum devota reverencia salutem et oracionum suffragium salutare. Reverende paternitati vestre presentibus patefacimus, quod tam ob vestre reverende paternitatis benivolenciam quam ob illustrium principum dominorum Boczali (sic!) et Ottonis fratrum ducum Sclavie et fundatorum monasterii de Stolp honorem et reverenciam idem monasterium de Stolp nostro Cisterciensi ordini incorporatum est celeberrime in capitulo generali; eidem monasterio de Stolp talem prerogativam concedendo, quod cum sit et esse debeat filia de Porta immediata, ordinatum est ex gracia speciali, quod abbacie de Dunemunde et de Valcana sint deinceps filie immediate dicti monasterii de Stolp et ei subsint secundum quod subesse debent abbacie Cisterciensis ordinis suis patribus iuxta ipsius ordinis instituta. Insuper dicto monasterio de Stolp ex uberiori gracia est concessum in antiquitate et primogenitura in ordine consueta, quod in perpetuum centum annorum ordinem habeat, ac si ante centum annos nostro ordini incorporata per generale capitulum extitisset. In quorum omnium testimonium nos predicti abbates sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum in Cistercio anno domini millesimo CCC° quinto, tempore capituli generalis.

1) Wilkenrieth. Trsspt.

Nach dem Originaltranssumpt vom 13. November 1512 im Staatsarchiv Stettin, Kloster Stolp Nr. 99. Abschrift im Cod. 322 (alte Nr. A 129) im Staatsarchiv Königsberg. Verzeichnet bei Oelrichs, Verzeichniß der von Dreger'schen übrigen Sammlung Pommerscher Urkunden S. 38. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1083.

2250.

1305 Oktober 2 Lübeck.

Der Rath zu Lübeck schreibt an den Rath zu Osnabrück wegen einer in Betreff der Beschwerden der deutschen Kaufleute in Flandern, Dänemark und Norwegen von den wendischen Städten beschlossenen Zusammenkunft in Lübeck.

Honestis viris dominis consulibus Osnabrugensibus consules Lubicenses honoris et obsequii quantum possunt. Fuerunt nuper in Wismaria civitatum Slavie nuncii congregati, ubi, cum super diversis articulis mercatoribus diversarum civitatum incumbentibus tractatus multiplices haberentur, ibidem inter se decreverunt, quod mediantibus discretis nunciis in vigilia sancti Martini proxime ventura in nostra velint civitate convenire, sollicite consiliando super inconveniencia, que in Flandria fit in pagamento et ibidem in diversis iuribus illic usitatis, et etiam super gravaminibus occurrentibus in Dacia et ibidem in capturis allecium et eciam in Norwegia ac super multis aliis, qualiter in hiis omnibus salubre possit remedium inveniri. Quare cum vestros et nostros et civitatum Westfalie mercatores resspiciant hec premissa, desiderant et

petunt una nobiscum dicte civitates Slavie, quod in dictis die et loco vestros habere velitis nuncios, ut super hiis omnibus consilium habeatur, an pro hiis expediendis nuncii mittantur, vel quid aliud oportune expediat in hac parte. Que singula civitatibus Monasterio, Tremonie et Susato dignemini declarare. Super hiis autem nobis petimus remandari. Datum anno domini M° CCC° V, sabato post Michaelis.

Nach dem Originale (geschlossener Brief mit Spuren des großen Lübischen Stadtsiegels) im Stadtarchiv zu Osnabrück; in dorso: Honestis viris dominis consulibus Osnaburgensibus.

Gedruckt in Wigands Archiv für Geschichte und Alterthumskunde Westfalens, Bd. 1, Heft 4, S. 20. Sartorius-Lappenberg, Urkundliche Geschichte der Hanse I S. 194 (zum Jahre 1300). Meckleub. Urkundenbuch V Nr. 3030 S. 235. Lübisches Urkundenbuch II 1 S. 167 Nr. 195. Hanserecesse I Nr. 82 S. 43. Hansisches Urkundenbuch II S. 36 Nr. 78 (Regest). Livländisches Urkundenbuch III Nr. 616 a.

2251.

1305 Oktober 9 Stettin.

Herzog Otto I. giebt dem Kapitel S. Marien zu Stettin die Hälfte von Hohen-Selchow, die es mit Hülfe einer Schenkung des Domherrn Dietrich von Schönlinde von Werner Böke und dessen Brüdern gekauft hat, und begiebt sich alles Rechtes an derselben.

In nomine sanctę et individuę trinitatis amen. Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubiae dominusque in Stettyn omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam omnipotentis larga benignitas nos constituit in partem sollicitudinis monarchię et nostrorum progenitorum exemplis multiformibus invitati nostra interest construere ecclesias et plantare, plantatas dotare et amplificare donationibus prediorum et specialiter illam, quam pater noster charissimus Barnim dux Slavorum recordationis pie fundavit, ecclesiam scilicet sanctae Mariae in Stettyn, in qua corpus eius requiescit, et fratris nostri predilecti Barnim ipsius filii similiter ducis Slavorum, ubi et nos una cum nostra matre charissima elegimus sepulturam, tenemur villarum proprietatibus et reddituum caeterorum investire taliter et ditare, ut ipsius ecclesiae necnon personarum in ea deo famulantium status et rerum temporalium multiplicatio suscipiant debitum et quamplurimum incrementum: eapropter notum esse volumus nationibus presentibus et futuris, quod nos dedimus et tytulo donationis appropriavimus preposito, decano totique capitulo ecclesiae iam dictae sanctae Mariae in Stettin proprietatem mediae villae Sellechowe cum limitibus suis, terminis et metis, pratis, pascuis, piscationibus, agris cultis et incultis, cognitione causarum civilium et omni iure temporali, quod in ea nominari poterit vel acquiri, quam medietatem villę a domino Wernero milite et suis fratribus dictis Bǒke iidem prepositus, decanus et capitulum dictae ecclesiae de elemosina domini Theoderici de Tylia foelicis memorie iusto emptionis titulo compararunt, qui fratres de Bǒke iam dictam mediam partem villae Sellechowe singuli coram nobis resignaverunt ad manus dictorum nostrorum canonicorum, omne ius, quod in ipsa habuimus, in canonicos ipsius ecclesiae et eorum successores propter deum et ad honorem et reverentiam ipsius genitricis intemeratę virginis Mariae nostrarumque animarum salutem et nostrorum progenitorum ex consensu et voluntate dilectae predictae matris nostrae Mechtyldis liberaliter et voluntarie transferentes, tali adiecta conditione illam predictam mediam partem villae Sellechowe dedimus supradictis canonicis, ut ipsi canonici nunc residentes et pro tempore in eadem ecclesia deo in personis propriis famulantes et

chorum frequentantes omnes fructus integraliter perpetuo percipiant et in toto. Testes huius rei et facti sunt dominus Dythmarus abbas Colbacensis, dominus prepositus Piritzensis, Iohannes plebanus in Rischowe, clerici, dominus Thyodericus dictus Lochto marscalcus, dominus Iohannes dictus Hinnenborch pincerna, dominus Stango, milites, et plures alii fide digni. Ut autem haec nostra donatio firma et inviolabilis ęvis et perpetuis temporibus perseveret, praesens scriptum inde confectum prefatis canonicis dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum et actum Stettyn anno domini M° CCC° quinto, in die beatorum martyrum Dyonisii et sociorum eius.

Nach der Matrikel des Marienstifts im Marienstiftsarchiv in Stettin s. r. Tit. I Sect. I Nr. 1 fol. 28. Diplomatar. eccles. S. Mariae II Nr. 40.

2252.

1305 Oktober 21 Stettin.

Uebertragung der Vermittelung in der Streitsache zwischen dem Herzoge Otto I. und den Klöstern zu Neumünster und Gobelnhagen an den Bischof Heinrich von Camin und den Dompropst Hildebrand; bis zur endgültigen Entscheidung soll Gobelnhagen dem Herzoge das Patronat der Kirchen zu Ueckermünde und Gollnow abtreten.

a) Ausfertigung Herzog Ottos von Pommern.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie dominus in Stetyn salutem Christi fidelibus sempiternam. Ea, que per nos perpetuantur, testium et litterarum testimonio solidantur. Ad noticiam igitur omnium cupimus pervenire, quod omnem dissensionem, que vertebatur inter nos ex una et prepositum Ottonem suosque canonicos Novi Monasterii Bremensis dyocesis et dominum priorem Wilhelmum suosque canonicos ecclesie Gobelenhaghen[1]) Camynensis dyocesis parte ex altera concessimus terminari episcopo Camynensi domino Hinrico[2]) et preposito Hildebrando honorabilibus mediis in modum qui sequitur et in formam omnium bonorum[3]), quorum proprietatem a nostro patre, aliis predecessoribus nostris et a nobis receperunt, quiete ab omni molestia nostra et nostrorum heredum sub omni iure et libertate in perpetuum possidebunt. Preterea cum dissensio pretermissa racione mutacionis habitus fuerit exorta, admittimus, quod predicti de Gobelenhaghen[1]) prior et canonici sub habitu, quo nunc sunt, et ordine regularium beati Augustini in eorum ecclesia maneant in perpetuum, ita quod nec per nos neque per nostros successores ad mutandum eorum habitum compellantur de cetero; sed eos sub ipso habitu pie et graciose foveri decrevimus, dictam dissensionem nullatenus revocando, nichilominus ad restaurum dampni illati ipsis honorabilium dictorum episcopi et prepositi consilio et arbitrio volumus copiosius et placabilius respondere. In cetera propter huius dissensionis composicionem proprietatem tam iuris patronatus ecclesie civitatis Ukermunde quam iuris patronatus ecclesie civitatis Golnowe nobis et nostris heredibus in perpetuum possidendam pleno eorum arbitrio resignarunt. Huius composicionis testes sunt Gherardus et Hinricus de Zweryn[4]), Hermannus de Dewen[5]), Willeke Trampo, Iohannes et Wernerus de Bůken[6]), milites nostri, dominus Hinricus plebanus in Warpia cum aliis fide dignis; et in eius testimonium presens scriptum hinc inde traditum nostro sigillo eisdem dedimus roboratum. Actum Stetyn et datum ibidem anno domini MCCC quinto, in die undecim milium virginum.

1) Gobelenhagen in B. 2) Henrico. B. 3) So in A und B; vielleicht formam: omnia bona? 4) Swerin. B. 5) Deven. B. 6) Buken. B.

Nach der Jasenitzer Matrikel im Staatsarchiv Stettin Pars I Nr. 16 (A), Pars II Nr. 21 (B). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1064.

Gedruckt im Auszuge bei Gollmert, Geschlecht von Schwerin III S. 86 Nr. 46.

b) Ausfertigung der Klöster Neumünster und Gobelnhagen.

Otto dei gratia praepositus totumque capitulum Novi Monasterii Bremensis dioecesis, Wilhelmus prior totumque capitulum ecclesiae Gobelenhaghen ordinis regularium beati Augustini omnibus orationes in domino sempiternas. Ad noticiam omnium cupimus pervenire, quod dissensionem, que vertebatur inter nobilem ducem Sclavorum et Cassubiae dominum Ottonem ex una et nos parte altera honorabilibus domino Heinrico episcopo et domino Hildebrando praeposito mediatoribus concessimus in hunc modum pleniter terminari: omnium bonorum proprietatem, quam a patre ipsius ducis domino duce Barnym et praedecessoribus suis et ab ipso recepimus, sub omni iure et libertate possidebimus, quiete et ab omni molestia sua et suorum haeredum et sub tota etiam libertate. Praeterea cum haec dissensio racione mutationis habitus fuerit ex[ort]a, admisit idem dux, quod nos sub habitu, [quo] nunc sumus, et ordine regularium beati Augustini in nostra ecclesia Gobelenhaghen taliter maneamus, quod nec per ipsum ducem nec suos successores ad mutandum nostrum habitum de caetero compellamur, sed nos sub ipso habitu pie et gratiose una cum suis haeredibus fovere debet, dictam dissensionem nullatenus revocando, sed ad restaurandum damni illati nobis honorabilium dominorum episcopi et praepositi consilio et arbitrio debet copiosius et placabilius respondere. Inter caetera propter huius dissensionis compositionem, proprietatem tam iuris patronatus ecclesiae civitatis Ukermundae, quam iuris patronatus ecclesiae civitatis Golnowae, pleno nostro arbitrio resignavimus ipsi duci et suis haeredibus in perpetuum possidendam. Cuius etiam dissensionis compositionem ratam et gratam habebimus nec proprietatem patronatuum dictam et dissensionem in petitione aliqua revocandam. Huius rei testes sunt et mediatores praedicti episcopus[1]) et praepositus dominus Heinricus plebanus in Warp, Gherardus et Henricus de Zwerin, Hermannus de Deven[2]), milites; et in eius testimonium sigillo nostro proprio scilicet praepositi et nostro scilicet capituli Gobelenhaghen praesens scriptum duci et suis heredibus dedimus sigillatum. Actum et datum Stetin anno domini MCCC quinto, in die undecim millium virginum.

[1]) Abschrift: episcopi. [2]) Abschrift: Doven.

Nach der Abschrift des 16. Jahrhunderts im Staatsarchiv Stettin s. r. Stettiner Archiv Pars I Tit. 107 Nr. 1 fol. 37. Extrakt bei Klempzen fol. 212.

2253.

1305 November 8 Lyon (?).

Hierher gehört die im Pomm. Urkundenbuch II 138 gedruckte, von Prümers irrthümlich Clemens IV. zugeschriebene Urkunde Clemens' V., in welcher er dem Kloster Eldena eine Generalkonfirmation ertheilt.

Zu verbessern ist in Zeile 9: precarias in piscarias. Die Vermuthung „Perusii" für den Datirungsort fällt weg, da sie durch das Itinerar von 1265 veranlaßt ist. Auch ist der Raum, wo der jetzt abgeblätterte Datirungsort stand, etwas zu groß für „Perusii". Vielleicht ist zu lesen Lugduni mit einem Beisatz. Clemens V. wurde am 14. November in Lyon gekrönt.

2254.

1305 November 11.

Die Stadt Stralsund verkauft dem Johann Straßburg eine Rente aus seinem Hofe Lützow auf Wiederkauf nach 10 Jahren.

In dei nomine amen. Universis Christi fidelibus presens scriptum cernentibus consules civitatis Stralessundis salutem in domino. Contractus et facta, que mundus ordinat, oblivio in plerisque in errorem duceret, si non firmarentur karactere literarum. Notum igitur facimus tam presentibus quam futuris, quod nos communicato consilio nostrorum discretiorum pro centum marcis et quinquaginta marcis denariorum slavicalium, quos denarios in usus novi molendini convertimus, vendidimus honesto viro Iohanni Stracebůrch suisque heredibus legitimis et veris redditus XIII marcarum in curia sua Lutzowe et bonis eidem curie adiacentibus temporibus perpetuis possidendos. Donavit autem dictus Iohannes nobis pro speciali dono et gracia facultatem liberam reemendi predictos redditus pro summa pecunie antedicta in festo purificacionis Marie virginis anni decimi subsequentis, sed dictus Iohannes aut sui heredes nobis hos redditus ad reemendum satis tempestive ante in anno decimo exhibebunt. Si vero prenotatos redditus non reemerimus in prelibato anno, ut pretactum est, extunc ad sepedictum Iohannem et suos heredes antedicti redditus perpetuo devolventur, contradictione qualibet postergata. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° V°, in festo beati Martini episcopi.

Nach dem Originale im Stralsunder Rathsarchiv (Schr. III, Schiebl. 2) mit an rothseidenen Fäden anhängendem Siegel der Stadt.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 42 Nr. 341.

2255.

1305 November 20 Brünn.

König Wenzel von Böhmen und Polen bestätigt die in Gegenwart seines Starosten Peter von Neuenburg, des Dirschauer Kastellans Peter und des Kämmerers Ramota von dem Ritter Jacob von Irsegnin und den Brüdern Heinrich und Johannes Suadawicz von Swaroschin vorgenommenen Ueberlassungen an das Kloster Oliva, die Hälfte des Baches Spangau betreffend.

Nach dem Druck im Pommerell. Urkundenbuch Nr. 613 S. 566.

2256.

1305 November 25.

Bischof Heinrich von Camin gewährt dem Domkapitel zu Güstrow auch fernerhin die freie Wahl der Domherren.

In nomine domini amen. Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus honorabilibus viris preposito, decano et capitulo ecclesie Gustrowensis[1]) sincere dilectionis affectum cum salute. Meminimus, nos iam pridie omnes electiones factas ad vacaturas in ecclesia nostra

Caminensi et aliis ecclesiis conventualibus nostre dyocesis in synodo episcopali constitucione super hoc edita revocasse ac prohibuisse huiusmodi electiones fieri in futurum. Verum quia, ut asseritis, grave nimis fieri posset et dampnosum ecclesie vestre recedere de consuetudine a prima fundacione ipsius ecclesie observata, presertim propter validas et inportunas instancias principum et nobilium terrarum, quorum preces in talibus electionibus consueverant exaudiri, ut ipsi e converso ecclesiam vestram[2]) sepedictam eo efficacius promoverent: nos, ipsam ecclesiam vestram speciali gracia prosequi volentes, annuimus per presentes vobiscum dispensantes, ut vos et vestri successores observata antiqua consuetudine in predictis canonicorum electionibus non obstante nostro statuto, cum prebendam vacare contigerit, apud vos tam inter iam electos quam in posterum eligendos eum, qui vobis magis ydoneus et ecclesie vestre plus utilis videbitur, valeatis omnibus aliis in assignacione prebende vacantis preferre et eam sibi, licet alii prius electi exstiterint, assignare, presertim cum de rigore iuris nulla promissio fieri possit de vacaturis, nec per electionem aliquam prebenda non vacante[3]) alicui valeat obligari, neque sic electus virtute huiusmodi electionis aliquam certam prebendam, cum vacaverit, petere sibi possit. Et si forsan quisquam ausu temerario huic gracie iuri consone se opposuerit, eius electionem auctoritate statuti nostri, de quo superius mencio facta est, cassatam esse volumus et cassamus. Datum anno domini M° CCC° quinto, in die sancte Katherine virginis.

[1]) Gustrowensi. Dipl. [2]) nostram. Dipl. [3]) prebendam non vacantem. Dipl.

Nach dem Diplomatar. Gustrow. Nr. XL fol. 31 b im Geh. und Hauptarchive zu Schwerin.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 239 Nr. 3038.

2257.

1305 November 29 Stettin.

Herzog Otto I. bestätigt die dem Kloster Colbatz von seiner Mutter, der Herzogin Mechtild, gemachte Schenkung eines Hauses mit Hof und Scheuer bei dem Kloster vor Stettin und eines Fischweihers.

Nos Otto dei [gracia][1]) dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetin recognoscimus publice per presentes, quod illustris domina mater nostra Mechtildis ducissa Stetinensis ad honorem dei sanctissimeque genitricis eius Marie ob salutem anime sue sive nostrorumque progenitorumque (sic!) accedente benivolo consensu dedit et obtulit religiosis viris domino Dithmaro abbati suoque conventui in Colbas quandam[2]) domum cum curia et horreo sitam in vico iuxta monasterium sanctimonialium prope muros Stetin, cuius termini sunt ab Odera flumine usque ad supercilium montis versus occidentem ultra viam et in latum, sicut curia se extendit, ita tamen, ut in via nichil edificent, quod transseuntes inpedire possit, et capturam piscium, que vulgariter were dicitur seu vocatur, in aquis, que de Odera effluit non longe a predicto monasterio sanctimonialium, que vrowenvart nuncupatur, iusto proprietatis titulo cum omni iure, iurisditione superiori et inferiori, sicud nos et nostri progenitores ea possedimus racionabiliter perpetuis temporibus libere possidenda. Quam donacionem predicte curie et piscature cum suis limitibus gratam et ratam habentes ad instanciam dilectissime matris nostre ac ob specialem favorem iam dicti domini Dithmari abbatis de certa nostra sciencia confirmamus ac eciam ex novo donamus propriam nostram donacionem sigilli nostri munimine roborantes. Testes huius

nostre confirmacionis et nostre nove donacionis sunt dominus Hildebrandus prepositus ecclesie Caminensis, dominus Iohannes prepositus ecclesie Colbergensis, dominus Conradus de Elsholt, dominus Theodericus Luchto, dominus Henningus Stadewathe, milites, Heydike nostre curie dapifer, cum pluribus fide dignis. Datum et actum Stetin anno domini MCCCV, in vigilia beati Andree apostoli.

1) gracia ist in der Originalmatrikel versehentlich ausgelassen, steht aber in der Kiel'schen Abschrift. 2) Originalmatrikel: quondam, Kiel'sche Abschrift richtig quandam.

Nach der Colbatzer Originalmatrikel Nr. 64 fol. 17. Kiel'sche Abschrift S. 62. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1060.

2258.

1305 November 30 Greifenhagen.

Ritter Gerhard und Willeke von Bertekow, Gebrüder, verkaufen der Stadt Greifenhagen einen Theil ihrer Heide.

Nos Gerrardus miles et Willeke fratres dicti de Bertecowe tenore presencium recognoscimus et testamur, quod de consensu domini nostri illustris ducis Ot(tonis) et favore venerabilis domini Thetmari abbatis Colebazensis bona voluntate vendidimus partem de nostra merica civitati Griphenhagen iure perpetuo possidendam, que meta sic describitur: Prima meta erit a fiuvio Tywa a loco, qui dicitur stenvorth, unam viam sursum, que fuit inter terminos nostros et Henrici de Melne, usque ad montem, ibi est via concava et ibi proiectus est cumulus. De illa arce sit proiecta ad aliam arcem similiter effossam. Item de illo loco directe ad paludem, que dicitur midelbroch; preterea directe per ipsam paludem de meta ad metam ad locum, ubi ipsa nomen suum mutat, usque ad aliam magnam paludem; ibi iterum proiectus est cumulus; item a loco illo usque ad cornu silve, que bochwerdere dicitur, ubi sita est vibex, et proiectus est cumulus. Hec pars ad dextram manum versus civitatem est civitatis, alia vero versus campos manet nobis libera sicut prius, nec nos civitatem impedire debemus in parte sua nec burgenses nos inpedire debent in nostra parte, nisi quantum fuerit de licencia utrobique. Hec omnia ordinata sunt et placitata ex arbitrio utrobique per viros discretos videlicet dominum Hen(ricum) militem de Pokelente, Petrum de Brakle, Egelber(tum) de Sanne, Io(hannem) de Wos[sow]e[1]), Nicolaum de Sconenvelde, Wil(helmum) de Pokelente. Ne igitur hoc factum rationabile a nobis vel a nostris successoribus in posterum revocari poterit (!), hoc scriptum civitati dedimus nostrorum munimine sigillorum. Datum Griphenhagen anno gracie M° CCC° quinto, in die Andree apostoli. Testes quoque sunt idem venerabilis Th(etmarus) abbas, Hermannus et Ludeke milites de Sceninge, Ludek et Gernoth milites de Massowe et plures alii fide digni.

1) Ein Loch in der Urkunde.

Nach dem Originale, an dessen Siegelschnüren (einer rothen und einer weißen) keine Siegel mehr hängen, im Archiv der Stadt Greifenhagen, Nr. 8. Die Bestätigung dieses Kaufs durch Otto I. von 1306 März 24 s. Nr. 2290.

Gedruckt Baltische Studien 8, Heft 2, S. 167. Regest bei Schöning, Geschichtliche Nachrichten von dem Geschlecht von Schöning, Bd. 2, S. 15, Nr. 60.

2259.

1305 Dezember 7.

Abt Peter von St. Aegidien in Braunschweig, die Aebtissin der Nonnen zum heiligen Kreuz auf dem Rennelberge, die Priorin der Nonnen in Heiningen, Hermann von Ursleben und Heinrich Elie, Prokuratoren zu St. Martin in Braunschweig, und Konrad, Pfarrer des Marienhospitals daselbst, bitten den Rath zu Colberg, ihrem Boten die durch Johannes Longus in seinem Testamente ausgesetzten Summen behändigen zu wollen.

Viris providis ac honestis consulibus civitatis Colberche dei gracia Petrus abbas sancti Egidii in Bruneswic, M. abbatissa totusque conventus sanctimonialium sancte Crucis in Rennelberche ac priorissa totusque conventus sanctimonialium in Heninge, Hermannus de Ursleve et Henricus Elie procuratores sancti Martini in Bruneswic necnon Conradus procurator hospitalis sancte Marie ibidem devote oracionis et obsequii promtitudinem. Cum Iohannes dictus Longus bone memorie quandam summam pecunie monasteriis et ecclesiis predictis erogaverit in ordinacione sui testamenti ob remedium anime sue, ut in vestre civitatis littera continetur, super quo vestre honestati humiliter supplicamus, quatenus presencium exhibitori, nuncio domini Iohannis felicis, huiusmodi pecuniam ad manus nostras procuretis cum effectu presentari precum nostrarum interventu, quia quicquid sibi presentatum fuerit, ratum habituri, tamquam nobis fuerit presentatum, dimittentes erogatores huiusmodi pecunie quitatos, liberos et solutos nec umquam contra ipsos vel quoslibet alios impeticiones aliquas volumus attemptare. In omnium premissorum evidenciam nostra sigilla presentibus duximus apponenda. Datum anno domini M° CCC° quinto, in octava beati Andree apostoli.

Nach dem Originale im Staatsarchive Stettin s. r. Dep. Stadt Colberg Nr. 21. Von den sechs Siegeln, welche an Pergamentstreifen anhingen, sind nur noch drei fragmentarisch erhalten.

2260.

1305 Dezember 10 Bergen in Norwegen.

Die norwegischen Prälaten und Herren bezeugen eine vor ihnen abgegebene Erklärung des Königs Hakon über die Mitgift und das Dotalicium seiner Gemahlin Eufemia.

Omnibus has literas visuris et audituris Ioerundus, dei gratia archiepiscopus Nidrosiensis, Erlendus, episcopus Faeröensis, Ketillus, episcopus Stavanogrensis, Arnas, episcopus Bergensis, Ingialdus, episcopus Hamarensis, Biarne Erlingson, Ionas Rogvaldson, Saebiorn Haelgason, Biarne Lodenson, Velant de . . . . . Aki cancellarius, Snara Aslacson, Erlingus Anundarson, Salomon, canonicus capituli Nidrosiensis, Gibbeon mareschallus et Biarnus Auduni filius salutem divinam suamque. Universis notum facimus, quod, elapsis a nativitate domini nostri Iesu Christi mille hiemibus CCC et quinque hiemibus illustris dominus noster Hacon, rex Norvegie, die Veneris post festum Nicolai Bergis in conclave vulgo lato fecerit nos ad se convocari, ubi coram nobis declaravit et professus est, se universam illustris domine nostre Euphemie, dei gratia regine Norvegie, dotem mille et trecentas marcas argenti puri ponderisque Coloniensis accepisse adeoque dominum Visleifum totum numerasse, quin et mandato ipsius regis Waldemaro duci pro . . . . in Iutia harum mille ducentas marcas argenti puri et ponderis Coloniensis persolvisse,

quas illustris dominus noster mutuo illi dedit, interposita que presto est certitudine. Sic quoque renovavit confirmavitque nostro omnium consensu, quod laudata domina regina dotalicio, eo mortuo, in dies vite perfruatur sc. Brigdöya prope Oslaum cum omnibus commodis, inventariis bonisque mobilibus, que illuc pertinent, universis; quin etiam dictarum mille marcarum et octo ortugarum redditus butyrum omnesque alias prestationes consuetas illi in locis, qui dederit addixeritque posthec aliis suis litteris, ubi illi commodissimum fuerit, eodem modo, quo cetere littere exhibent, que iam facte sunt, assignavit, professi sumus illustri domino nostro regi itemque laudate domine nostre regine nos hec firmiter observaturos, eamque hac in re omnibusque aliis in utilitatem et honorem eius cessuris aucturos. Et in evidens huius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Bergis, anno et die supra memorato.

Nach den Drucken bei Bartholinus, de scriptis Dan. T. IV p. 298. Thorkelinus, Analecta p. 72. Fabricius IV 1 S. 42 Nr. 342. Handschriftliche Vorlage nicht mehr vorhanden.

2261.

1305 Dezember 10 Demmin.

Herzog Otto I. verleiht dem Domkapitel zu Güstrow das Eigenthum dreier Hufen zu Wolkwitz.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie universis Christi fidelibus presens scriptum visuris salutem in domino sempiternam. Ne ea, que fiunt in tempore, simul labantur cum tempore, necesse[1]) est ea scripturis autenticis roborare. Hinc est, quod ad laudem et gloriam omnipotentis dei et sue genitricis virginis Marie necnon beate Cecilie ac in remissionem nostrorum peccaminum et nostrorum progenitorum donavimus ecclesie beate Cecilie virginis in Gustrowe proprietatem trium mansorum in villa Wolkeviz et canonicis in ipsa ecclesia deo iugiter servientibus perpetuis temporibus possidendam. Ut autem hec nostra donacio stabilis et inconvulsa perseveret, et ne in posterum ab aliquo successorum nostrorum valeat immutari, presentem cartam inde confectam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt: venerabilis pater dominus Heynricus episcopus Caminensis, Heynricus Vulpes, Heynricus Heydebrake, milites; Heynricus Rokeniz, Colbergensis et Gustrowensis ecclesiarum canonicus. Datum in castro Dymin per manum Gherardi canonici Stetynensis, nostre curie notarii, anno domini M° CCC° V°, feria VI^a proxima post festum beati Nycolai.

[1]) necesce. Dipl.

Nach dem Diplomatar. Gustrow. im Geh. und Hauptarchive zu Schwerin Nr. XXXVII fol. 29 a.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 246 Nr. 3045.

2262.

1305 Dezember 18 Altdamm.

Herzog Otto I. gestattet der Stadt Gartz a. O. den Bau von Brücken und die Anlegung eines Fährschiffes über Oder und Sumpf bis zum gegenüberliegenden festen Ufer und bestimmt die Abgaben dafür.

In nomine domini amen. Otto dei gratia dux Slavorum, Cassubie et dominus in Stettyn universis Christi fidelibus in perpetuum salutem et omne bonum. Ea, que nostris sub temporibus

apperpetuamus, tam testium quam literarum testimonio confirmamus. Igitur licenciavimus nostre civitatis Gardz consulibus honorabilibus et fidelibus civibus eorumque successoribus ab ipsa civitate traducere pontes et vada trans Oderam et totam paludem usque ad terram duram et arabilem oppositam sub omni securitate et libertate pre omnibus nostre dominationis incolis similiter et bene fautoribus nostris et amicis civibus eisdem, verum reservato omni arbitrio tam facultatis quam temporis construendi et traducendi vada eadem sive pontes, nec per nos nec per nostros successores aliqualiter ultra hoc arbitrium arceantur. Inter cetera quia per collacionem ducis Barnym nostri patris pie memorie karissimi et a nobis nomine navis vectigalis receperunt de equo traducto unum denarium, et de homine pedestri unum denarium, concedimus eis loco, ut idem cives de homine pedestri obulum et de equo denarium in eorundem vadorum vel poncium perpetuam recipiant in emendam et non censum ampliorem, ipse transitus uno die condicionato, quod a nullo vasallorum nostrorum familie nostre clericorum vel militum terras nostras inhabitancium racione huiusmodi transitus a predictis nostris civibus aliquatinus theolonium exigatur. Alioquin quicunque vada predicta vel pontes abeundo vel veniendo transierunt, de singulis bonis secum ductis dabunt theolonium sicud conswetum est dare per pontes et aggerem civitatis nostre Stettyn. Quam traduccionem ordinatam et traduccionis census firmiter observando eisdem civibus eam tam testibus quam literis presentibus confirmamus. Testes sunt Willekinus Trampo, Gerardus de Sweryn, Hermannus de Dewen, Iohannes et Wernerus de Buken, Henricus de Pokelent, Gerardus de Bertheko, milites, cum aliis fide dignis. Datum sub nostro sigillo et actum anno domini M° C° C° C° V°, sabbato ante nativitatem domini proxima in Dam.

Nach der im Staatsarchiv Stettin deponirten Gartzer Originalmatrikel Bl. 3r. Abschrift saec. XVII in der Matrikel im Staatsarchiv fol. 17. Niederdeutsche Uebersetzung ebenda fol. 58. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1069.

Auszug bei Gollmert, Geschlecht von Schwerin III 86 Nr. 47.

2263.

1305 Dezember 21 Demmin.

Ritter Reimar von Wacholtz verkauft dem Bischofe Heinrich von Camin drei Hufen zu Wolkwitz zur Stiftung einer neuen Domherrnpräbende zu Güstrow.

[U]niversis Christi fidelibus presens scriptum visuris Reymarus dictus de Wacholt miles salutem in domino sempiternam. Noverint tam presentes quam felix successio futurorum, quod nos de consensu et bona voluntate heredum nostrorum vendidimus venerabili patri ac domino, domino Hinrico Caminensi episcopo iusto empcionis tytulo tres mansos in villa Wolkeviz cum omni iure et iuridicione vasallica, sicut nos eos hactenus dinoscimur possedisse: quos quidem dictus dominus episcopus fundacioni nove prebende in Gustrowe assignavit, de qua eciam domino Wolderico plebano in Levin est provisum, quibus eciam tribus mansis predictis illustris princeps dominus Otto dux Slavorum et Cassubie proprietatem donavit iusto tytulo donacionis ad perpetuos usus dominorum Gustrowensium[1]) canonicorum; renunciantes insuper omni iuri, quod nobis et nostris heredibus competit in presenti vel competere poterit in futurum. Ut autem hec nostra vendicio stabilis et inconcussa perseveret, et ne heredum nostrorum in posterum aliquis valeat immutare[2]), presentem cartam desuper confectam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Iohannes et Hinricus dicti Vos, Arnoldus de Osta, milites,

Hinricus de Rokenis canonicus Colbergensis, Gherardus de Woddewe, capellanus episcopi Caminensis, et alii fide digni. Datum Dymin anno domini M° CCC° V°, in die beati Thome apostoli.

1) Gustrowensis. Dipl. 2) immutari. Dipl.

Nach dem Diplomatar. Gustrow. im Geh. und Hauptarchive zu Schwerin Nr. XXXVII fol. 29 b.

Gedruckt im Meckenb. Urkundenbuch V S. 247 Nr. 3048.

2264.

1305 Dezember 21 Demmin.

Bischof Heinrich von Camin stiftet eine kleine Domherrnpräbende zu Güstrow mit Hebungen aus Wolkwitz, zunächst für seinen Kapellan Wolderich, Pfarrer zu Lewin, und bestimmt andere Hebungen aus Wolkwitz zu seiner eigenen Memorie.

[H]ynricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presens scriptum visuris salutem et rei geste agnoscere veritatem. Officii pastoralis sollicitudo requirit, ut diligendo decorem domus dei cultum divinum in omnibus ampliemus. Sane, cum nuper ad honorabilem ecclesiam Gustrowensem personaliter pro corrigendis, que corrigenda, et reformandis, que reformanda viderentur, accessimus et omnia laudabiliter ibidem invenissemus ordinata, honori ipsius ecclesie et personarum congaudentes unam prebendam puerilem de novo consensu ipsius capituli accedente ibidem instauravimus, de qua ascensus fieri debet ad alias prebendas maiores, sicut eiusdem ecclesie hactenus optinuit consuetudo. Deputavimus itaque et assignavimus eidem prebende sex marcarum redditus in tribus mansis in villa Wolkeviz et eam consenciente capitulo contulimus Wolderico plebano in Levin, nostro capellano, quem ad presentacionem nostram honorabilis vir dominus Bruno decanus ibidem nomine capituli recepit in canonicum et in fratrem, vocem in capitulo et stallum in choro cum omnibus, que ad ius canonicatus pertinent, recepta eius manuali obediencia eidem assignando. Que quidem prebenda perpetuo puerilis in ipsa Gustrowensi ecclesia permanebit; quam eciam auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus. Insuper contulimus eidem Wolderico quatuor marcarum redditus in tribus mansis predictis. Cum autem ipsum ad aliam prebendam maiorem secundum consuetudinem prenotatam ascendere vel debitum carnis persolvere contigerit, extunc dicti quatuor marcarum redditus pro nostra memoria in nostro anniversario perpetuo remanebunt. Ex huiusmodi igitur instauracione neque nos neque nostri successores tam in collacione prebende quam in redditibus ipsis quicquam iuris poterimus vendicare, sed ipsum capitulum et decanus nomine capituli sicut alias prebendas secundum sepedictam consuetudinem alteri poterit assignare, et dicte quatuor marce pro nostra memoria remanebunt, prout superius expressum est. Datum Dymin per manum Hinrici de Rokeniz nostre curie notarii anno domini M° CCC° V°, in die beati Thome apostoli.

Nach dem Diplomatar. Gustrow. im Geh. und Hauptarchive zu Schwerin Nr. XXXVIII fol. 30.

Gedruckt im Meckenb. Urkundenbuch V S. 248 Nr. 3049.

2265.

1305 Dezember 21 Anklam.

Heinrich, Pfarrer zu Anklam, bezeugt, daß Marquard Ferrarius und dessen Frau Gertrud zwölf Mark Rente aus Murchin, welche sie von Ritter Dietrich von der Möhlen erworben, zur Dotirung eines Altars in der Marienkirche angewiesen haben, und ernennt Reiner Stiper zum Vikar.

In nomine domini amen. Quoniam labente tempore labitur memoria hominum, et quod minime ad mentem ven[it], cicius oblivioni traditur, nisi firmetur caractere litterarum, hinc est quod nos Hynricus plebanus eccl[esie] beate Marie virginis in Tanglym omnibus presens scriptum cernentibus et audientibus notum esse volumus publice protestantes, Marquardum Ferrarium Gerthrudymque suam uxorem in nostra fore presencia constitutos, qui duodecim marcarum reditus in villa Morchyn a Theoderico milite dicto de Molendino comparaverunt et in pios usus ob salutem suarum animarum dei intuitu converterunt, videlicet ad dotacionem unius altaris constructi in ecclesia beate Marie virginis a dextris versus plagam australem, nobis autem et nostris successoribus ius patronatus dicti altaris ipsi Marquardus et uxor eius ad conferendum deputaverunt liberaliter in hunc modum, quod quicunque fuerit plebanus dicte ecclesie beate virginis, idem altare cum dictis redditibus conferre debet sacerdoti habili et honesto infra tempus sex septimanarum. Quod si neglexerit, ius patronatus prenarrati altaris illa vice ad Stolpensem archydiaconum devolvetur. Nos vero Hynricus plebanus ecclesie iam dicte ipsum altare cum suis pertinenciis primitus ad presentacionem predictorum Marquardi et uxoris eius Reynero sacerdoti dicto Stiper pure contulimus propter deum salubriter gubernandum. Preterea noverint universi presencium inspectores, quod sepedictum altare cum duodecim marcarum redditibus Morchyn in quatuor mansis, ut dictum est superius, comparatis perpetuo permanere debet, ut divinus cultus exinde augeatur. Redditus siquidem addotati ipsi altari dicto Reynero Styper et suis successoribus annis singulis in crastino beati Martini sunt presentandi contradictione qualibet . . . . . . etis. In cuius rei signum presentem paginam duximus nostri sigilli munimine confirmandam. Testes vero sunt Heynricus de Molendino plebanus ecclesie beate virginis Marie in Tanglym et dominus Heynricus de Monte sacerdos, Reynekinus Ferrarius, Bertoldus, Hermannus Vorrat et Paulus de Vredelant, consules; Iohannes de Parchim, Gerhardus de Sliveniz, Thiedemannus de Gutzekow, Borgardus Gormin, Ryke, Gerhardus Westval, burgenses, Gerhardus Boz, Hermannus de Reno, armigeri, et alii quam plurimi fide digni. Datum Tanglim anno domini M° CCC° V°, in die beati Thome apostoli gloriosi.

Nach dem an verschiedenen Stellen durch Moder beschädigten Originale im Staatsarchiv Stettin s. r. Stadt Anklam Nr. 1. Das Siegel, welches an grün-gelben Schnüren befestigt war, ist abgefallen.

2266.

1305 Dezember 21.

Herzog Otto I. bestätigt der Stadt Gartz a. O. die ihr von seinem Vater Barnim und von seinem Bruder Barnim verliehenen Rechte, Güter, Grenzen und Privilegien.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie dominus in Stettyn inperpetuum omnibus omne bonum. Nostri principatus racio ea confirmari exigit, que a nostris

progenitoribus apperpetuata potuerint probabiliter reperiri. Ad noticiam exhinc adducimus publicam, ut omnia iura, iusticias et bona et metas et libertates et proprietates, que civitatis G(ardz) nostre honorabiles cives per donacionem aut appropriacionem nostrorum progenitorum nobilium ducum domini Barnym nostri patris et domicelli Barnym nostri fratris karissimorum et a nobis recepisse ac optinuisse actenus usque in hunc diem testimoniis laudabilibus et probabilibus potuerint demonstrare, eciam eisdem confirmamus, donamus et appropriamus in perpetuum absque inpeticione nostra et nostrorum successorum et officialium presencium et futurorum nostrorum pacifice possidenda. In quibus et nos ac universi nostri successores, benefautores et amici et officiales ipsam civitatem debent protueri, dicta bona non minorando nec peiorando, sed ex hoc nunc in perpetuum aucmentando, hoc adiecto, quod nos[1]) inter ipsius civitatis G(ardz) et civitatis Grifenhagen distincciones metarum non ex presentibus cassetur, sed maneat inviolabiliter utrobique. Cuius confirmacionis testes sunt Wil(helmus) Trampo, Gerardus de Sweryn, Hermannus de Deven, Iohannes et Wernerus de Buken, milites. Et in huius maius testimonium nostro sigillo roboravimus presens scriptum. Actum et datum anno domini M° C° C° C° V°, in die beati Thome.

[1]) Das Wort ist sinnlos; vielleicht ius?

Nach der im Staatsarchiv Stettin deponirten Gartzer Originalmatrikel Blatt 9, Matrikel saec. XVII im Staatsarchiv Nr. 25 fol. 27. Niederdeutsche Uebersetzung Nr. 75 fol. 70. Abschrift im Stettiner Archiv Pars II Tit. 23 Nr. 28 fol. 22 und im Geh. Staatsarchiv zu Berlin Repos. 30 B Nr. 20.

Regest bei Gollmert, Geschlecht von Schwerin III S. 87 Nr. 48.

2267.

1305 (Tagesdatum nicht mehr zu lesen) Wolgast.

Herzog Bogislaw IV. nimmt das nach Cistercienserregel neubegründete Kloster Stolp in seinen Schutz und bestätigt alle demselben von seinen Vorfahren und Anderen gemachten Schenkungen in namentlicher Aufzählung.

In nomine domini amen. Boguzlaus dei gracia dux Slavorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Quanto religiosis quibusdam est via promptior ad nocendum quove in filios pacien[cie iniquorum perver]sitas magis furit, tanto magis nostra interest ex vexillo nostri ducatus eorum quieti consulere ac indempnitatibus precavere. Hinc est, cum dilecti nobis in Christo [Ditma]rus abbas et conventus ordinis sancti Benedicti monasterii in Stolp, quod[1]) nostri progenitores in remedium animarum suarum fundarunt, in diocesi Caminensi professionis sue regulam [desiderent purius ac] liberius observare, propter quod unanimi consilio parique voto se transtulerunt in habitum et observanciam ordinis Cisterciensis, nos eorum pia desideria promovere volentes [presentibus publice] protestamur, quod hec ordinata translatio facta et ordinata est de consilio et assensu nostro utique speciali, unde ipsum Stolpense monasterim ammodo Cisterciensis ordinis [cum omnibus attinenciis] et appendiciis suis cum rebus ac personis in nostre protectionis amplectimur specialiter et recipimus spontanee libertatem, in nostre anime progenitorumque nostrorum remedium [et salutem, volentes eos] frui debere libertatibus et emunitatibus, que Cisterciensi ordini a sede apostolica sunt indulta. Itaque dictis abbatibus et conventibus ac hominibus monasterii Stolpensis [ordinis Cisterciensis et eorum rite] successoribus presentibus scriptis innovamus, confirmamus et ratificamus in perpetuum omnes donaciones et

privilegia, que ab inicio fundacionis dicti monasterii [Stolpensis eidem monasterio], ipsius abbatibus, conventibus hominibusque a nobis ac nostris progenitoribus et a quibuscumque aliis usque nunc legitime sunt donata. Que eciam omnia ex certa [sciencia terri]toriorum et villarum duximus distinguenda; in primis donaciones illustris principis Boguzlai dei gracia Pomeranorum ducis, qui omnes donaciones illustris principis [Ratibori pie memorie?][2]) factas ecclesie Stolpensi sub annis domini M° C° LXX° secundo tam pro anima sua propria quam patrui[3]) sui Wartyzlai quondam apud locum Stolp interfecti ratificavit et confir[mavit: has igitur] donaciones tam deifice et rite factas sub expressis vocabulis infra notatis innovamus, ratificamus et confirmamus ac perpetua stabilitate donamus locum ipsum, [in quo pre]fatum monasterium situm est, Stolp cum taberna et teloneo eius, taberna quoque in provincia Grozzwin cum duplici teloneo scilicet fori et aque, que Ribbeniz appellatur, et [ibidem] villam forensem cum omnibus agris et pratis et attinenciis suis omnibus, item villam Gorike cum molendino, item XII marcas in Vznum, in Colberch villam Ruzzowe et [in] taberna eiusdem castri V marcas, item prope Parsant domum quatuor sartaginum, in provincia Mezeriz villam Primzyz, villam Parpartno, villam Celutyn, villam Wo[sce]tin[4]), villam Gruttecowe, in provincia Gutcecowe villam Poltcin, villam Quilowe, villam Cabowe, in taberna Dymin XII marcas, in taberna Gutcecowe VI marcas, villam Damrowe cum taberna et molendino et villam Iohannis; insuper omnes donaciones ab illustribus Kazimaro videlicet et dilecto patre nostro domino Barnim ducibus Slavorum et Cassubie factas, quas sicut et premissas donaciones in veris et certis instrumentis in nulla parte viciatas vidimus, sub certa distinctione terminorum, quas eciam et nos in presenti instrumento specialiter nominamus: villas scilicet Belowe, Pedrowe, Wigusin, Medowe, item molendinum in Griphenberg, quod Reghenmole dicitur, et ipsam Regam in ascensu ad miliare et in descensu ad miliare, item libertatem de overslach omnium bonorum Stolp, item proprietatem ville Kosen iuxta Brome cum ecclesia et molendino, item villam Doghedowe, in villa Bertecowe X mansos, item villas Mancelin, Plachta et Ghergelin, clausuram piscacionis in Lubin quintam a latere maris, villam Ianowe, locum unius tractus in Zwina, proprietatem ville Corozvantz cum stagnis videlicet Wolgust et Lazzeniz cum decursu suo usque in mare, item villam Circhowe, item villam Neverowe, proprietatem viginti duorum mansorum in villa Relizowe; in terra Gutcecowe campum, qui Dulcik dicitur, cum aqua stante et fluente, item proprietates villarum Crine, Wigusin, Donyn, Sarnowe, Lype, Cladessowe, Rozmazowe, Lochentin et Bogsin, campum Cirnecowe in provincia Citen, item villas Trambistowe et Pustelowe, in [Tris]tense[5]) XIII mansos. Hec omnia, prout superius sunt expressa, necnon et alia quibuscunque modis seu privilegiis a nobis et nostris progenitoribus dicto monasterio collata cum omnibus attin[enciis] suis, agris cultis et incultis, pratis, piscacionibus, aquis stantibus et fluentibus, silvis et rubetis, cum omni proprietate, dominio et utilitate, fructu et usufructu, cum omni iuris integritate, maiori iudicio pariter et minori, nunc et in futurum sine omni excepcione predicte ecclesie Stolpensi in perpetuum condonamus, ratificamus et confirmamus, ita sane ut, si in predictis quicquam inveniatur, quod de iure vel de amicabili composicione debeat vel possit retractari, volumus id minime valiturum. Preterea colonos et [Stol]penses cenobii homines ab omni servicio et exactione perpetuo donavimus liberos et exemptos, ita plane, quod nulli hominum prorsus in nullo teneantur nisi soli deo et claustro et [ordini] Cisterciensi, ad quem se transtulerunt. Nulli ergo hominum liceat hanc translationem seu ordinacionem violare aut quomodolibet ausu [temerario contraire]. Quod quicumque fecerit, cum [Iuda] traditore Christi et cum Dathan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, accipiant ulcionem. In cuius facti evidenciam [hanc litteram sigillo nostro fecimus roborari]. Testes eiusdem facti

sunt dominus Iacobus abbas in Hylda, dominus Libertus abbas in Dunemunde, dominus Theodericus beati — — — — — — — — — — — [Ber]tecowe, Hinricus dictus Heyden, Hinricus de Reno, Iohannes Bere nostre curie marschalcus, Iacobus de Westingebruch — — — — — — — — Otto de Bone, Gherardus Boz, famuli. Datum et actum Wolgast anno domini M° trecentesimo quinto — — — — — —

1) quod übergeschrieben. 2) Vergl. die Urkunde von [1183] Juni 12, Pomm. Urkundenbuch I Nr. 94 (Cod. Nr. 52). 3) Falsch für patris. 4) Vergl. die in Anmerkung 2 citirte Urkunde. 5) Vergl. die Urkunde von 1277 April 26, Pomm. Urkundenbuch II S. 344 Nr. 1059.

Nach dem am rechten Rande stark beschädigten Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Stolp Nr. 33. Die Lücken sind, soweit möglich, nach dem Sinne oder mit Zuhülfenahme älterer Urkunden in [ ] ergänzt. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1067.

2268.

1305 s. d.

Aufzeichnung des Greifswalder Stadtbuches über einen Rentenverkauf der Stadt im Betrage von 30 Mark jährlich an Thidemann Winman, der dafür von Schoß und Nachtwachdienst befreit wird. Nach seinem Tode fallen 26 Mark an die Stadt zurück, die übrigen 4 sollen den Kranken und Aussätzigen des Heiligengeist- und St. Georgs-Spitals auf ewige Zeiten gezahlt werden.

Nos consules et burgenses civitatis Gripeswaldis notum facimus universis, quod Thidemannus Winman noster burgensis a nobis ad tempora vite sue XXX marcarum redditus comparavit; pro hiis redditibus ad aliquam talliam dictam scoth non tenetur, ipse eciam non tenetur ad vigilias nocturnas. Ipso vero mortuo XXVI sex (sic!) marcarum redditus ad nos revertentur, et quatuor marcarum redditus manebunt perpetui, quarum duas dedit infirmis domus sancti Spiritus et duas leprosis domus sancti Georrii civitatis nostre pro anime sue remedio. Hos quatuor marcarum redditus nos de bonis civitatis nostre dictis domibus perpetue erogabimus expedite.

Nach dem Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) fol. 16 v.

2269.

1305 s. d.

Die Gebrüder Johann, Heinrich und Godeke Dotenberg verkaufen dem Nikolauskloster auf Hiddensee ihre Wiesen, Holzungen und Aecker auf der Insel Zingst.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Iohannes et Heynricus et Godeke fratres dicti Dothenberch et ipsorum legitimi heredes salutem in domino sempiternam. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos ordinatione et consilio reverendi patris domini Arnoldi abbatis Novi Campi ac honorabilium militum domini Heynrici de Ost marscalci, Conradi et Alberti Dothenberch patruorum nostrorum, Arnoldi de Vitzen, Ernesti Budden, Arnoldi Wokenstede, Fretherici de Alkun et Fretherici Molteken vendidimus venerabili domino abbati et conventui monasterii Sancti Nicolai in Hyddense Cysterciensis ordinis pro ducentis marcis denariorum slavicalium prata et ligna ceteraque omnia bona nostra, que nobis et nostris heredibus

competere poterant seu competebant, quocunque iure vel titulo in insula Cyngst et ab eorundem impetitione in perpetuum unanimiter cessavimus tali conditione, quod singulis annis, quamdiu nos bona in Gloveze, videlicet tredecim mansos cum dimidio vel aliquem mansum iam dictorum mansorum possederimus, sexaginta plaustrata lignorum combustibilium, quos monachi sive officiales eorum, qui in Cyngst pro tempore fuerint, per suos operarios vel cesores loco convenienti secari facient ac demonstrari, nobis vel nostris certis nunciis afferri faciemus sub nostris periculis, laboribus et expensis, non tamen ultra, sed quamdiu ibidem ligna conbustibilia duraverint. Si aliquando nobis extra prefeta bona Glovetce usquam alias morari contigerit et supradicta sexaginta plaustrata aliquando vel singulis annis vendere placuerit, nullo omnino ea singulis annis nobis vendere licebit, quam prius ea domino abbati vel conventui vel provisoribus in Cyngst exhibuerimus ad emendum. Quod si ipsi ea emere renuerint, nos vendendi ea, ubicunque voluerimus, habebimus facultatem. Si vero predicta bona in Glovece vendiderimus seu quocunque modo alio in aliorum possessionem venerint, sepe memorata lignorum sexaginta plaustrata ad prefatum monasterium sine omni contradictione re[sign]antur et privilegium domini abbatis nobis super huiusmodo confectum dehinc in futurum nullatenus valiturum sine omni obstaculo ipsi domino abb[ati et conventui supradicti mon]asterii restituemus. In cuius rei testimonium et certitudinem pleniorem sigillum nostrum et sigillum venerabilium — et sigilla militum praedictorum presentibus sunt appensa. Datum anno gratie MCCCV, in Ioh . . . .

Nach der Kopie Nr. 20 in der von Oelrichs'schen Manuscriptensammlung. Kosegarten'sche Sammlung in der Greifswalder Universitätsbibliothek B 49 Bd. I fol. 123. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1084. Extrakt bei Klempzen fol. 62 v.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 42 Nr. 345.

2270.

1305 s. d.

Margarethe Spitznagel vermacht ihrer Tochter Ida, Nonne zu Ivenack, ein Erbe zu Greifswald.

Domina Margareta Spizcenaghelsche resignavit hereditatem suam sitam apud fratres predicatores sue filie Yte, moniali in Yvenacke, tali conditione, si mater prius filia moritur; si tamen filia prior moritur, extunc mater potens erit dicte hereditatis et de ipsa ordinare poterit, quod videbitur expedire.

Nach dem Greifswalder Stadtbuche (Lib. memorabil. XIV) fol. 17 a.

Gedruckt bei Kosegarten, Pommersche und Rügensche Geschichtsdenkmäler S. 66 und im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 193 Nr. 2972.

2271.

1305 s. d.

Meino von Dersekow kauft von seinem Bruder Johann sechs Joch Acker im Gebiet der Abtei Eldena.

Meyno de Dersekowe emit racionabiliter sex iugera agrorum a Iohanne fratre suo et persolvit; hec iugera sunt sita in abbacia Hyldensi.

Nach dem Greifswalder Stadtbuche (Lib. memorabil. XIV) fol. 17 v.

2272.

1305 s. d.

Der Eremitenprior Ludolf verkauft an Herzog Barnim II. und Herzogin Mechtild des Ordens gute Werke.

Ludolfus prior provinciarum fratrum heremitarum hefft hertoch Barnim und Mechtildis des ordens gude wercke verkofft. Datum 1305 mit C B 14.

Nach Klempzens Extrakten fol. 212.

2273.

1305 s. d.

Ein Schreiben Rudolfs und Gerhards Elsholtz wegen einer zwischen ihnen und den Herzogen Otto und Barnim schwebenden Schuld.

Ein breff Rudolff unnd Gerhardt gebruder der Elsholte, meldende van etliken schuldenn, als twehundert und soventich marck sulver Brandenborgisch tuschen se unnd hern Otto unnd hern Barnim hertogen tho Stettin etc. belangende, des datum 1305, betekent mit C 93.

Nach Klempzens Extrakten fol. 169 v.

2274.

1305 s. d.

Der Abt von Reinfelden vermittelt eine Irrung zwischen Treptow a. T. und Herzog Otto I.

Die (!) Abt tho Reinefelde conpromittirt der errung halven mit dem rade und stadt Olden Treptow in hertoch Otten. 1305 mit C B 22.

Nach Klempzens Extrakten fol. 213.

2275.

1305—12.

Das Domkapitel zu Riga überläßt dem Bischofe Gottfried von Schwerin als Zehnten von seinem Dorfe Höbet 20 Mark jährlich.

Hinricus Rigensis ecclesiae praepositus consentiente conventu Godfrido episcopo Sverinensi cedit decimarum nomine 20 marcas slavicales in villa Hovet, pertinente ad ecclesiam Rigensem.

Dieses von Hederich nach dem Registr. eccles. Sverin. verzeichnete Regest ist das Einzige, was von der Urkunde erhalten ist. Vergl. Liv-, Esth- und Kurländisches Urkundenbuch III S. 45 Nr. 711 b, u. A. auch über die Zeitbestimmung, und Meckenb. Urkundenbuch V S. 251 Nr. 3052.

2276.

1306 Januar 7 Stade.

Warnungsbrief Erzbischof Gieselberts von Bremen an die Ditmarschen über die an ihn gebrachte Beschwerde des Raths zu Hamburg und omnium civitatum infra Wisseram et terram Polonie circa litus maris orientalis iacentium wegen der von denselben begangenen Seeräubereien, wobei er sie benachrichtigt, daß die Städte zu Rom die Bestätigung der mit den Hamburgern und dem gemeinen Kaufmann errichteten Willkür nachsuchten, auch sich dahin vereinigt hätten, daß kein Kaufmann Ditmarschen des Handels wegen besuche.

Datum Stadis anno domini M° CCC° VI°, in crastino Epyphanie.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Hamburg.

Gedruckt bei Sartorius-Lappenberg, Ursprung der deutschen Hansa, Bd. 2 S. 234 Nr. 115.

2277.

1306 Januar 22.

Heinrich von der Osten der ältere, Marschall des Fürsten von Rügen, überläßt dem Kloster Hiddensee Güter in Zarrenzin und eine Heuwiese auf Zingst gegen eine auf Lebenszeit an ihn zu zahlende Rente von jährlich 60 Mark slavischer Denare.

Omnibus presens scriptum cernentibus Hinricus de Ost miles senior, marscalcus Ruyanorum principis, salutem. Notum facio presentibus et futuris, quod ego matura deliberatione de consilio et assensu dilecti filii mei Hinrici de Ost militis ceterorumque heredum meorum fundum, villam et totalia bona Tzarnecin nuncupata cum uno manso feni in Cingst, prout ea a domino abbate, monasterio, conventu in Hyddense Cyster(ciensis) ordinis habuisse debuissem tantummodo ad tempora solius vite mee, resignavi predictis domino abbati, monasterio et conventui cum omnibus suis attinenciis, redditibus, utilitatibus et fructibus et cum omnibus iuribus suis libere et quiete perpetuo possidenda, tali condicione mediante, quod michi predicti dominus abbas, monasterium et conventus pro omnibus predictis sexaginta marcas promptorum denariorum slavicalium annis singulis in festo beati Nicolai in civitate Stralessundis tantummodo ad solius vite mee tempora sine omni obstaculo erogabunt, presenti scripto protestationem faciens, quod nullus omnino heredum meorum propter predicta tam voluntarie et rationabiliter memoratis viris et sepe scriptis a me dimissa et resignata ipsos in futurum impetere possit vel debeat vel ab eisdem aliquid modo quolibet extorquere. In cuius rei maiorem evidenciam sigillum meum necnon sigillum filii mei Hinrici presentibus sunt appensa. Testes vero sunt Pritborus, Nicolaus et Tetso fratres de Borantenhagen, Lodewicus Caboldus, Ravene Buk, Arnoldus de Vitzen, Hinricus de Ost de Damenitze, Iohannes de Ost de Neslezdorpe, Bertoldus et Hinricus de Ost de Damenitze, milites, Theodericus de Dorpen, Theodericus Wicberni et Hinricus Papenhagen, consules civitatis Sundendis. Datum anno domini M° C° C° C° sexto, in die beati Vincencii martyris gloriosi.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Hiddensee Nr. 12. Abschrift in der Matrikel des Klosters im Staatsarchiv Stettin Nr. 48 fol. 59 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1112.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 43 Nr. 346.

2278.

1306 Januar 24 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin befiehlt dem Nonnenkloster zu Wollin, hinfort weltliche Jungfrauen nur gegen Zahlung einer Geldsumme oder Kaution aufzunehmen.

Heynricus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus dilectis sibi in Christo preposito, abbatisse et conventui cenobii in Wolin salutem in domino. Cum frequenter cenobia sanctimonialium propter recepcionem puellarum secularium et solucionem suarum expensarum ingratitudinem incurrant nobilium et suorum vicinorum, nos condempnitati vestri cenobii precavere volentes vobis in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus, quatenus de cetero nullas puellas seculares recipiatis, nisi prius pecuniam exsolvant expensarum vel saltim recepta caucione competenti. Datum Stetin anno domini M° C° C° C° VI°, in die beati Thimothei apostoli.

Nach der Wolliner Originalmatrikel (Mscr. I 45) fol. 28 v Nr. 32. Neueres Diplomatarium monaster sanctimon. Wollin. Nr. XVIII. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1102.

2279.

1306 Februar 2 Colberg.

Bischof Heinrich von Camin bezeugt, daß Lubbo Glasenapp vor ihm bekannt habe, von dem Colberger Domkapitel das Dorf Krühne auf Lebenszeit zu Lehen erhalten zu haben (vergl. die Urkunde Lubbos von demselben Tage Nr. 2280).

Nos Hinricus dei gratia Camynensis ecclesie episcopus recognoscimus publice per presentes, quod dominus Lubbo miles dictus Glasenap constitutus in nostra presencia asseruit et recognovit se recepisse ab honorabilibus dominis Iohanne preposito, Gotfrido decano et capitulo Colbergensi villam dictam Crüne possidendam, ita ut dicte ville mansos universos ac singulos infra biennii spacium faciat per incolas possideri, terminos quoque mansorum dicte ville adiacencium distingwat seu disbriget suis laboribus et expensis. Deinde dictam villam Crüne cum omnibus utilitatibus et proventibus, que ab eadem villa derivari possunt, salva media decima, non iure hereditario, sed duntaxat ad tempora sue vite possidebit libere et quiete. Postremo cum domino iubente eundem dominum Lubbonem Glazenap universe carnis viam ingredi necesse fuerit, sepedicta villa Crüne cum omnibus suis mansis, terminis, pratis, pascuis, lignis, paludibus, censu et decimis et cum omni iure et utilitate sine contradictione heredum seu aliorum quorumlibet in predictum capitulum Colbergense redibit libere et quiete, exceptis duobus mansis, quos villicus ad providendum iuri et utilitatibus prefate ville liberos possidebit, nisi quod unius equi servicium et iura, que alii villici solent suis dominis exhibere[1]), predicto capitulo Colbergensi exhibebit. Recognovit nichilominus idem dominus Lubbo, quod, quandocunque, quotiescunque et coram quibuscunque autenticis personis nomine suo et heredes sui, cum ad etatem legitimam pervenerint, fuerint requisiti, sic placitatum esse, ut premittitur, debere et velle publice confiteri, ut pro tempore ipsorum placitatorum memoria habeatur. In cuius rei testimonium presentem paginam nostro sigillo fecimus communiri. Datum Colbergh anno domini millesimo CCCVI, in purificatione Marie virginis gloriose.

[1]) exhiberi. Matrikel.

Nach der Dreger'schen Abschrift der Colberger Matrikel S. 3. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1104.

2280.

1306 Februar 2 Colberg.

Ritter Lubbo, genannt Glasenapp, bezeugt, daß der Propst Johannes, der Dechant Gottfried und das ganze Kapitel zu Colberg ihm das Dorf Krühne, das er innerhalb zweier Jahre auf eigene Kosten von aller Anfechtung zu befreien habe, auf Lebenszeit mit allen Einkünften, vorbehaltlich des halben Zehnten, zu Lehn übertragen haben, daß es aber nach seinem Tode wieder an das Kapitel zurückfallen solle.

Universis Christi fidelibus presencia visuris vel audituris Lubbo miles dictus Glazenap[1]) expositam in beneplacitis voluntatem. Serie presencium recognoscimus publice profitentes, quod quandam villam dictam Crüne[2]) ab honorabili viro[3]) domino Iohanne preposito, Gotfrido[4]) decano et capitulo Colbergensi possidendam recepimus in hunc modum, ut dicte ville mansos universos ac singulos infra byennii[5]) spacium faciamus per incolas possideri, terminos mansorum dicte ville adiacentium nostris laboribus et expensis penitus distrigantes.[6]) Deinde dictam villam Crüne[2]) cum omnibus utilitatibus et proventibus, que ab eadem villa derivari possunt, salva media decima, non iure hereditario, sed duntaxat ad tempora nostre vite possidebimus libere et quiete. Postremo cum domino iubente universe carnis viam nos ingredi necesse fuerit, sepedicta villa Crüne[2]) cum omnibus suis mansis, terminis, pratis, pascuis, lignis, paludibus, censu et decimis et cum omni iure et utilitate sine contradictione heredum seu aliorum quorumlibet in capitulum Colbergense[7]) redibit libere et quiete, exceptis duobus mansis, quos villicus ad providendum iuri et utilitatibus prefate ville liberos possidebit, nisi quod unius equi servicium et iura, que alii villici solent suis dominis exhibere, sepedicto Colbergensi capitulo exhibebit. Recognoscimus nichilominus, quod quandocunque, quociescunque et coram quibuscunque autenticis[8]) personis nomine nostro et heredes nostri, cum ad etatem legitimam pervenerint, fuerimus requisiti, sic placitatum esse, ut premittitur, debere et velle publice confiteri, ut pro tempore ipsorum placitorum memoria habeatur. In cuius rei evidentiam[9]) et certitudinem firmiorem presentem literam nostri sigilli munimine dedimus communitam. Datum Colbergh anno domini millesimo[10]) CCC° VI°, in purificatione Marie virginis gloriose.

1) dicturus (!) Glasenap. B. 2) Krüne. B. 3) honorabilibus viris. B. 4) domino Gotfrido. B. 5) biennii. B. 6) disbrigantes. B. 7) B. hat noch predictum. 8) auctenticis. B. 9) evidenciam. B. 10) M°. B.

Nach der Dreger'schen Abschrift der Colberger Matrikel S. 22 (A); vidimirte Abschrift von ca. 1500 im Staatsarchiv Stettin s. r. Colberger Domkapitel Nr. 108 (B). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1105.

2281.

1306 Februar 22.

Herzog Otto I. bestätigt dem Kloster Eldena alle seine Besitzungen, Rechte und Gerechtigkeiten, die ihm von seinen Vorfahren verliehen worden sind, insbesondere 4½ Last Getreide aus der Mühle in Demmin.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Otto dei gracia dux Slavorum atque Cassubie et dominus in Stettin universis hoc scriptum inspecturis presentibus et futuris salutem perpetuam in eo, qui est omnium vera salus. Ne vel oblivionis causa vel eciam malignorum calumpnia scriptum prudencium possit apud posteros irritare iuris approbata consuetudo, ut

litterarum certarum obtinuit[1]) ea tenaci memorie commendare, que et sibi commissa retineant modernis et posteris fideliter representent. Hac igitur racione notum esse volumus universis, quod nos in remedium animarum nostrarum et progenitorum nostrorum et heredum intendentes verbis veritatis, quibus in ewangelio dicitur, qui dederit uni ex pusillis calicem aque frigide, amen dico vobis, non perdet mercedem suam, monachis et fratribus in Hilda Cisterciensis ordinis Caminensis [diocesis] omnia bona, proprietates, libertates, iuridiciones maiores pariter et minores, quas a progenitoribus nostris a prima fundacione predicte ecclesie Hildensis usque in presens tempus quiete ac libere possederunt, et eciam ea bona, proprietates, libertates, iuridiciones, quas dilectus frater noster Buguzlaus illustris princeps dux Slavorum atque Cassubie contulit eisdem, priusquam terra inter ipsum et nos esset divisa, cum omnibus, que postea univit[2]) monachis et fratribus sepedictis, principaliter tamen et precipue quatuor lastas cum dimidia annone in molendinis in Demyn, quas a progenitoribus nostris libere possederunt, ratificamus per presentes firmiter confirmantes[3]). Testes sunt dominus Luchte marscalcus noster, dominus Iohannes Bokeman, advocatus noster, et frater eius dominus Wernerus Bokeman et dominus Gerardus de Sverin, milites, et quam plures alii fide digni. Et ut hec firma permaneant et inconvulsa, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno domini M° CCC° VI°, VIII° Kalendas Marcii.

1) Zu konstruiren ist consuetudo obtinuit . . . ea memorie commendare; diese richtige Lesart hat die Kiel'sche Abschrift der Matrikel S. 170. 2) Originalmatrikel: unavit; die Kiel'sche Abschrift hat richtig: univit. 3) Originalmatrikel: confirmans; die Kiel'sche Abschrift richtig: confirmantes.

Diese Urkunde für Eldena ist merkwürdiger Weise in der Colbatzer Originalmatrikel Nr. 171 fol. 44 erhalten. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1089. Extrakt bei Klempzen fol. 240.

Regest gedruckt bei Pyl, Eldena S. 628 und bei Gollmert, Geschlecht von Schwerin III S. 87 Nr. 49.

2282.

1306 Februar 27 Doberan.

Der Archidiakonus Ludolf von Tribsees befiehlt den Geistlichen seines Archidiakonats, gegen Schädigungen der Doberaner Klostergüter mit geistlichen Strafen einzuschreiten.

Ludolfus archydiaconus Tripses universis ecclesiarum rectoribus per eundem archydyaconatum constitutis salutem in domino. Litteras sanctissimi patris domini Alexandri pape quarti vidimus inter cetera graciarum indulta domui Doberanensi concessa preceptorie continentes, quod nos[1]) ad requisitionem honorabilis patris domini abbatis Doberanensis et sui conventus contra invasores rerum et possessionum eorundem per censuram ecclesiasticam monitione previa procedere deberemus. Requisiti igitur a predictis querulantibus, quod multi proprie salutis immemores bona et possessiones eorum irreverenter invadunt, universis vobis et singulis in virtute sancte obediencie districte precipimus et mandamus, quatinus singuli post receptionem presentium tribus diebus dominicis immediate sequentibus per vos vel per alios in ecclesiis vestris monitionem huiusmodi publice proponatis, ut, si qui sint huiusmodi transgressione irretiti, infra unius mensis spacium post completam monitionem sepedictis abbati et conventui satisfaciant conpetenter; alioquin extunc excommunicationis sententie, quam in hiis scriptis proferimus, si layci fuerint, et clerici suspensioni a divinis officiis se noverint subiacere.

Quas sententias publice denunciabitis, quociescumque per certum nuncium memoratorum abbatis et conventus fueritis requisiti. Datum Doberan anno domini M° CCC° VI°, tercio Kalendas Marcii.

1) Hier bricht im Diplomatar. die Urkunde unter Hinweis auf eine vorangehende gleichlautende mit den Worten ab: etc. omnia ad supra. Der Rest ist nach der voranstehenden, auf welche das supra verweist und die im Meckenb. Urkundenbuch V Nr. 3000 gedruckt ist, ergänzt.

Nach dem Diplomat. Doberan. im Geh. und Hauptarchiv zu Schwerin fol. LX b.

Gedruckt bei Westphal, Monum. ined. III 1581, bei Fabricius IV 1 Nr. 542 und im Mecklenb. Urkundenbuch V Nr. 3069.

2283.

1306 Februar 27 Schwedt.

Die Markgrafen Otto und Waldemar von Brandenburg schenken der Stadt Dramburg einen Platz zur Erbauung einer Mühle.

Nos Otto et Woldemarus dei gratia Brandenburgenses, Lusatie et de Landesberg marchiones recognoscimus et ad noticiam universorum tenore presentium volumus pervenire, quod dilectis nostris civibus in Drawenborch ob specialem favorem, quo eosdem amplectimur, et in emendationem civitatis dedimus atque damus spacium, in quo edificabunt pro ipsorum profectu et utilitate molendinum iure proprietatis perpetuo possidendum. Eiusdem autem spatii due partes ad nos pertinebant, quas ipsis erogavimus, utpote iam est exstructum, volentes huiusmodi donationem per nos liberaliter factam a nostris successoribus inviolabiliter observari. In cuius facti testimonium presentes literas conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Actum et datum in nostra civitate Tzwed anno domini millesimo trecentesimo sexto, in dominica, qua cantatur Reminiscere.

Nach einer Dickmann'schen Abschrift gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brandenb. I 18 S. 216 Nr. 5. Gercken, Cod. dipl. Brandenb. V S. 286. Regest bei Klette, Regesta Neomarchica I S. 66.

2284.

1306 März 4 Gartz a. O.

Herzog Otto I. transsumirt und bestätigt der Stadt Gartz a. O. die Privilegien seiner Vorfahren, und zwar 1. die Urkunde Herzog Barnims I. von [1249 oder 1240?], Cod. Nr. 280, Pomm. Urkundenbuch I Nr. 485; 2. die Urkunde desselben vom 7. Mai 1259, Pomm. Urkundenbuch II Nr. 663; 3. die Urkunde Bogislaws IV. vom 6. Januar 1288, Pomm. Urkundenbuch III Nr. 1448; 4. die Urkunde desselben vom 18. Februar 1279, Pomm. Urkundenbuch II Nr. 1129 und schenkt ihr außerdem das Dorf Meschérin.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavie et Cassubie dominus in Stettyn universis Christi fidelibus memoriam perpetuam subscriptorum. Ex innata vicissitudine nostrorum progenitorum nobilium nostrum est eorum donationes firmare et nostras et ad memoriam successorum nostrorum coniunctim perpetualiter solidare. Igitur omnium ad noticiam presencium

testimonio cupimus pervenire, quod nostre civitatis Gardz dilectis consulibus et civibus ob meritorum variorum fidelitatem nobis illatam omnes proprietates, iura et iurisdictiones et libertates et terminos, quemadmodum in privilegiis nostrorum progenitorum scilicet nostri karissimi patris domini ducis Barnym et nostri fratris domicelli Barnym et nostri fratris domini ducis Bugheslawi dilectorum nobilium et nostris demonstrabiliter invenimus conscriptas et donatas, etiam in presentibus confirmamus. Inter que privilegiorum nostri patris donaciones sunt he:

Folgt mit vielen Kürzungen und Fehlern die Urkunde Barnims I. von 1249 bezw. 1240, Cod. Nr. 280, Pomm. Urkundenbuch I Nr. 485; dann weiter die Urkunde desselben vom 7. Mai 1259, Pomm. Urkundenbuch II Nr. 663; dann:

Exhinc in privilegiis nostri fratris domini ducis Bugheslawi sic:

Folgt die Urkunde Bogislaws IV. vom 6. Januar 1288 (in vorliegendem Transsumpt irrthümlich 1287), Pomm. Urkundenbuch III Nr. 1448; dann:

Exhinc eiusdem nostri fratris in privilegiis approbatis sic:

Folgt die Urkunde Bogislaws IV. vom 18. Februar 1279, Pomm. Urkundenbuch II Nr. 1129.

Dann heißt es weiter:

Similiter et in eiusdem nostri fratris Bugheslawi approbatis invenimus privilegiis, quod omnes supradictas nostri dilectissimi patris donaciones et appropriaciones et iura et terminos et fundaciones civitatis Gardz confirmavit testimonio sufficienti. Quamobrem et easdem nostri patris principaliter et exinde eiusdem fratris nostri superhabitas etiam presencium testimonio literarum publice confirmamus ipsas una cum nostris successoribus in perpetuum augmentandas, ita quod omnino in eisdem nec per nos aut nostros successores eadem civitas inpedimentum sustineat aliquale. Inter cetera et nos et noster frater domicellus Barnym dilectus villam Mesceryn ex consensu nostre matris dilecte Mechildis inclite contulimus et appropriavimus fidelibus eiusdem civitatis Gardz consulibus et civibus cum omni usu et fructu in mansis. pratis, pascuis, paludibus, aquis, piscaturis, silvis, nemoribus et omnibus metis, quibus Rodolfus de Moringhe noster vasallus possedit, cum iudicio maiori et minori, ita quod dicti nostri cives ipsam villam sine omni precaria vel exactione speciali et armorum servicio possidere debeant eius temporibus pacifice et quiete. Preterea omnia bona dicte civitatis et civium sub metis proprietatum civitatis complexa et a quolibet genere precariarum et serviciorum quorumlibet extorsione libera dedimus una cum nostris successoribus in perpetuum et soluta et appropriavimus fideliter permanere. Quorum omnium predictorum donacionum et confirmacionum tam patris nostri karissimi ducis nobilis Barnym prehabitam quam fratrum nostrorum dilectorum et nostram specialem condonacionem presentibus literis confirmamus etiam et donamus; cuius testes sunt Wil(helmus) Trampe, Thidericus Lucko noster marscalcus, Gerardus et Hinricus de Sweryn, Henricus Voss, Henricus Heydebrak, Hermannus de Deven, Iohann(es) et Wernerus de Buken, nostri secretarii milites, cum aliis fide dignis; et in eiusdem maius testimonium presentibus nostrum sigillum evidencius est appensum. Actum et datum anno domini M° C° C° C° VI°, infra quadragesimum feria VIa ante Oculi mei semper in civitate Gardz.

Nach der im Staatsarchiv Stettin deponirten Originalmatrikel der Stadt saec. XV fol. 1 f. Abweichende Abschrift in der Gartzer Matrikel saec. XVII im Staatsarchiv Stettin Nr. 5 fol. 10 v bis 14. Niederdeutsche Uebersetzung ebenda Nr. 54 fol. 52 ff.

Regest bei Gollmert, Geschlecht von Schwerin III S. 87 Nr. 50.

2285.

1306 März 6 Stettin.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt dem Kloster Gobelnhagen alle seine Zehnten von seinen Gütern.

Hinricus[1]) dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis et audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noveritis omnes et singuli, quibus nosse fuerit oportunum, quod decimas omnes et singulas omnium bonorum monasterii ac conventus fratrum in Gobelenhaghen[2]) ordinis sancti Augustini, quas auctoritate nostra et predecessorum nostrorum ac consensu nostri capituli possident necnon hactenus possederunt, auctoritate nostra presentibus hiis litteris nostris confirmamus. Actum in Stetyn anno incarnacionis dominice MCCCVI, dominica qua Oculi decantatur.

1) Heynricus. B. 2) Gobelenhagen. B.

Nach der Jasenitzer Matrikel im Staatsarchiv Stettin Pars I Nr. 50 (A), Pars II Nr. 32. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1103.

2286.

1306 März 13 Altdamm.

Herzog Otto I. bekennt, daß das Kloster zu Gobelnhagen ihm das Patronat der Kirchen zu Ueckermünde und Gollnow abgetreten, und daß er dafür das Eigenthum der Dörfer Kuhhagen, Duchow und Jasenitz, deren Grenzen beschrieben werden, sammt der dazu gehörigen Heide demselben gegeben habe. (Vergl. oben Nr. 2252.)

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stetyn omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris inperpetuum. Quoniam facta principum et nobilium dominorum per velocem cursum temporum et etatum oblivione intercipiente frequencius ut assolet obscurantur, habundantis cautele suadet[1]) utilitas, ut scriptis auctenticis et vocibus testium commendentur[2]) gesta, que ad posterorum noticiam sunt mittenda. Noverint igitur universi presencia visuri, quod nos sano usi consilio nostrorum fidelium vasallorum ac precipue propter deum et pro salute animarum nostrorum progenitorum felicis recordacionis videlicet domini Barnym ducis Slavorum et Cassubie patris nostri karissimi atque Barnym fratris nostri dilecti ac in restaurum dampnorum preposito ecclesie in Gobelenhaghen et suis canonicis per nos et per nostros illatorum donavimus et per presentes donamus predicte ecclesie et conventui proprietatem villarum Kuhaghen, Iazeniz[3]), Duchowe[4]) cum suis adiacenciis, videlicet pratis, pascuis, paludibus, mericis, lignis, aquis et agris acquisitis seu acquirendis. Et protenduntur distincciones sive termini memorate proprietatis et predictarum villarum sub hiis metis: scilicet a stagno Carpun per rivulum ex eodem stagno fluentem in recens mare; item a via publica, que procedit de Warpia usque Gobelenhaghen et ab hinc per rivulum, qui Iazeniz[3]) dicitur, fluentem in recens mare. Sunt autem termini et distincciones ville Dochow[4]) protensi a ponte qui Kuhaghenbrugge dicitur, usque ad fossatum, qui metas villarum Knyptaf[5]) et Dochow[4]) dividit ac distinguit, ab eodem fossato usque ad stipitem fagi, ab illo stipite usque ad paludem, que vulgariter Middelbruch vocatur, per medium ipsius usque ad truncum alni, ab ipso trunco ad truncum fagi, a predictis truncis vel locis ipsorum usque in rivulum Koldenbeke et per eundem rivulum usque ad finem sue fluctuacionis, ab hinc per

directum, quod in vulgo rarecht nuncupatur, usque ad cornu fluvii Docho[4]), quo idem fluvius influit aqueductum, qui Pulischevart nominatur, et per descensum eiusdem aqueductus usque in locum, quo rivulus Iazeniz[5]) influit aqueductui iam predicto, ita quod omnia in dictis metis contenta propietati prefate ecclesie sint subiecta. Transferimus nichilominus in sepedicte ecclesie[6]) canonicos omne ius, quod nobis in dictis bonis competebat aut nostris posteris in futurum competere posset, nichil iuris in huiusmodi penitus reservantes. Testes huius sunt Thidericus dictus Lůchte nostre curie marschalcus[7]), Hennighus de Hinnenborgh nostre curie pincerna, Wilhelmus dictus Trampe, Iohannes Scolentyn, Wernerus Bukeman, milites, et quam plures alii fide digni. Ne igitur hec nostra donacio a nobis vel a nostris successoribus infringatur, presentem paginam appensione nostri sigilli fecimus communiri. Datum Dammis anno domini MCCCVI, dominica qua cantatur Letare Ierusalem.

1) In A verschrieben: suedet. 2) commendantur. A und B. 3) Iaseniz. B. 4) Duchow. B. 5) Knypetaf. B. 6) In B noch: Gobelenhaghen. 7) marscalcus. B.

Nach der Jaseniţer Matrikel im Staatsarchiv Stettin Pars I Nr. 18 (A) und Pars II Nr. 3 (B). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1092.

2287.

1306 März 13.

Abt Nikolaus von Mogilno zeigt dem Palatin Swenzo von Pommerellen an, daß er die Besitzungen Trambken und Cosminino an das Kloster Lond verkauft habe.

Honorabili viro domino Szwencz palatino Pomoranie frater Nicolaus abbas in Moghilna ordinis sancti Benedicti cum devotis oracionibus, quidquid poterit servicii et honoris. Honestati vestre volumus esse notum, quod — — — — — — — — — — — — — — Quapropter discrecionem vestram affectuose rogamus, quatenus factum nostrum ratum habere dignemini et heriditates predictas domui Landensi mediante nostro nuncio et capellano fratre Gregorio latore presencium, quem loco nostri mittimus, pro hereditaria possessione resignari et proclamari faciatis et nichilominus investiri, scientes, quod apud vos oracionibus et serviciis volumus promereri. — — — — — — — — Datum anno domini MCCC sexto, dominica, qua Letare cantatur.

Nach dem Druck bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch S. 569 Nr. 645 a.

2288.

1306 März 20 Stralsund.

Nikolaus und Theze, Ritter, genannt von Borantenhagen, verkaufen mit Zustimmung ihres älteren Bruders Pritbor dem Kloster in Bergen das Dorf Altenkamp für 700 Mark slavischer Pfennige, wiederkäuflich binnen fünf Jahren.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ny[colaus] et The[ze] milites dicti de Borantenhagen in vero salutari salutem. Cercior habetur rerum gestarum congnicio, si scripture testimonio aut viva voce testium fuerit confirmata. Noverit igitur etas presencium et discat felix successio

futurorum, quod nos de conssensu et voluntate senioris fratris nostri domini Pritbori pro septingentis marcis denariorium slavicalium currentis monete vendidimus religiosis dominabus priorisse totique conventui sanctimonialium in Montibus Cisterciensis ordinis Roskyldensis dyocesis villam Oldencampe, sitam in parrochia Cartzenevitz cum agris, pascuis, pratis, silvis, piscaturis, rubetis, paludibus cultis et incultis, viis et inviis, cum terminis suis ab antiquo distinctis, cum omni utilitate et fructu et cum omni iudicio, prout nos predicta bona possedimus, iure perpetuo possidenda, conspondentes predictis dominabus et ab omni inpeticioni (sic!) cuiuscunque predicta bona debemus eripere et perhenniter libertare proprietatem et predictorum bonorum a domino nostro principe Ruyanorum sepedicto monasterio promisimus ordinare. Ad noticiam eciam cupimus pervenire singulorum, quod priorissa et conventus prefati monasterii nobis dederunt liberum arbitrium reemendi pretacta bona in quinto anno, ita tamen, quod summa septingentarum marcarum ipsis totaliter persolvatur ante festum Pache tunc venturum; quod si non fecerimus, prefatum monasterium sepedicta bona absque omni titulo reempcionis in perpetuum libere possidebit. Ne igitur predictis dominabus super predicta vendicione nostra ac ipsarum empcione tam racionabiliter facta aliquod dubium sive calumpnia oriatur, sigilla nostra una cum sigillo predicti fratris nostri domini Pritbori presentibus sunt appensa, ipsis testimonium et cautelam. Testes huius rei sunt dominus Iacobus abbas in Hilda, dominus Godefridus prepositus Ruye, dominus Nycolaus provisor predictarum dominarum, Eghardus et Heynemannus fratres dicti de Poretze et alii quam plures tam clerici quam layci nichilominus fide digni. Datum Sundis anno domini MCCCVI, dominica qua cantatur Iudica.

Nach dem Codex Rugianus im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 33) Nr. 91. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1108.

Gedruckt bei Fabricius 4 1 S. 43 Nr. 347. Regest bei Pyl, Eldena S. 628.

2289.

1306 März 23 Wollin.

Der Rath von Wollin giebt dem dortigen Jungfrauenkloster 16 Pforten in den Wehren.

Universis Christi fidelibus presentem paginam visuris consilium universale veterum et novorum civitatis Wolin omnibus in perpetuum. Cum hominis vita brevis, tempus vero longum existat, oblivio per successum temporis gestorum excludit memoriam, nisi scriptis et sigillorum appensionibus roboretur. Et quia ex veterum doctrina didicimus, quod eleomosinarum largicio anime multum proficiat ad salutem, ideoque notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos de nostro deliberato animo maturoque consilio et consensu non solum propter deum, sed quia conventus sanctimonialium claustri Wolin civitati nostre et nobis pro libertate et proprietate sedecim clausurarum satisfactionem pro nostra voluntate congruam redempcionis forma prestitit et donavit, que scilicet clausure, que vulgariter dicuntur porten, primitus fuerunt domini Redtekin sacerdotis et deinceps Iacobi de Polchow bone memorie et denuo Nicolai de Calsowe honesti viri, qui prefatas clausuras dictis sanctimonialibus pure ac simpliciter pro sue anime remedio et suorum erogavit, damus dictis sanctimonialibus proprietatem ac libertatem pre-

taxatarum clausurarum, ut eo conveniencius suam inopiam defendant et recreentur eisdem, libere ac quiete perpetue possidendo, ceterumque ipsas habere volumus ab omni censu prefatarum clausurarum liberas et solutas. In cuius rei evidenciam, ut hec inconvulsa permaneant, presens damus scriptum nostro sub sigillo anno incarnacionis domini M° C° C° C° VI°, feria quarta ante dominicam Palmarum, domine ne longe qua cantatur.

Nach der Wolliner Originalmatrikel fol. 23 v Nr. 26. Diplomatar. monasterii sanctimon. Wollin. (Mscr. I 46 a) Nr. 26, I 46 b Nr. XVII. Abschrift des 17. Jahrhunderts im Staatsarchiv Stettin, Depos. Wollin Sect. A Tit. 11 Nr. 8 fol. 22 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1114.

2290.

1306 März 24 Greifenhagen.

Herzog Otto I. bestätigt den Kauf eines Stücks Heide durch die Stadt Greifenhagen von den Gebrüdern von Bertekow (s. oben die Urkunde vom 30. November 1305, Nr. 2258).

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Sclavorum et Cassubie et dominus Stetin omnibus in perpetuum. Que fiunt in tempore, simul evanescunt cum tempore, nisi firmentur testibus et scriptura. Notum igitur esse volumus universis Christi fidelibus presentis temporis et futuri, quod nostri fideles consules civitatis[1]) Griphenhagen de nostra voluntate et de consensu domini Thetmari abbatis Colebaz emerunt partem de merica a domino Gerrardo milite et a fratre suo Willekino dictis de Bertecowe iure perpetuo ad usum civitatis possidendam; que meta sic discribitur: prima meta est a fluvio Thywa a loco, qui dicitur stenworth unam viam sursum, que fuit inter terminos eiusdem Gerrardi et Hinrici de Melne, usque ad montem; ibi est via concava et ibi est mons vel cumulus, de illo loco ad aliam altitudinem, ubi iterum proiectus est cumulus; item ab illo loco directe ad paludem ad locum, ubi dicta palus dicitur medelbroch, donec dicta palus nomen permutat, sic ad aliam paludem magnam, ibique iterum proiectus est cumulus, item ab illo loco ad cornu silve, que dicitur brochwerdere[2]) ubi sita[3]) est vibex, ibi quoque etiam (!) proiectus est cumulus. Hec pars ad dexteram versus aquam est civitatis, alia vero versus campum est dictorum fratrum libera sicut prius. Hec ordinata sunt a viris discretis ex arbitrio utriusque partis a domino Henrico milite de Pokelente, Petro de Brakle, Egelberto de Sanne, Iohanne Wossowe, Nicolao de Sconenvelde, Willkino Pokelente. Nec sepe dicti fratres civitatem in sua parte inpedient nec civitas ipsos nisi de consensu et licentia utrobique. Datum anno gracie M° CCC° sexto in Griphenhagen, nono Kalendas Aprilis. Testes huius sunt dominus Th(etmarus) abbas predictus de Colebaz, Hermannus et Ludeke de Sceninge, Ludeke et Gernoth milites de Massowe et quam plures alii fide digni.

[1]) civitis. Orig. [2]) bochwerdere. Orig. [3]) scita. Orig.

Nach dem Originale mit an grün-rothen Seidenschnüren anhängendem, fragmentarisch erhaltenem Reitersiegel des Herzogs im Stadtarchive zu Greifenhagen Nr. 9.

Gedruckt Baltische Studien Jahrg. 8 Heft 2 S. 169 und bei Schöning, Geschichtl. Nachr. von dem Geschlechte v. Schöning II S. 15 Nr. 61.

2291.

1306 März 27 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen leiht dem Dietrich von Külpen und Gerwin Bäcker einen von den Gebrüdern von Vitzen gekauften Wald neben dem Kloster Bergen zu Eigenthum.

Wyzlavus dei gracia princeps Ruyanorum universis Christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod Teodericus de Kulpen et Gherwinus Pistor silvam sitam iuxta claustrum Berghen in terra Ruye ab Arnoldo et Vickone[1]) de Vicen fratribus et militibus cum nostro consensu et assensu[2]) vero tytulo empcionis racionabiliter compararunt, quibus videlicet Teoderico de Kulpen et Gherwino[3]) Pistori dictam silvam cum fundo contulimus cum omni iure et proprietate et eodem longitudinis et latitudinis spacio, quo dicti milites dictam silvam possiderunt, iure hereditario et absque omni servicio perpetuis temporibus libere possidendam, aggerem vulgariter dictum wal et rubeta, que Hinrico Tabernatori in Berghen dimisimus, excipimus singulariter et expresse. Si vero dictos viros Teodericum et Gherwinum quippiam vendere vel exponere contigerit, dictam silvam ipsorum emptoribus eam sub omni condicione prehabita scilicet iuris et libertatis modis omnibus conferimus. Ut autem prescripta inviolabiliter observentur, presens scriptum exinde confectum nostri sigilli munimine duximus roborare. Testes huius rei sunt Pritborus de Vilmenicze, Raven Buck, Tydericus Mezekow, Reyfridus de Penicz, Gherlacus Smachteshaghen, Conradus Dotenbergh, milites, dominus Nycolaus Starkow sacerdos et alii quam plures fide digni. Datum et actum Sundis anno domini M° CCC° sexto, in die palmarum.

[1]) Vickoni. Copiar. [2]) ascensu. Copiar. [3]) Gherwini. Copiar.

Nach der Abschrift im Copiar des Klosters Bergen fol. 13 v Nr. 14. Extrakt im Mscr. 214 der Löper'schen Bibliothek.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 44 Nr. 348.

2292.

1306 März 27 Stettin.

Herzog Otto I. giebt der Stadt Greifenhagen seine Einwilligung zur Anlage einer Brücke über die Oderarme und eines Dammes über den Werder, sowie zur Erhebung eines Zolles auf demselben

In nomine domini amen. Cum sit humanum, quod hominum gesta nequeant perpetuis temporibus in memoria conservari, expedit ideo, ut litteris et testimonio perhennentur. Hinc est, quod nos Otto dei gracia Cassubie, Sclavie ac Pomeranie dux dominusque in Stettyn recognoscimus hoc instrumento perpetuo valituro coram universis et singulis presencia habituris, quod nos animo liberali et maturo nostrorum fidelium consilio vasallorum dedimus et damus per presentes nostris fidelibus consulibus et dilectis nostre civitatis Gryfenhaghen, qui pronunc sunt et pro tempore fuerint, universisque civibus civitatis eiusdem licenciam et liberam facultatem faciendi aggerem et pontes construendi, ubi opus sit, ab ipsa civitate usque trans Oderam ad terram Stettynensem pre omni inpedimento nostro et nostrorum successorum licite et secure, ut per hoc iam dicta nostra civitas emendetur. Insuper dedimus et licenciavimus

iam dictis consulibus nostris et civibus universis erigendi et construendi propugnaculum in insula, quam Odera circumfluit, aut alibi in aggere suo, aut ubi ipsis expedire videbitur ad pontes eorum et aggerem gubernandum. Preterea omne preiudicium, quod ipsis consulibus et civibus nostris predictis averti potest ab aliis civitatibus, militibus et vasallis ad destructionem dicti aggeris aut propugnaculi seu poncium habentibus litteras nostrorum progenitorum seu patruorum nostrorum aut aliorum nostrorum benefautorum facimus presentibus irritum adque (!) cassum. Inter cetera thelonium quoddam in dicto aggere et pontibus ad comparandum et reparandum eosdem posuimus in hunc modum: Consules nostri dicte iam[1]) civitatis Gryfenhagen tale telonium in suo ponte ab omnibus et singulis hominibus aggerem et pontes transseuntibus et eciam aliis rebus quibuscumque tollant et sublevent, quale consules civitatis nostre Stettyn de suo aggere et pontibus ab omnibus cuiuscumque condicionis ac rebus aliis recipiunt et hactenus receperunt. Tale enim thelonium sepedictis nostris consulibus et civibus universis iuste proprietatis tytulo in omne evum de manu nostra et nostrorum successorum debeat permanere. Ut autem hec omnia rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum nostri sigilli munimine iussimus communiri. Testes vero donacionum istarum sunt dominus Ditmarus in Colbaz, Theodericus Luchto noster marschalcus, Gherardus de Sweryn, Wylhelmus Trampe, Iohannes et Wernerus de Bůke, nostri milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Stettyn anno domini M° C° C° C° sexto, in die palmarum.

[1]) iam auf Rasur.

Nach dem Originale, an dessen grünseidenen Siegelschnüren kein Siegel mehr vorhanden ist, im Stadtarchiv Greifenhagen Nr. 12.

Regest bei Gollmert, Geschlecht von Schwerin III S. 87 Nr. 51; vergl. Baltische Studien Jahrgang 8 Heft 2 S. 170.

2293.

1306 April 10.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verkauft dem Kloster Neuenkamp die Fischereigerechtigkeit im Penin-See für 300 Mark Pfennige und verleiht demselben das Eigenthum der in Splietsdorf erworbenen $2^1/_2$ Morgen Mergelland.

Wizlaus, dei gracia princeps Ruyanorum, omnibus Christi fidelibus presentem cedulam visuris salutem in omnium salvatore. Notum facimus universis presentis temporis et futuri, quod cum olim debitis essemus pregravati, bona nostra in villa Lutsowe situata, in quibus aliquando residenciam fecimus personalem, communitati civium civitatis Stralessund vendidimus, nobis tamen ius piscandi, quod nobis racione dictorum bonorum competere dinoscebatur, in stagno Penin dicte ville Lutsowe adiacenti integraliter et absolute reservantes, ita ut nec nos nec ullus civium prefate civitatis vel quisquam hominum racione predictorum bonorum in villa Lutsowe, que vendidimus, in dicto stagno Penin quocunque genere instrumentorum aliquam deberet in posterum habere piscandi facultatem. Processu vero temporis venerabilibus et in Christo nobis dilectis domino abbati et conventui ecclesie Novi Campi, ad quos proprietas sepedicti stagni ab antiquo pertinuit, maturo consilio prehabito totale ius, quod in aquis sepius nominati stagni nobis quocunque titulo vendicare poteramus, pro trecentis marcis denariorum

slavicalium foro irretractabili vendidimus in evum libere possidendum et qniete, inhibentes firmiter, ne quisquam hominum aquas prefatas seu alias ubicunque ad dictorum fratrum molendina fluentes effodere vel abducere presumat in eorumdem fratrum preiudicium et gravamen, sicut eciam eisdem in privilegiis patris nostri predilecti aliquando constat esse donatum. Preterea intra terminos ville Splitaffesdorp proprietatem agri cuiusdam in mensura unius iugeris et dimidii, quem sibi sepedicti fratres a nostris vasallis compararunt, ad fodiondam et deducendam terram, que vulgo mergel dicitur, prout signis distinctivis ab aliis agris est distinctus, eisdem fratribus cum omni iure dedimus perpetuo libere possidendum. In cuius rei firmamentum sigillo nostro hanc paginam roboramus. Testes huius rei sunt domini Pritburus de Velmeniz, Lodewicus Kabolt, Raven Buc, Arnoldus et Fredericus dicti de Vicen, Hinricus cum Thorace, Reynfridus de Peniz, milites, dominus Gherlacus viceprepositus territorii Tribuses et alii quam plures fide digni. Datum per manum notarii nostri domini Nicolai de Starcowe anno domini M° CCC° sexto, in dominica qua Quasimodogeniti decantatur.

Nach dem Originale, dessen Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Neuenkamp Nr. 70. Abschrift im Neuenkamper Copiar. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1099.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 44 Nr. 349.

2294.

1306 April 19 Dargun.

Fürst Heinrich von Mecklenburg vergleicht sich mit dem Herzoge Otto I. von Pommern wegen des Schlosses zur Kogel am Kabelpaß, wegen derer von Putzar und der Grafen von Gützkow.

Wy Hinrik van godes gnade herre to Mychlenborch unde to Stargarde bekenen, dat wy na deme rade uses vedderen hern Nyclauus van Werle us erened hebben mid useme ome hertoghen Otten van Stetyn aldus: Stede unde hus to der Koghelen beyde zcholen stan to useme wilkore tuischen hir unde sunte Iohannes daghe to middeme somere to beholdende mid unseme reychte, mid en desser ver herren: hern Bugs[lawen], hern greven Gherad van Holzsten, hern Nyc[lauus] van Zwerin oder hern Nycl[lauus] van Werle. Zowane wy dat reycht don willen binnen desser tid oder nycht, zo scholen wy id eme verteynacht vor vndbeden; wolde wy des nicht don, zo scal us om hertoghe Otto mid desser herren en des huses stede beholden mid errer beyder reycte, zo scholde wi dat hus breken. Vortmer uppe huser beyder schede en schal me nene veste buwen, vortmer de van Potzare de stede, de se beghund hadden, en scholen se nycht vord buwen, mer enen berychurede van ver roden, ane graven uppe slichter erden, dar se vor er ghenoten velych uppe wesen moghen, moten se wol buwen. Vordmer umme den schaden, den wy den van Potzare ghedan hebben, dar scole wy se also umme handelen, dat se unseme ome danken scholen. Jewelik vser schal siner herschap weldech wesen, unde use om herthoghe Otto schal holden den van Gutzikkowe, dat errer beyder handvestinghe spreken. Worde dar jenech schelinghe an, de schal stan uppe uses vedderen man her Nycl[auus] van Werle unde up uses omes man hertoghen Otten unde sine man des van Gutzikowe unde uppe use man, de schelinghe to likende, unde dar scolen se sik beyde an

ghenoghen laten. Hir up hebbe wy dessen bref ghegheven unde mid unseme ingheseghele bezeghelet. Dat is gheschen to Darghun na der bort godes dusent jar drehundert jar in deme sesten jare, des dincedaghes vor sunte Jurigens daghe.

Nach dem Originale, an dessen eingehängtem Pergamentstreifen kein Siegel mehr hängt, im Staatsarchiv Stettin s. r. Ducalia Nr. 17. Extrakt bei Klempzen fol. 198. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1091.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch Bd. V S. 273 Nr. 3081. Gollmert, Geschlecht von Schwerin III S. 88 Nr. 52. Höfer, Auswahl S. 353.

2295.

1306 April 23 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. verkauft der Stadt Barth das Eigenthum des Hofes Alkun und aller dazu gehörigen Güter zu Lübischem Recht.

Wizslavus dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in eo, qui neminem vult perire. Noverint universi, quod nos matura et bona deliberacione prehabita nostrorum fidelium dilectis nostris burgensibus et communitati civitatis Bart vendidimus integralem proprietatem curie Alkun et omnium bonorum adiacencium eidem curie iusto titulo vendicionis cum omnibus et in omnibus infra terminos dicte curie comprehensis scilicet in aquis, rivis, fontibus, aquarum decursibus, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, paludibus, rubetis nec non cum omnibus aliis fructibus, quocumque vocabulo vel nomine vocentur, qui nunc in presenti sunt tempore vel in futuro poterunt inveniri, industria vel natura mero iure proprietatis perpetuis temporibus possidendam. Insuper addicimus expresse, quod predicta curia cum omnibus contentis infra ipsius terminos, sicut iacuit tempore ab antiquo, iure Lubicensi debeat subiacere. Testes huius rei sunt: Pritborus de Vilmenitze, Nicolaus et Theze de Putbuske, Lodewicus Kabolt, Raven Buc, Thidericus Mezecowe, Gerlacus de Smagtheshaghen, Iohannes de Ost, Iohannes de Rethem advocatus, Hinricus cum Thorace, milites, dominus Nicolaus Starcove, Thidericus de Dorpen, Conradus filius Rederi, Gerwinus Semelowe, Io(hannes) de Bart, consules de Sundis, et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum per manum Gherardi de Rode, notarii nostri, Sundis anno domini M° C° C° C° sexto, in die beati Georrii martiris.

Nach dem Originale ohne Siegel im Barther Stadtarchiv Nr. 10. Abschrift im Manuscr. Pomeran. Fol. 146 der Greifswalder Universitätsbibliothek Barth Nr. 7 fol. 111. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1101.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 45 Nr. 350.

2296.

1306 Mai 1 Rabenhorst.

Ludolf von Zesewitz, Pfarrer zu Neuburg, beglaubigt sein an eine Urkunde des Bischofs Gottfried von Schwerin vom 15. April 1306 gehängtes Siegel und erklärt, jene Urkunde besiegelt zu haben.

Die Siegelung geschah congregatis ibidem venerabilibus et religiosis patribus de Lucka, de Amelungisborne, de Novo Campo, de Betsingerode abbatibus —

In quorum omnium et singulorum testimonium sigilla abbatum de Lucka, de Amelungesborne, de Novo Campo et de Betzingerode una cum sigillis militum Everhardi Moltiken et Eckhardi Rescynkel rogavi apponi . . . . Acta sunt hec loco et die predictis (in festo apostolorum Philippi et Iacobi) anno domini M° CCC° sexto.

Nach dem Druck im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 275 Nr. 3088.

2297.

1306 Mai 21.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verkauft der Stadt Barth die hergebrachte fürstliche Rente von 54 Drömt Getreide.

Wizlavus dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in domino. Noverint universi, quod ex provida deliberacione nostrorum fidelium vasallorum dilectis nostris burgensibus universis in civitate Bart commorantibus, quos favore specialis dilectionis prosequimur, propter multiplices servitutes et dilectiones ab ipsis nobis pluries inpensas vendidimus redditus nostros frumentales, quos annis singulis ibidem percipere solebamus, videlicet decem et octo tremodia siliginis, novem tremodia ordei, viginti septem tremodia avene cum integralibus libertatibus, proprietatibus, iure Lubicensi perpetuis temporibus possidendos, mandantes nostris heredibus subsequentibus seu advocatis, officialibus, ne predictos nostros burgenses in percepcione dictorum reddituum presumant aliquatenus inpedire, quia eis redditus predictos, ut predictum est, iusto tytulo vendicionis et foro irretractabili duximus venumdandos. Testes huius rei sunt: Pritborus de Vilmenize, Nycolaus et Theze, fratres de Butbusseke, Hinricus marscalcus, Lodewicus Cabolt, Raven Buc, Thidericus Mezecouwe, Gherlacus de Smachteshagen, Iohannes de Ost, Hinricus cum Torace, Iohannes de Retem advocatus, Iohannes Gristouwe, milites ac consiliarii nostri, Nycolaus Starcouwe sacerdos, Thidericus van Dorpen, Conradus filius Rederi, Gerwinus Semelouwe, Nicolaus de Gripeswolt, consules Stralessundenses, et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum per manus Gerhardi de Rode, notarii nostre curie, anno domini M° CCC° VI°, in vigilia pentecostes.

Nach dem Originale ohne Siegel im Barther Stadtarchiv, Nr. 11. Abschrift im Mscr. Pomeran. Fol. 146 der Greifswalder Universitätsbibliothek, Barth Nr. 6 fol. 109. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1100. Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 46 Nr. 352.

2298.

1306 Mai 25 Greifswald.

Vergleich zwischen der Stadt Greifswald und dem Kloster Eldena wegen ihrer seit 1304 obwaltenden Streitigkeiten über die von der Stadt neben der dänischen Wiek gemachte Hafenanlage; die Stadt erkennt das Eigenthumsrecht des Klosters an dem Grunde sowie an der ganzen Wiek und dem Flusse Ryck an.

In nomine domini amen. Universis sancte matris ecclesie filiis nos consules ac universitas civitatis Gripeswold salutem et noticiam veritatis. Ad perpetuam rei memoriam omnes et singulos scire desideramus, quod cum anno domini M° CCC° quarto propter portum, quem nos

iuxta Danicum vicum effodi et propter domum, quam in uno aggere, qui brinken vulgariter dicitur, ipsius portus construi fecimus, inter dominum abbatem et suum conventum Hyldensis monasterii gravis exorta fuisset discordia, eo quod dictus abbas proprietatem ipsius loci sibi vendicaret et eundem esse sui monasterii affirmaret, et cum talis magna atque dampnabilis controversia inter utrasque partes periculose aliquamdiu durasset, arbitris amborum consensu terminanda est commissa, sed minime est in pacem et amiciciam reformata. Tandem venerabilis dominus Hinricus Caminensis ecclesie episcopus assumpto sibi honorabili domino Dytmaro abbate Colbacensi huic discordie amicabiles pacificatores et pacisreformatores se fecerunt et sibi totam causam sive materiam litis insumpserunt, et dum ex litteris examinatisque privilegiis utriusque partis veritatem et iusticiam plenius cognovissent, per eorum industriam et informacionem ad concordiam et amiciciam secundum modum infrascriptum sumus amicabiliter et pacifice reformati: ita quod dominus abbas dimisit et postposuit omnem querelam et impeticionem, quam occasione predicti portus contra nos habuit, in perpetuum, et nos consules antedicti promisimus eisdem pro nobis nostrisque successoribus eadem condicione scilicet, quod nunquam tempore sempiterno aliqua arte vel ingenio vel subtilitate nec eciam auxilio[1]) iuris canonici et civilis quidquam facere vel attemptare debeamus in sepedicto portu et suis monticulis ambobus hinc inde congestis et in aliis bonis eorum, unde proprietas, libertas et iurisdiccio supradicti monasterii possit alienari, minui vel infringi. Hec maxime servabimus in piscatura vel in libertate piscandi, quam nunc habent et habuerunt et pacifice possederunt a tempore, cuius non est memoria, in brachio maris, quod vulgariter dicitur wyc, sicut circumcingitur et circumdatur ex utraque parte aque bonis eorum a Dersehoved usque in Coz et ubicunque proprietas vel fundus predicti monasterii mare contingit, nec in amne Hylda sive Rech ultra terminos nostre civitatis tam ad orientalem quam ad occidentalem plagam nichil nobis iuris usurpabimus, sed omnia supradicta sepedictis dominis de Hylda libera maneant et illibata, sicut dominorum terre litteris scimus eos privilegiatos et munitos. Ad firmiorem autem confirmationem amicicie et pacis promisimus eidem domino abbati et conventui in suis iustis causis et negociis contra quoscunque nostram promocionem consiliis et auxiliis, quando et quocienscunque fuerimus ab eis ad hoc requisiti et vocati. In cuius placitacionis et pacifice concordie perpetuum robur presentem litteram sigillis venerabilium dominorum supradictorum domini Hinrici episcopi Caminensis et domini Dytmari abbatis Colbacensis una cum nostre civitatis sigillo dedimus sigillatam. Testes huius amicie et amicabilis concordie sunt de nostro consilio Hinricus Gorslaw, Everhardus de Kyle, Iohannes Sachtelevend, Hermannus Mulard, Hinricus de Lyppia, Iohannes Roghenbuc, Io(hannes) Hofnagel, Everhardus Colorator, Lambertus de Leconyz, Ulricus de Walle, Dytmarus de Trepetow, Hin(ricus) iunior Gorslaw, Wolterus de Lubeke, Hermannus Albus, Io(hannes) Rusche, Dytbernus Pannicida et quam plures alii tam de consilio quam extra consilium fide digni, qui omnes huic concordie interfuerunt et benivolo animo consenserunt. Datum et actum in Gripeswalt anno domini M° CCC° sexto, in die beati Urbani martyris.

[1]) auxilio übergeschrieben.

Nach dem Originaltranssumpt vom 16. Juni 1319 im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Eldena Nr. 58. Extrakt bei Klempzen fol. 85 v. Niederdeutsche Uebersetzung im Memorabilienbuch der Stadt Greifswald Nr. 1 fol. 42. Vidimirte Kopieen von 1516 und 1518 im Staatsarchiv Stettin, Wolgaster Archiv Tit. 70 Nr. 8. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1115.

Gedruckt bei Dähnert, Sammlung Pommerscher und Rügischer Landesurkunden, Suppl. 1, S. 1159 Nr. 36, bei demselben, Pommersche Bibliothek, 5. Bd. 8. Stück p. 307 und bei Fabricius IV 1 S. 46 Nr. 353. Regest bei Pyl, Eldena S. 629.

2299.

1306 Mai 28 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verkauft dem Benekin von Schaprode, Bürger zu Stralsund, den dritten Theil des Dorfes Rothenkirchen auf Rügen zur Dotirung eines Altars zu Stralsund, jedoch mit Vorbehalt des höchsten Gerichts und der Bede.

Wyzslaus dei gracia Rugyanorum princeps universis Christi fidelibus presencia audituris seu visuris salutem in domino sempiternam. Contractus, quos mundus ordinat, oblivio in pluribus duceret in errorem, si non litterarum karaktere firmarentur. Quapropter notum facimus presentibus et futuris, quoo cum bona voluntate et consilio nostrorum fidelium consiliariorum honesto viro Benekino de Scaprode, burgensi nostro dilecto in Sundis, suisque veris et legitimis heredibus sive successoribus vendidimus et iure feodali contulimus terciam partem ville, que dicitur Rodenkeyke, in terra nostra Rugye in uncis et mansis cum omnibus utilitatibus et redditibus dicte ville adiacentibus, in agris cultis et incultis, pascuis, pratis, silvis, paludibus, cespitibus, aquis et rubetis infra suas metas situantibus ad perpetuam dotacionem seu fundacionem unius altaris secundum suam voluntatem cum proprietate et libertate eiusdem ville absque ulla servitutis specie temporibus perpetuis possidendam, reservantes nobis in predictis alcius et superius ius et peticionem seu precariam semel in anno et eciam, si pluries peticionem receperimus in anno in aliis nostris bonis; si vero nullam peticionem in bonis aliis nostre terre receperimus, extunc antedicta tercia pars ville sive eius inhabitatores sint liberi et soluti. Ut autem hec donacio tam sollempniter per nos facta robur obtineat firmitatis et perpetue permaneat inconvulsa, presens privilegium scribi mandavimus, quod et sigilli nostri appensione evidenter fecimus communiri. Datum et actum in Sundis anno domini millesimo tricentesimo sexto, sabbato proximo post festum penthecostes.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Stadt Stralsund Nr. 2.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 47 Nr. 354.

2300.

1306 Mai 28 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verkauft dem Dietrich von Dorpen, Bürger zu Stralsund, zur Dotation eines Altars 20 Mark jährlicher Rente aus dem Dorfe Rothenkirchen zu dienstfreiem Lehn, jedoch mit Vorbehalt des höchsten Gerichts, der Münzpfennige und der Bede.

In dei nomine amen. Wiz(laus) dei gracia princeps Ruyanorum universis Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in domino. Contractus, quos mundus ordinat, oblivio in plerisque in errorem duceret, si non firmarentur karaktere litterarum. Ea propter notum facimus presentibus et futuris, quod cum bona voluntate et consilio nostrorum fidelium consiliariorum honesto viro Thiderico de Dorpen, burgensi nostro, suisque veris heredibus vendidimus et pheodali iure contulimus viginti marcarum redditus in terra nostra Ruye in villa Rodenkerken in uncis et mansis cum omnibus utilitatibus et fructibus dictis redditibus adiacentibus, in agris cultis et incultis, pascuis, pratis, silvis, aquis, rubetis et paludibus infra suas metas, prout

eciam possedimus, ad perpetuam dotacionem seu fundacionem unius altaris secundum suam voluntatem, cum proprietate et libertate eorum reddituum absque ulla servitutis specie perpetuis temporibus possidendos, reservantes nobis in predictis redditibus alcius et superius ius et denarios monete et peticionem seu precariam semel in anno, eciam si pluries peticionem receperimus in anno in aliis nostris bonis. Si vero nullam peticionem in aliis bonis nostre terre receperimus, tunc sepedicti redditus a peticione erunt liberi et soluti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes huius rei sunt Pritborus de Vilmenitze, Nicolaus et Theze de Putbuske, Hin(ricus) de Ost, Lodewicus Kabolt, Raven Buc, Gerlacus de Smagtheshaghen, Io(hannes) de Ost, Thidericus Mezecowe, Io(hannes) de Rethem, Hinricus de Thorace, milites, et alii plures fide digni. Datum et actum Sundis anno domini M° C° C° C° sexto, sabbato in septimana penthecostes.

Nach dem Originale, dessen an rosa-grünen seidenen Schnüren befestigt gewesenes Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Stadt Stralsund Nr. 2 a. Die zweite Ausfertigung im Archiv des geistlichen Kalands zu Stralsund, nach welcher Fabricius IV 1 S. 48 Nr. 356 die Urkunde gedruckt hat, ist nicht mehr vorhanden.

2301.

1306 Mai 28 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verkauft dem Priester Heinrich von Brakel zur Dotation eines Altars 20 Mark Rente aus dem Dorfe Rothenkirchen zu dienstfreiem Lehn, jedoch mit Vorbehalt des höchsten Gerichts, der Münzpfennige und der Bede.

In dei nomine amen. Wi(zlaus) dei gracia Ruyanorum princeps universis Christi fidelibus audituris presentia vel visuris salutem in domino sempiternam. Contractus, quos mundus ordinat, oblivio in plerisque in errorem duceret, si non firmarentur karaktere litterarum. Eapropter notum facimus presentibus et futuris, quod cum bona voluntate et consilio nostrorum fidelium consiliariorum viro prudenti domino Hinrico de Brakele sacerdoti suisque heredibus legitimis et veris vendidimus et pheodali iure contulimus redditus viginti marcarum in terra nostra Ruyen in villa Rodenkerken in uncis et mansis cum omnibus utilitatibus et fructibus dictis redditibus adiacentibus in agris cultis et incultis, pascuis, pratis, silvis, aquis, rubetis et paludibus infra suas metas ad perpetuam dotationem seu fundationem unius altaris secundum suam voluntatem cum proprietate et libertate eorundem reddituum absque ulla servitutis specie temporibus perpetuis possidendos, reservantes nobis in predictis redditibus altius et superius ius et denarios monete et petitionem seu precariam semel in anno, etiam si pluries petitionem receperimus in anno in aliis nostris bonis; si vero nullam petitionem in bonis aliis nostre terre receperimus, tunc sepedicti redditus a peticione etiam erunt liberi et soluti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° sexto, sabbato in septimana pentecostes.

Nach dem Originale, dessen an Pergamentstreifen anhängend gewesenes Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Rügen Nr. 2.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 48 Nr. 355.

2302.

1306 Juni 25 Pyritz.

Herzog Otto I. bestätigt dem Kloster vor Pyritz das Eigenthum an einer von Arnold von Nienkop erkauften Mühle bei dem Kloster und von vier Burghöfen, welche es von Konrad von Köthen erkauft hat.

Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubiae dominus in Stettin omnibus Christi fidelibus omne bonum. Ne in dubium veniant, quae geruntur, solet ea ratihabitio solidare. Igitur in honorem dei et suae genitricis intemerate virginis Mariae ob nostrorum progenitorum, nostri patris ducis Barnim dilecti et nostri fratris Barnim piam memoriam et nostrorum scelerum relaxamen reverendis monialibus circa civitatem Piritz et earum successoribus dedimus proprietatem molae sitae ante earum claustrum emptae ab Arnoldo de Nienkop, insuper et quatuor mansorum apheodatorum castro Piritz, emptorum ab Conrado de Kotene milite et suis cohaeredibus in perpetuum foeliciter obtinendam. Datum in huius testimonium praesens scriptum sub nostri sigilli robore et actum anno domini MCCC sexto, sabbato post nativitatem beati Iohannis baptistae proximo in Piritz.

Nach der Pyritzer Matrikel (Mscr. I 31) fol. 19; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1093.

2303.

1306 Juni 29 Massow.

Ritter Gobelinus Luchte genannt von Massow und seine Söhne Ritter Dietrich Luchte und Johannes schenken dem Augustinerkloster in Stargard mehrere Hebungen im Dorfe Buslar.

In nomine domini amen. Quoniam que fiunt in tempore, ne cum temporis cursu sub oblivionis nebula simul evanescant, in libelli gremio sub scripturarum radio servata plus lucescunt. Ego igitur dominus Gobelinus Luchte miles dictus de Massow filiique mei Theodoricus Luchte miles ac Iohannes pariterque de Massow nominati notum esse cupimus tam presentibus quam futuris et in scriptis patentibus protestamur, quod matura usi deliberatione et consensu unanimi decrevimus ob reverenciam dei omnipotentis genitricisque Mariae necnon omnium sanctorum altare construere in honorem sancti Quirini consecrandum in monasterio religiosorum fratrum videlicet heremitarum ordinis sancti Augustini domus civitatis dictae nova Stargardt ipsumque altare adeo de bonis nobis collatis dotare disposuimus cum duobus choris siliginis, quos tollere debent perpetualiter in villa Busselar a nostris ortulanis, qui proprie dicuntur cosseten, de duobus mansis, ipsique ortulani in redditibus dent nobis et nostris veris heredibus tres choros siliginis et illis contulimus predictis fratribus in nova Stargarde duos choros siliginis, nobis ac nostris heredibus dominorum ducum famulatu ortulanorumque servicio et supremo iure perpetuo permanente. Et si ex discordia dominorum sustinerent aliquod damnum spoliis vel incendiis prefati ortulani, ipsi quoque fratres de Stargarde equanimiter damnum sustineant pacienter. Hos predictos duos choros percipiant tempore statuto scilicet infra Martini et nativitatem Christi singulis annis a nobis seu a nostris heredibus nunc existentibus vel supervenientibus seu ab heredum nostrorum successoribus. Que bona ita huic conventui obtulimus et appropriavimus, quod nullus posterorum vel dominorum post mortem nostram hanc elemosynam impedire valeat.

Et predicti fratres ipsam habeant iure hereditario iugiter possidendo, ita tamen, ut omni feria secunda una missa pro defunctis dummodo dici licebit et omni sexta feria de sancta cruce et sabbatis de beata virgine ad medium altare in eorum ecclesia ab ipsis fratribus cottidie persolvatur, ut eorundem fratrum piis orationibus adiuti nos nostrique progenitores [et][1]) propago generis nostri successiva indulgentiam peccatorum de dei omnipotentis misericordia animarumque nostrarum ac propinquorum nostrorum percipere mereamur refugium salutare. Huius donacionis testes sunt viri honorabiles dominus Hinricus miles de Massow, dominus Ludolfus miles de Massow, dominus Gerlandes miles de Massow et alii quam plures fide digni. Ut autem haec collacio firma et immobilis perseveret, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum et actum anno domini MCCC sexto, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli in castro Massow.

[1]) An Stelle des et in der Handschrift ein unleserliches Wort.

Nach einer vidimirten Abschrift saec. XVI im Staatsarchiv Stettin s. r. Stettiner Archiv Pars II Tit. 20 Nr. 33.

2304.

1306 Juli 2 Greifswald.

Fürst Wizlaw III. von Rügen bezeugt, daß der Abt von Eldena und die Stadt Greifswald vor ihm den am 25. Mai geschlossenen Vergleich (oben Nr. 2298) wiederholt anerkannt haben, und bestätigt zugleich alle älteren Privilegien des Klosters.

Wyzslaus dei gracia princeps Ruyanorum omnibus hanc paginam visuris presentibus et futuris salutem in perpetuum. Cum per successionem futuri temporis preteritorum oblivio frequenter surripiat, prudentis est consilium, ut acta, que stabilita cupimus permanere, scripture ac sigillorum amminiculo maneant incorrupta. Noscat igitur nobilis etas presencium et futurorum, quod in nostra nostrorumque consiliariorum fidelium presencia constituti commendabilis ac religiosus vir abbas monasterii in Hilda parte ex una nec non discreti viri consules civitatis Gripeswold parte ex altera manifeste recognoverunt, quod omnis lis, discordia et controversia, quam inter se abbas et conventus dicti monasterii ac ipsi consules memorate civitatis Gripeswold habuerunt occasione cuiusdam portus, quem effodi iuxta vicum Danicum in nostro dominio fecerunt, cuius fundus et proprietas ad ipsum monasterium a prima ipsius fundacione pertinuisse et adhuc cum omni iure et iudicio plene dinoscitur pertinere, mediante prudentum consilio, auxilio et informacione, videlicet reverendi in Christo patris et domini domini Hinrici Caminensis ecclesie episcopi et honorabilis ac religiosi viri domini Ditmari, abbatis Colbacensis fuisset et esset concorditer, amicabiliter et pacifice terminata et sopita, ut in littera eiusdem civitatis coram nobis lecta, visa et audita, sigillata sigillis venerabilium virorum dominorum supra dictorum una cum civitatis sigillo dicti abbas et conventus possunt dare et lucide edocere; verum dicti consules, cupientes nostram sibi reconciliare[1]) graciam et in signum perpetue pacis, concordie et amicicie inter prefatos fratres de Hilda et ipsos eorumque successores conservande, et ut omnis materia maligne dissencionis in futurum tollatur et abcidatur, nulla[2]) violencia compulsi aut incommodo, sed voluntate bona spoponderunt[3]), quod omnia et singula capitula, si que in ipsorum privilegiis in preiudicium ecclesie Hildensis et gravamen, specialiter piscature,

continerentur, nullius debent esse virtutis, roboris seu valoris. Insuper omnes ius et iudicium in portu eiusque monticulis ambobus manebit memorate ecclesie perpetuis temporibus inviolatum, integrum et salvum, omnibus contradictionibus quorumcunque penitus et allegacionibus procul motis et exclusis. Sed cum magis sit pium et honestum, religiosorum locorum profectibus intendere, quam ad eorum detrimenta et dispendia aliquid attemptare, ob amorem iusticie maxime, expedivimus et commonuimus prenominatos consules, ne dictam Hildensem ecclesiam in bonis, iuribus, proprietatibus, redditibus, terminis et piscacionibus de cetero molestarent. Quod si ausu temerario facerent, quod absit, pro certo scirent, se omnipotentem deum offendere et nostram ingratitudinem incurrere graviter, hoc quoque addito, quod si dictum monasterium postea in aliquibus, timore dei postposito[4]), indebite amplius perturbare presumpserint, promittimus nos nomine nostro et heredum nostrorum idem monasterium a progenitoribus nostris fundatum et salubriter beneficiis et privilegiis honoratum contra quoscunque ubilibet defensuros. Testes huius recognicionis, promissionis dictorum consulum, nostre commonicionis pariter et exhortacionis, in quorum presencia sunt hec facta, hii sunt: dominus Iohannes de Gristouwe, Chotam Morder, Borchardus de Rethim, Iohannes Morder, Marquardus cum Thorace, Iohannes de Osthen, Egardus advocatus noster, Harnith Bere, Lodewicus Kabold, Conradus Dotenbergh, milites nostri fideles. Ut autem Hildensis ecclesia gaudeat prememorata collacione et libertate, et ne acta coram nobis ipsis in posterum infringantur, presentem cedulam ad abbatis peticionem consulibus benivole consentientibus sic confectam nostro sigillo in testimonium premissorum fecimus roborari, confirmamus eciam ex superhabundanti nomine nostro et heredum nostrorum predictis fratribus in Hilda omnes libertates in quibuscunque bonis, possessionibus tam in mari quam in terra, villis, grangiis, molendinis, agris, pratis, pascuis, silvis, tabernis, littoribus, piscacionibus, cum portu in dicte ecclesie limitibus noviter facto, sicut a progenitoribus nostris sunt dotati et fundati, tempore sempiterno. Datum et actum Gripeswold, anno dominice incarnacionis millesimo tricentesimo sexto, ipso die Processi et Martiniani martirum beatorum.

1) reconsiliare. Memorabilienbuch. 2) Das Memorabilienbuch hat nuulla oder nnulla. 3) sposponderunt. Memorabilienbuch. 4) posposito. Memorabilienbuch.

Nach dem Memorabilienbuch im Greifswalder Stadtarchiv (Copie litterarum monasterii Hildensis, quas producerunt etc.) Nr. 1 fol. 41. Vidimirte Kopie von 1518 im Staatsarchiv Stettin s. r. Wolgaster Archiv Tit. 70 Nr. 8. Extrakt bei Klempzen, fol. 80 v.

Gedruckt bei Dähnert, Pommersche Bibliothek 5. Bd. 8. Stck. p. 308. Excerpt ibid. 4. Bd. 1. Stck. p. 17. Fabricius IV 1 S. 48 Nr. 357 und bei Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II S. 27 Nr. 144. Regest bei Pyl, Eldena S. 629.

2305.

1306 Juli 3.

Der Rath von Stralsund vergleicht sich mit dem Kloster Hiddensee über eine Wiese auf dem Zingst und gestattet dem Kloster, ein Erbe von 36 Fuß Breite in der Stadt zwischen dem Knieper- und Küterthor zu kaufen.

Omnibus Christi fidelibus cernentibus[1]) praesens scriptum consules civitatis Stralsundt salutem in domino sempiternam. Notum facimus praesentibus et futuris, quod discordia ac dissensio, quae vertebatur inter dominum abbatem et conventum monasterii sancti Nicolai in

Hiddense Cysterciensis ordinis ex parte una et nos et universitatem nostrae civitatis Stralessund ex parte altera, eo quod sibi praedictus dominus abbas et conventus quoddam pratum in Cyngst usurparunt, domino Arnoldo abbate Novi Campi, domino Gerlaco vicepreposito nostro pluribusque aliis viris idoneis et honestis mediantibus est taliter sopita, quod cum bona deliberatione nostrorum discretiorum honorabili viro domino Petro abbati in Hiddense et suo conventui eorumque successoribus Cysterciensis ordinis donavimus liberam facultatem emendi unam haereditatem in latitudine triginta sex pedum in nostra civitate inter valvam Knepstor et antiquum Kuterstor absque vigiliis et collectis, quod schot dicitur, et generaliter absque qualibet exactione perpetuis temporibus libere ad dicti conventus commodum possidendam, eo quod nobis pratum in Cyngst insula benevole dimiserunt, declarantes, quod ratione praedictorum nos et successores nostri debemus abbati et suo conventui et eorum successoribus in omnibus iustis causis esse favorabiles et fideles, et hoc idem nobis facient vice versa, ut inter nos et ipsos mutua amicitia observetur. In praedictorum testimonium scribi iussimus praesens scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Datum anno domini millesimo trecentesimo sexto, in crastino Processi et Martyriani martyrum beatorum.

[1]) cernentes. Handschrift.

Nach der Abschrift eines Transsumpts von 1337 September 29 im Staatsarchiv Stettin s. r. Wolgaster Archiv Tit. 67 Nr. 16 fol. 26.

2306.

1306 Juli 3.

Abt Peter von Hiddensee überläßt der Stadt Stralsund eine Wiese auf dem Zingst, gestattet ihr, auf Hiddensee eine Leuchte zu errichten, und vereinbart sich mit der Stadt wegen deren Unterhaltung sowie zu gegenseitigem Schutz und Beistand.

Omnibus Christi fidelibus cernentibus presens scriptum Petrus dei gracia abbas sancti Nycolay in Hiddenze ordinis Cisterciensis salutem in domino. Contractus et facta, que mundus ordinat, oblivio quandoque duceret in errorem, si non litteris firmarentur. Eapropter notum facimus presentibus et futuris, quod cum bona voluntate nostri conventus necnon cum consilio et placitatione reverendi viri domini abbatis Arnoldi de Nygenkampe causa unionis et concordie pratum in Cyngst insula, cuius mete protenduntur a parte meridionali iuxta terminos prati Bardensis, qui monticulis sunt distincti, versus aquilonem usque ad silvam, excepto spacio decem virgularum in latitudine a silva ad pratum, et ulterius protenduntur eedem mete directe usque ad finem silve versus orientem usque in dune et in aquam salsam, et deinde infra partem utramque salsi maris usque in aquam, que Nygeowe dicitur, cum proprietate eiusdem prati cumque omnibus utilitatibus et fructibus, qui in dicto prato nunc sunt et in posterum acquiri poterunt, et cum omni iudicio maiori et minori, dimisimus honestis viris consulibus et toti universitati civitatis Stralessundis perpetuis temporibus libere possidendum, donantes consulibus predicte civitatis plenam auctoritatem construendi et ponendi super Hyddenze unam lucernam, que omni anno ardere debet et incendi a nativitate Marie virginis usque ad festum Walburgis virginis ad utilitatem omnium adveniencium mercatorum. Nos quidem temporibus perpetuis procurabimus dictam lucernam in luminibus et nunctio ipsam custodiente, sed consules ipsam

lucernam et edificium perpetuis temporibus procurabunt, declarantes, quod dicti consules et eorum successores racione predictorum nobis nostrisque successoribus et nostro conventui in omnibus iustis causis debent esse favorabiles et fideles, et hoc idem debemus ipsis facere vice versa, ut inter ipsos et nos mutua amicicia observetur. In predictorum testimonium scribi iussimus presens scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Datum anno domini M° CCC° VI, in crastino Processi et Martyriani martyrum beatorum.

Nach dem Originale mit an grün-rothseidenen Fäden anhängendem Siegel des Abtes im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. II, Schiebl. 10). Transsumpt vom gleichen Datum im Staatsarchiv Stettin s. r. Wolgaster Archiv Tit. 67 Nr. 16 fol. 26. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1111.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 49 Nr. 358. Regest im Hansischen Urkundenbuch II S. 40 Nr. 91.

2307.

1306 Juli 26 (Braunschweig).

Der Rath der Stadt Braunschweig ersucht den Rath von Colberg, dem Ueberbringer, einem Diener des Abts zu Doberan, ein von dem verstorbenen Johannes Lange festgesetztes Legat auszuhändigen und quittirt damit den Empfang desselben.

Honorabilibus viris dominis . . consulibus in Colberch amicis suis dilectis . . consules in Bruneswich promocionis et obsequii quantum possunt. Vestram providenciam instanter petimus et rogamus, quatenus pecuniam, quam Iohannes Longus bone memorie pro salute anime sue donavit seu legavit, simul cum tota pecunia superstite, quam apud vos tenetis in deposito, presentare dignemini exhibitori presencium, qui est famulus domini abbatis in Doberano, sicut testatur littera, quam vobis ex parte eiusdem domini abbatis presentat. Si enim in processu temporis aliqui seu aliquis venirent sive veniret, petentes seu petens pecuniam datam ab eo pro remedio anime sue sive pecuniam superstitem, de peticione illorum sive illius vos indempnes[1]) volumus penitus observare, quod vobis promittimus firmiter in hiis scriptis, dantes vestre discrecioni presentem litteram communitam sigillo civitatis Brunswich in evidens testimonium prescriptorum. Datum anno domini M° trecentesimo sexto, in crastino Iacobi apostoli.

[1]) indepnes. Orig.

Nach dem Originale mit an Pergamentstreifen abhängendem, nur fragmentarisch erhaltenem Siegel der Stadt Braunschweig im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Stadt Colberg Nr. 22.

2308.

1306 August 4 Stuchow.

Herzog Bogislaw IV. verleiht dem Kloster Belbuck und seinen Leuten in Regamünde Zollfreiheit auf dem Regaflusse und eine Meile in die See hinein.

Buguzlaus dei gratia dux Slavorum et Cassubiae universis, ad quos praesens scriptum pervenerit, salutem in domino. Ne ea, quae aguntur in tempore, simul cum lapsu temporis labantur et pereant, solent vel lingua testium vel scripturae memoria roborari. Noverint igitur

tam presentes, quam faelix successio futurorum, quod nos pure propter deum domino abbati suoque conventui claustri Belbuch ordinis Praemonstratensis eorumque hominibus in Rhegemunde libertatem thelonei in fluvio, qui Rega nuncupatur, damus, ita videlicet, quod praedicti absque ullo thelonei gravamine transire debent et secure in perpetuum huc illucque et quocunque libet navigando usque ad unum miliare in salso mari, inhibentes nihilominus, ne quis offitialium seu advocatorum nostrorum praedictos in hac libertate thelonei ullo modo impediat vel infestet. Ut autem praedicta donatio firma maneat et aeterna, praesens damus scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Testes huius rei sunt Theodericus de Tanglim, Troye, Iohannes Manduvel, Fredericus Thuringus, milites, Henricus Woldenberch notarius, Quedlerus Clebow, Thomas, famuli, et plures alii clerici et laici fide digni. Datum Stochow, feria quinta post inventionem sancti Stephani prothomartiris anno domini MCCCVI.

Nach der Abschrift in der Belbucker Matrikel im Staatsarchiv Stettin fol. 43, 43 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1098.

2309.

1306 August 22 Stettin.

Herzogin Mechtild schenkt mit Zustimmung ihres Sohnes Otto I. dem Nonnenkloster vor Stettin, zunächst zum lebenslänglichen Nießbrauch für ihre Enkelinnen Mechtild und Beatrix, Töchter der Miroslawa, Gräfin zu Schwerin, Nonnen in demselben Kloster, 8 Hufen im Dorfe Daber.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris, audituris vel lecturis Mectildis dei gracia ducissa Stetinensis salutem in domino sempiternam. Ne res gesta in oblivionem transeat vel errorem, necesse est eam testibus ydoneis et instrumentis publicis perhennari. Quapropter notum fore cupimus nacioni presenti et future, quod nos de consensu et voluntate omnimoda nostri karissimi filii domini Ottonis, ducis Slavorum et Cassubie incliti et domini Stetinensis, duabus virginibus nostre karissime filie Meruslave, inclite comitisse Zwerinensis, filiabus, scilicet . . Mectildi et . . Beatrici, que in claustro extra muros Stetinensis civitatis grisei ordinis deo dicatis virginibus assumpta religione sunt coniuncte, ad meliorem et pociorem sustentacionem assignavimus et dedimus octo mansos in villa Dobere iacentes cum omni usufructu, pactu, decima minuta, censu, qui in vulgo tins dicitur, redditibus pullorum, qui a colonis dictos mansos colentibus dari solent, et cum omni iure, quo dictos mansos habuimus, sub hoc modo, quod antedicte virgines singulis redditibus de dictis mansis provenientibus, quoad vixerint, equaliter perfruantur, post mortem vero unius dictarum duarum virginum nostre filie predicte filiarum alia, que supervixerit, singulis redditibus de predictis mansis provenientibus perfruetur temporibus vite sue. Post ambarum vero mortem virginum predicti mansi cum singulis redditibus et iure quolibet, quo ipsos ut dictum est habuimus, ad fructus et usus dominarum antedicti claustri integre devolventur ab ipsis dominabus perpetuo possidendi ab omni exactione, precaria et servitute qualibet liberi et exempti. Ut autem hec concessio et donacio in posterum mutari non valeat vel infringi, presens instrumentum inde confectum sepedictis dominabus dari fecimus nostri sigilli robore communitum. Huius rei testes sunt: dominus Conradus de Elsholt, dominus Iohannes de Kurow, dominus Iohannes de Stoltenhaghen, dominus Iohannes de Stenbeke, milites, Henricus de Elsholt noster advocatus, Busso de Kurow, Ekehardus Dunker, armigeri, et alii

quam plures fide digni. Actum et datum Stetyn anno domini M° C° C° C° VI°, feria II[a] post dominicam, qua cantatur Deus in adiutorium meum.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Stadt Stettin Nr. 15. Abschrift in der Originalmatrikel des Stettiner Nonnenklosters in der Adelung'schen Bibliothek XIII B Stettin Fol. 10 Mappe I fol. XXXI Nr. 19. Extrakt bei Klempzen fol. 291 v, Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1094.

Gedruckt bei Lisch, Meklenb. Jahrbücher XV S. 202 Nr. 11, Meklenb. Urkundenbuch V S. 290 Nr. 3105.

2310.

1306 August 24 Bergen a. R.

Der Ritter Pritbur von Vilmenitz schenkt seiner als Nonne des Klosters Bergen eingekleideten Tochter Sophie den lebenslänglichen Genuß von 10 Mark aus 4 Hakenhufen in Cyzeradicz, welche nach ihrem Tode dem Kloster zufallen sollen.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Pridborus miles de Vylmenicze universis Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam que in tempore geruntur, ne simul cum transsitoria temporum evolucione transseant et adnichilentur, necessarium scilicet et perutile est ea scripto commendare et fideli testium subscripcione inperpetuum confirmare. Presencium igitur atestacione notum fieri volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod nos prehabita deliberacione diligenti necnon consilio, consensu et voluntate reverendi patris domini Hinrici abbatis de Hylda dilecte filie nostre domine Sophye, sanctimoniali ad Montes in Ruya, cum obedienciam¹) fecerit eidem regularem, donavimus in villa, que sclavica lingwa Cyzeradicz nuncupatur, scita [!] in parrochia Ruygard, quatuor uncos agrorum cum omni iure et libertate, prout liberius fruebamur, de quibus singulis annis recipiet summam decem marcarum usualis monete temporibus vite sue, post dissessum vero predicte domine Sophye corporalem volumus, ut sine aliqua contradicione vel inpedimento quorumcunque cuiuscunque condicionis sint, preeminencie vel status, ut predicti agri seu redditus in villa predicta perpetuo cedant conventui dominarum in Monte ad vestimenta earundem comparanda, et ut ipse conventus nostri et dilecte uxoris nostre Mechtyldis necnon nostrorum progenitorum memoriam habeat et participes faciat omnium bonorum operum, que fiunt apud eas vel fient, in perpetuum domino concedente. Et ut hoc factum sive donacio a nobis et a nostris successoribus firmum, ratum et inviolabile perseveret, sigillo nostro presentem paginam duximus roborari. Testes huius rei sunt dominus Nycolaus, dominus Thecicz fratres et milites de Pudbusk, dominus Hinricus abbas in Hylda, dominus Nycolaus prepositus in Monte, dominus Felix, dominus Hinricus Blandisclavicze, Heynemannus et Eghardus fratres dicti de Porecz et alii quam plures nichilominus fide digni. Datum et actum in Montibus anno domini M° CCC° sexto, in die Bartholomei apostoli.

¹) obediencia. Matrikel.

Nach dem Kopiar des Klosters Bergen fol. 26 Nr. 36. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1109.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 50 Nr. 359, Regest bei Pyl, Eldena S. 629.

2311.

1306 September 6 Sagard.

Bischof Olav von Roeskilde verstattet dem Kloster Hiddensee, ein baptisterium auf der Insel einzurichten und Büßende auf ein Jahr in die Kirche wieder aufzunehmen.

Omnibus presens scriptum cernentibus Olavus miseracione divina episcopus Roskildensis salutem in domino sempiternam. Noveritis, quod nos viris discretis et religiosis dominis abbati et conventui de Hiddensø auctoritatem plenam et liberam committimus per presentes baptisterium in terra Hiddensø in loco mundo et decenti, ubi divina celebrantur, locandi ac viros et mulieres de ipsa insula Hiddensø de iure eliminatos a divinis prestita satisfactione competenti ad unum annum in ecclesiam introducendi. Datum Zagarth sub secreto sigilli nostri anno domini M° CCC° sexto, feria tercia ante nativitatem beate virginis.

Nach dem Originaltranssumpt des Minoritenklosters in Stralsund von 1347 April 16 im Reichsarchiv zu Kopenhagen s. r. Rügen til Roskilde Stift 10. Abschrift in der Kosegarten'schen Sammlung in Greifswald B Nr. 49.

Regest bei Suhm, Dänische Geschichte Band XI S. 518.

2312.

1306 September 9 Grimmen.

Die Stadt Grimmen erkennt die Einlösung des Zehnten von der dortigen Feldmark durch das Bisthum Schwerin und ihre damit wieder eintretende Zehntpflicht an.

Noverint universi presens scriptum visuri, quod nos consules et commune oppidi Grimme recepimus ex parte reverendi patris domini nostri Godefridi, Zwerinensis episcopi, quadringentas et quinquaginta marcas denariorum slavicalium in pecunia numerata, quas nobis exsolvit in nativitate beate Marie virginis in reemptionem decimarum, que sibi de agris nostri oppidi debite fuerant, sed nobis vendite pro quantitate pecunie iam prescripta. Recognoscimus igitur, nos ad decimas sibi teneri, sicut antea tenebamur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Grimme, in crastino nativitatis predicte, anno domini millesimo CCC° sexto.

Nach einer notariell beglaubigten Kopie von 1588 des besiegelten Originals in der Dreger'schen Sammlung im Staatsarchiv Stettin Bd. XI. Clandrian'sche Abschrift vom Original, Abschrift derselben in der Universitätsbibliothek in Greifswald, Mscr. Pomer. Fol. 149 Grimmen Nr. 3. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1113.

Gedruckt bei A. G. v. Schwarz, Diplom. Geschichte der Pommersch-Rügischen Städte (1755) p. 320, bei Fabricius IV 1 S. 50 Nr. 360 und im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 293 Nr. 3109.

2313.

1306 September 17 Prenzlau.

Bischof Heinrich von Camin gewährt für Unterstützung der Marienkirche in Prenzlau Ablaß.

Heynricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis presencia visuris salutem in domino. Cupientes Christi populum reddere acceptabilem et ipsum nostris indulgenciis quasi quibusdam muneribus allectivis ad divinum officium et ad karitatis opera invitare, omnibus itaque vere penitentibus et confessis, qui ecclesie sancte Marie in Primzlavia manum porrexerint adiutricem[1]), quadraginta dies indulgencie de iniuncta eis penitencia in domino misericorditer relaxamus. Datum Primzlavie anno domini M° C° C° C° VI°, sabbato quo cantatur Venite adoremus.

[1]) adiutricem übergeschrieben.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Prenzlau (Nr. 25) mit dem abhangenden Siegel. Abschrift ebenda im Kopiar II, 14. Abschrift in der Kosegarten'schen Sammlung B 49 der Greifswalder Universitätsbibliothek Bd. I fol. 125 und in der Oelrichs'schen Sammlung der Bibliothek des Joachimsthal'schen Gymnasiums in Berlin Sect. VIII Fol. 41 Nr. 2.

Gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brand. I 21 S. 906 Nr. 21.

2314.

1306 September 28 Wollin.

Die Stadt Wollin giebt dem dortigen Jungfrauenkloster im Tausch ein anderes Grundstück zur Verlegung des Klosters, bestimmt dessen Grenzen, Rechte und Pflichten.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos consules veteres atque novi civitatis Wolin universis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris omnibus in perpetuum. Contra labilem humani generis memoriam et ne posterorum ignorancia pia facta priorum valeat segregare, discretivus sensus precedencium[1]) tale remedium adinvenit, ut rite facta scripto commendata posterorum noticie transmittantur. Ideoque notum esse volumus presentibus et futuris, cum honorabilis vir Detlevus prepositus et Elyzabeth abbatissa totusque conventus sanctimonialium in Wolin propter multas urgentes necessitates ac eciam evidentes utilitates unanimiter ac concorditer de area, in qua hactenus residerunt, ad aliam aream decreverunt se transferre nobisque humiliter supplicarunt, ut huiusmodi suam aream cum alia, quam rite ac racionabiliter a Iohanne Poltzin socio nostri consulatus emerunt, que sita est iuxta aquas infra plancas nostre civitatis Wolin, dignaremur commutare. Quibus precipue ob voluntatem et respectum, quem dominus noster Bug[slaus] illustris dux Stetinensis ad eas specialiter habuit, favorabiliter in hac parte duximus annuendum, unde nos de nostro deliberato animo nostroque communi consensu necnon discretorum virorum generaliter nostrorum burgensium consilio similiter pro profectu nostre civitatis Wolin decrevimus, quod damus dictis Cristi ancillis videlicet sanctimonialibus Wolin predictam aream a columpna angulari sue ecclesie, que est in acie ad stratam, ex opposito domus antiqui Kerstiani, in longitudine versus partem orientalem usque ad fundum in stagno et latitudine a prefata columpna linealiter usque ad summitatem fossati

proprie quod dicitur wal, et deinceps secundum terminatur predictum fossatum versus partem orientalem ultra ad predictum fundum quadrangulariter cum omnibus in ea circumplexis et contentis pro eius commodo absque vigilia seu exactionis donacione libere ac feliciter perpetuis temporibus possidendo. Super quod fossatum nostre civitati secundum sue aree longitudinem, prout primitus poterunt, murum edificabunt. Quem videlicet murum infra et supra mansionibus habitaculum sibi, quanto commodius[2]) poterint, edificabunt. Verumptamen sic ipsum edificabunt, si civitati aliqua incumberet necessitas, quod se sagaciter sine impedimento de ipso defendere valeat, suis impugnatoribus resistendo, aut si edificaverint plancas magis foris versus predictum fundum sive profunditatem causa struendi cloacam ultra eas licite possunt. Attamen prenominatam partem plancarum si deposuerint iuxta aquas sitam, hanc tenentur pilis et plancis reedificare, prout est sue aree latitudo. In recompensam huius donacionis nostre prefate sanctimoniales dicte civitati Wolin suam antiquam dotem viceversa et suam luteam domum cum illa parvula sibi annexa, cum omni amicicia et favore sollempni deliberacione prehabita favorabiliter erogarunt. Ecclesia vero sive capella beati Georrii cum cimiterio et sepultura perpetuis temporibus remanebit, quam predictarum sanctimonialium prepositus, qui ibidem fuerit, per se vel per suos capellanos officiabit in missis celebrandis, quemadmodum sibi pro sua utilitate et fructu videbitur[3]) expedire. Ut igitur nostra donacio firma et inconvulsa permaneat, hoc scripto nostro et sigilli nostri impressione fecimus communiri. Testes sunt dominus noster Bug[slaus] dux Stetynensis, dominus Hildebrandus prepositus et dominus Lambertus decanus ecclesie Camynensis, dominus Hennyngus de Heydebrach, dominus Lodewicus Keding, dominus Ulricus de Ost, dominus Wernerus et dominus Sabellus dicti Lepel, milites, et consules veteres et novi civitatis Wolin videlicet Iohannes Poltzin, Iohannes et Heynemannus, Henningi fratres, Vulpes, longus Marquardus, parvus Ulricus, Hin(ricus) Pugil, Io(hannes) Pugil, H(ermannus) Michil, Nicolaus, Marquardus et Echardus fratres dicti de Colsow, Nicolaus Subulonis, Io(hannes) Rubenstorp, Alardus, Martinus Ponat, Hi(nricus) Velificator, Io(hannes) Sutor et Alardus. Datum Wolin anno domini MCCCVI, in vigilia beati Michaelis archangeli.

1) precedendencium. Matrikel. 2) commodosius. Matrikel. 3) videbit. Matrikel.

Nach der Originalmatrikel des Wolliner Jungfrauenklosters im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 45) Nr. 1 fol. 1. Abschrift im Diplomatar. monasterii sanctimon. Wollin. (Mscr. I 46 a) fol. 1 Nr. I und Mscr. I 46 b Nr. XVI. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1117.

2315.

1306 nach September 29.

Aufzeichnung des Greifswalder Stadtbuchs über eine Schuld Konrad Westfals an die Stadt.

Con(radus) Westfalus olde tenetur nostris burgensibus CC marcas et duas marcas; de hiis solvet iis quartam partem in festo pasche proxime futuro, in festo beati Io(hannis) baptiste quartam partem, in festo beati Michahelis quartam partem, item in festo nativitatis domini proxime sequente quartam partem. Si vero secus fecerit et res suas auferret, quocunque (?) inveniretur, victus esset capitali sentencia[1]). Actum anno domini M° CCC° sexto, post Michahelis; nec hereditatem suam exponet aut vendet.

1) Die Stelle ist korrigirt und nicht mehr mit völliger Sicherheit zu lesen.

Nach dem Greifswalder Stadtbuch (Liber. memorabil. XIV) fol. 20 r.

2316.

1306 Oktober 5 Stralsund.

Bischof Olav von Roeskilde ertheilt einen Ablaß für Diejenigen, welche die von der Stadt Stralsund beabsichtigte Anlage eines Bollwerks und einer Leuchte beim Gellen durch Beiträge fördern.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, Olavus, miseracione divina episcopus Roskildensis salutem in domino Ihesu Christo. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Ihesu Christi, recepturi unusquisque, prout in corpore gesserit, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac id seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur discreti viri cives Sundenses, Swerinensis dyocesis, in communi transsitu navium iuxta Iæland in Ruya nostre dyocesis bulwirkœ construere et lucernam ibidem ponere intendant ad transseuncium opus, universitatem vestram requirimus et rogamus ac in domino exhortamur, in remissionem peccaminum vobis iniungentes, quatinus, cum ipsi vel eorum nuncius ad vos beneficia petituri accesserint, pias eis ad hoc elemosinas et grata subsidia erogetis, ut per subvencionem vestram opera tam pia valeant consummare et vos per hec et alia bona. que domino inspirante feceritis, possitis ad eterna gaudia pervenire. Nos autem de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui prefato operi manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies indulgenciarum de iniuncta eis penitencia misericorditer relaxamus; indulgencias ad hec per quoscumque concessas et concedendas, in quantum auctoritas nostra se extendit, tenore presencium confirmantes presentibus, post consumacionem ipsius operis minime valituris. Datum Sundis sub sigillo nostro anno domini M° CCC° sexto, Nonas tercio Octobris.

Nach dem Originale mit an roth- und gelbseidenen Fäden anhängendem Siegel des Bischofs im Stralsunder Stadtarchiv (Schr. II Schiebl. 9).

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 51 Nr. 363. Schwartz, Geographie von Pommern und Rügen p. 138.

2317.

1306 Oktober 10 Stralsund.

Bischof Olav von Roeskilde bestätigt die durch den Priester Heinrich von Brakel gemachte Schenkung des dritten Theils der Ortschaft Rothenkirchen zu einem zu Stralsund zu errichtenden Altar und nimmt die Stiftung in seinen Schutz. (Vergl. Nr. 2301.)

Omnibus presens scriptum cernentibus Olavus miseracione divina episcopus Roskildensis salutem in domino sempiternam. Quia Henricus sacerdos dictus de Brakaelae Zwerinensis dyocesis terciam partem oppidi, quod dicitur Routhenkyrke, in parochia Rambun Ruye nostre dyocesis cum agris, pratis, pascuis, aquis et aliis omnibus et singulis pertinenciis suis perpetuo donavit ad quoddam altare per ipsum Henricum sacerdotem in aliqua ecclesiarum Sundis requisito et habito consensu dyocesani construendum, nos factum suum predictum ratificantes

predictam terciam partem ipsius oppidi sub nostra et ecclesie nostre Roskildensis protectione recipimus defendendam, ita quod ipse Henricus sacerdos et heredes sui nobis et successoribus nostris presentare teneantur personam ydoneam ad ipsum altare optinendum et collacione optenta ipsa persona bonis predictis libere utatur absque preiudicio sacerdotis parochialis. Datum Sundis sub sigillo nostro anno domini M° CCC° sexto, in crastino beati Dyonisii martiris.

Nach dem Originale, dessen an rosa-gelben Seidenschnüren befestigt gewesenes Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Stadt Stralsund Nr. 3.

Gedruckt bei Schöttgen u. Kreyssig T. III Nr. 32 und Fabricius IV 1 S. 51 Nr. 361.

2318.

1306 Oktober 10 Stralsund.

Bischof Olav von Roeskilde bestätigt die durch Bernhard von Schaprode, weiland Bürger zu Stralsund, gemachte Schenkung des dritten Theils der Ortschaft Rothenkirchen zu einem zu Stralsund zu errichtenden Altar und nimmt die Stiftung in seinen Schutz. (Vergl. Nr. 2299.)

Omnibus presens scriptum cernentibus Olavus miseracione divina episcopus Roskildensis salutem in domino sempiternam. Quia quidam Bernardus de Scapaerode bone memorie quondam civis Sundensis terciam partem oppidi, quod dicitur Roithenkyrke in parochia Raambun Roye nostre dyocesis cum agris, pratis, pascuis, aquis et omnibus ac singulis pertinenciis suis perpetuo donavit ad quoddam altare[1]) per ipsum in aliqua ecclesiarum Sundensium, requisito et habito consensu dyocesani, construendum, nos factum suum predictum ratificantes predictam terciam partem ipsius oppidi sub nostra et ecclesie Roskildensis protectione recepimus defendendam[2]), ita quod Lambertus filius sororis Bernardi et heredes sui nobis et successoribus nostris presentare teneantur personam ydoneam ad ipsum altare optinendum et collacione optenta ipsa persona predictis bonis libere utatur absque preiudicio sacerdotis parochialis. Datum Sund(is) sub sigillo nostro, anno domini millesimo CCC° VI°, in crastino beati[3]) Dyonisii.

[1]) t übergeschrieben. [2]) den übergeschrieben. [3]) Original beati doppelt.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Stadt Stralsund Nr. 4.

Gedruckt bei Schwarz, Geschichte der Pommersch-Rügischen Städte p. 692, Schöttgen u. Kreyssig III Nr. 32, Fabricius IV 1 S. 51 Nr. 362.

2319.

1306 Oktober 12 Colberg.

Der Ritter Nikolaus, Borko und Borante die Borcken vergleichen sich mit dem Kloster Dargun über die Grenzen der Güter Sorenbohm und Bornhagen.

Ideo res gesta conscribitur, ut per eam rei veritas possit eo facilius comprobari. Nos igitur Nicolaus Borko miles, Borco, Boranto recognoscimus presentibus et fatemur, quod inter dominum abbatem et suam ecclesiam Dargunensem ex una et inter nos parte ex altera super

distinctione terminorum bonorum iam dicti domini abbatis et ecclesie Dargunensis scilicet Sorenbom et nostrorum bonorum videlicet Barenhaghen mediante proborum et honestorum hominum consilio, ut scriptum est infra, sopitum est et finitum, quod qualitercumque arbitri nostri scilicet nobilis vir dominus Otto comes de Eversten et dominus Lubbertus Glasenap iam dictam terminorum distinctionem inter prenominata bona domini abbatis et ecclesie Dargunensis et nostra fecerint, distinxerint et terminaverint, illam terminorum distinctionem in perpetuum ratam servabimus et firma manebit, eam eciam servabunt firmam et tenebunt ratam et gratam iugiter nostri heredes pariter et successores, ad quos eadem bona fuerint in posterum devoluta. Ut autem huius rei veritas eo magis clareat et firmior perseveret, nos sepedicto domino . . abbati et ecclesie Dargunensi presentem litteram nostris fecimus ut cernitur sigillis in verum testimonium consig[nari][1]). Actum Colberg [et d]atum[1]) ibidem anno domini M° CCC° sexto, proxima quarta feria [post festum Dionisii martiris][1]) et sociorum eius.

1) Das Eingeklammerte ist nach der Baster Matrikel ergänzt.

Nach dem Originale, dessen Siegel abgefallen ist, im Staatsarchiv Stettin s. r. Kloster Dargun Nr. 5. Abschrift in der Baster Matrikel Nr. 9. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1110.

Gedruckt im Meckleb. Urkundenbuch V S. 299 Nr. 3115 und bei Sello, Geschichtsquellen des Geschlechts von Borcke I S. 155 Nr. 147.

2320.

1306 Oktober 18 Loitz.

Fürst Wizlaw III. von Rügen verschreibt dem Grafen Nikolaus zu Schwerin für alle aus ihm geleisteten Diensten etwa erwachsenden Schäden auf den Fall seines unbeerbten Abscheidens die Schlösser und Länder Tribsees und Grimmen, solche bis zu erlangter Befriedigung zu besitzen.

Omnibus Christi fidelibus presentia visuris vel audituris Wizslavus dei gracia princeps Ruyanorum salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod nos genero nostro dilecto domino Nicolao comiti Zwerinensi clausuras nostras Tribuses et Grimme cum vasallis, iudiciis ac iuribus ceterisque utilitatibus infra terminos terrarum ipsis clausuris adiacencium pro dampno, quod recipere ipsum probabiliter contingat in nostro servicio nobis faciendo, sub hac conditione duximus obligandas, si nos absque heredibus, quod deus avertat, mori contingerit, extunc predictus noster gener et sui heredes predictas clausuras cum earum attinenciis superius expressis in eorum potestate obtineant, donec dampnum eorum et debita in nostro servicio contracta ab hiis, ad quos tunc dicte clausure de iure devolvuntur, post mortem nostram eis fuerint integraliter persoluta, nobis autem viventibus seu heredibus nostris a nobis genitis nolumus presentibus obligari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lositze anno domini millesimo tricentesimo sexto, in die Luce ewangeliste.

Nach dem Originale mit an Pergamentstreifen anhängendem Siegel im Geh. und Hauptarchive zu Schwerin (Verträge mit Pommern).

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 52 Nr. 364 und im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 301 Nr. 3117.

2321.

1306 Oktober 24 Werbellin.

Die Markgrafen Otto und Waldemar von Brandenburg bestätigen dem Kloster Buckow die Grenzen von Ewentin.

In nomine domini amen. Otto et Woldemarus Brandenburgensis, Lusatiae et Landesbergk marchiones universis Christi fidelibus praesens scriptum visuris notitiam subscriptorum. Actiones, quas mundus ordinat, saepe delet successus temporum, nisi muniantur firmo karactere literarum. Eapropter ad universorum notitiam tenore praesentium publice volumus pervenire, quod omnem libertatem fratribus in caenobio Bucowe deo famulantibus per strenuos milites videlicet dominum Iohannem de Sletz et filios Nicolai de Wakenbeke super distinctionibus terminorum infra Gerventhin et Repekowe cum omnibus suis attinentiis et utilitatibus traditam, scilicet quae in terris, sylvis, aquis, pratis, pascuis, piscationibus laborando arte qualibet fratres eiusdem caenobii aut eorum homines tempore post futuro potuerint absque tergiversatione aliqua exercere, gratam perpetuo tenere volumus atque ratam. Sunt autem huiusmodi distinctiones secundum situm locorum infrascriptorum hoc ordine situatae: primo et principaliter incipientes a Pristanbrunne et usque ad rivulum tendendo, qui Swirinse nuncupatur; deinde ad alium locum sive rivulum, cui nomen est Wolowostraga, abinde tendentes ad montem, qui vocatur Iaswineke, deinde ad alium montem, qui dicitur Iastremowogora sive Haveskelberg, abinde tendentes ad locum, qui vocatur Bolesowe, deinde ad rivum sive ad antiquum pontem in locum, qui dicitur Grabowastrugk[1]), abinde ad alium rivum, qui vocatur Polnitz, praedictos fratres in hac libertate eisdem tradita ob specialem favorem, quo ipsos prosequimur, confovere volumus et favorabiliter confovere (!). Ne autem super hoc dubium cuiquam imposterum valeat suboriri, praesens scriptum dedimus nostrorum sigillorum appensionibus roboratum. Cuius rei testes sunt nostri fideles videlicet Conradus de Redere, Ludolfus et Hasso de Wedele, Nicolaus de Buck nostrae curiae dapifer et Ebertus Romele[2]), milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in Werbelino[3]) anno domini millesimo trecentesimo sexto, in crastino sancti Benedicti episcopi et confessoris per manum Ewerth nostrae curiae capellani et notarii.

1) Brabowastrugk. Matrikel. 2) So ist wohl statt Bomele (Matrikel) zu lesen. 3) Wbolnio. Matrikel.

Nach der Buckower Matrikel Nr. 59 fol. 132 v ff. Abschrift der Matrikel in der Handschrift Mscr. boruss. Quart 29 der Königl. Bibliothek zu Berlin Nr. 58 S. 112. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1096.

Gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brand. II 6 Nr. 2232 S. 36. Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch Nr. 647 S. 570. Regest, Zeugen und Datirung bei Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedell Bd. 2 S. 45 Nr. 76.

2322.

1306 Oktober 25 Roeskilde.

Bischof Olav von Roeskilde beurkundet, daß er auf Bitten des Fürsten und mehrerer Edlen von Rügen sich mit den dortigen Einwohnern wegen des Zehntrechts verglichen habe, und ermahnt diese, sich aller Verkürzung der Geistlichen und Pfarrkirchen zu enthalten.

Omnibus presens scriptum cernentibus Olavus miseracione divina episcopus Roskyldensis salutem in domino sempiternam. Notum facimus, quod de consensu capituli nostri ad instanciam

nobilis viri domini Wiz[lavi] principis Ruyanorum et plurium nobilium terre Ruye ex gracia speciali admisimus, quod racione decimarum nostrarum episcopalium, quas singulis annis integre de iure solvere tenentur Ruyam inhabitantes, XXXV lestas duobus talentis minus siliginis bone et legalis iuxta capacionem et consuetudinem antiquorum annuatim sine difficultate exsolvant cum duodecim solidis super qualibet lesta pro ipsa siligine nobis deducenda; hominibus in bonis nostris residentibus dumtaxat exceptis, qui ad dictarum decimarum summam contribuere non teneantur. Et si de dictis XXXV lestis siliginis legalis duobus talentis minus cum duodecim solidis superadditis, ut premittitur, fuerit satisfactum, hiis contenti ab omni inpeticione nostra et successorum nostrorum super maiori decima episcopali exsolvenda ipsos principem et Ruyanos ac eorum successores, qui pro tempore fuerint, absolvimus per presentes. Alias si in solucione predicta defecerint, decimam episcopo de iure debitam nobis et successoribus libera facultas remaneat integraliter extorquendi. Caritative tamen omnes Ruyam inhabitantes monemus et hortamur in domino, ut sacerdotibus et ecclesiis suis parochialibus, in quibus eis tenentur, satisfacere non omittant nec in hiis ipsos aliqualiter defraudent in grande suarum periculum animarum. In huius rei testimonium sigilla nostrum et capituli nostri Roskyldensis presentibus sunt appensa. Datum Roskyldis anno domini MCCC sexto, octavo Kalendas Novembris.

Nach dem Codex Rugianus im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 33) Nr. 123; Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1106.

Gedruckt bei Dähnert, Sammlung Pommerscher und Rügischer Landesurkunden, Supplementband 1, S. 284 Nr. 30, bei demselben, Pommersche Bibliothek Bd. 4 Stck. 2 S. 58, Wallin, Antiquitates eccles. insulae Rugiae, Langebek, Scriptor. rer. Danicarum VII p. 146.

2323.

(Ca. 1306 Oktober 25.)

Bischof Olav von Roeskilde und Fürst Wizlaw III. von Rügen verkünden die wegen des bischöflichen Zehnten aus dem Lande Rügen getroffene Vereinbarung (vergl. die vorhergehende Urkunde).

Omnibus presens scriptum cernentibus Olavus miseracione divina episcopus Roskildensis et Wytzlavus[1]) dei gracia princeps Ruyanorum salutem in domino sempiternam. Notum facimus universis de consensu capituli ecclesie Roskildensis et ad instanciam plurium nobilium terre Ruye ex gracia speciali admissum fore, quod racione decimarum episcopalium, quas singulis annis integre de iure solvere tenentur Ruyam inhabitantes, XXXV lestas duobus talentis minus siliginis[2]) bone et legalis iuxta capacionem et consuetudinem antiquorum annuatim sine difficultate exsolvant cum XII solidis super qualibet lesta pro ipsa siligine episcopo deducenda, hominibus in bonis episcopalibus residentibus dumtaxat exceptis, qui ad dictarum decimarum summam contribuere non tenentur. Et si [de][3]) dictis XXXV lestis siliginis legalis duobus talentis minus cum XII solidis supradictis ut premittitur episcopo Roskildensi fuerit satisfactum, hiis ipse episcopus contentus ab omni impeticione sua et suorum successorum, qui pro tempore fuerint episcopi Roskildenses, super maiori decima episcopali exsolvenda ipsos Ruyanos et eorum successores dimittat absolutos. Alias, si in predicta solucione defecerint, episcopo decimam de iure[4]) debitam ipsi episcopo et suis successoribus episcopis Roskildensibus libera facultas remaneat ab ipsis Ruyanis integraliter extorquendi per pignerum suorum recepcionem, que debet fieri per advocatum domini terre Ruye. Qui vero pignus dare nolunt, excommunicentur,

donec decimam solverint cum emenda. Karitative tamen omnes Ruyam inhabitantes ipse episcopus monere habeat et hortari, ut domini ac sacerdotibus et ecclesiis parrochialibus, in quibus eis tenentur satisfacere, non omittant, nec in hiis ipsos aliqualiter defraudent in grande suarum periculum animarum. In cuius testimonium etc.

[1]) Die Handschrift hat nur ein durchstrichenes W und darüber mit anderer alter Hand: Wytzlauus. [2]) Rasur von zwei oder drei Buchstaben. [3]) de fehlt in der Handschrift. [4]) decimando iure. Handschrift.

Nach der Roeskilder Matrikel (Cod. D. G. 51 der Universitätsbibliothek in Upsala), in welcher der Schluß fehlt.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 52 Nr. 365.

2324.

1306 November 11 Werbellin.

Die Markgrafen Otto und Waldemar von Brandenburg nehmen das Kloster Buckow in ihren Schutz.

In nomine domini amen. Actiones, quas mundus ordinat, saepe delet successus temporum, nisi firmo testimonio ac literarum karactere solidentur. Eapropter nos Otto [et][1]) Woldemarus dei gratia Brandenburgenses, Lusatiae et Landesbergh marchiones recognoscimus et ad noticiam universorum Christi fidelium devote deducimus cum praesenti, quod ob reverentiam dei et gloriosae genitricis suae et propter salutem animarum nostrarum et progenitorum sanctos viros abbatem et conventum claustri Bucowe ordinis Cistertiensis sub nostra protectione recepimus et tutela, volentes eosdem ac ipsorum bona contra omnes ipsos indebito gravantes defensare, singulis nostris vasallis praecipientes aut officialibus, ut eosdem ac dicta ipsorum bona in aliquo de caetero non impediant seu perturbent. In cuius rei evidentiam praesentes literas donavimus nostrorum sigillorum muniminibus consignatas, adhibitis testibus idoneis nostris fidelibus Ludolfo seniori de Wedele, Conrado de Rede, Hinrico de Stegelitz, Nicolai de Spech (sic statt Buck!) nostrae curiae dapifero, Eberto Romelin[2]), militibus et quam pluribus aliis fide dignis. Actum et datum in Verbelino[3]) anno domini millesimo trecentesimo sexto, in die Martini episcopi.

[1]) Fehlt in der Matrikel. [2]) In der Matrikel wohl verschrieben: Bomelin; vergl. oben Nr. 2321. [3]) Vbelino. Matrikel.

Nach der Buckower Matrikel Nr. 58 fol. 131. Abschrift der Matrikel in der Handschrift Mscr. boruss. Quart 29 in der Königl. Bibliothek zu Berlin Nr. LVII S. 110. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1095.

Gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brand. II 6 Nr. 2236 S. 38. Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch S. 571 Nr. 648. Regest, Zeugen und Datirung bei Wedel, Urkundenbuch zur Geschichte des Geschlechts von Wedel, Bd. 2 S. 46 Nr. 78.

2325.

1306 November 17.

Der Ritter Johann Schorrentin verkauft an die Bevollmächtigten des Knappen Arnold von Buggenhagen eine Rente von 12 Drömt Korn und 12 Drömt Malz aus der Mühle auf der Tollense vor Demmin für 336 Mark slavisch zur Gründung einer Vikarie.

Universis Christi fidelibus, ad quos presencia pervenerint, Iohannes dictus Scolentin miles in perpetuum. In contractibus et negociis utimur litterarum testimoniis, ut de eis, que presentes

vidimus et audivimus, posteris nostris noticie experimentum faciamus. Eapropter noscat venerabilis etas presencium et discat felix successio futurorum, quod ego Iohannes prenominatus de maturo consilio et consensu meorum heredum et amicorum vendidi rite et racionabiliter honestis et discretis viris domino Hinrico plebano in Sytene, Iohanni plebano in Lassan, Theoderico perpetuo vicario ibidem, Gherhardo dicto de Modryz plebano in Demyn pensionem seu redditus videlicet duodecim tremodiorum siliginis et similiter duodecim tremodiorum triplicis brasei secundum quod acquiritur, cum molendino annis singulis et perpetuis temporibus percipiendos et tollendos in molendino sito ante civitatem Demyn, quod quidem molendinum aqua pellit, que Tollenze vulgo appellatur, pro trecentis et triginta sex marcis denariorum slavicalium michi datis numeratis integraliter et solutis. Hos quidem redditus, quos ibidem iuste habui et possedi, prenominati presbiteri emerunt nomine cuiusdam Arnoldi dicti de Buchenhaghen armigeri in Sytene morantis ad instaurandam et faciendam vicariam perpetuam, ubicunque locorum eisdem magis visum fuerit expedire. Huius igitur vendicionis testes sunt Theodericus Luchte marscalcus Ottonis incliti ducis Stetinensis, Hinricus de Zweryn, Gherhardus de Zweryn, Hermannus de Deven, Hinricus de Heydebrache iunior, Hinricus Vos, milites, et quamplures alii fide digni. Ne igitur id, quod proinde factum est, perversitate qualibet valeat impugnari, sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° sexto, quintodecimo Kalendas Decembris.

Nach dem Originale mit an grünen Seidenschnüren anhängendem Siegel Johann Schorrentins, dessen vertikal zweigetheilter Schild rechts einen Querbalken, links eine heraldisch nicht genau definirbare Figur, welche am ehesten einem quergestellten Widdergeweih ähnelt, zeigt; Umschrift: SI. IOhIS. SCOLENTIN; im Staatsarchiv Stettin s. r. Privata Nr. 4. Abschrift in der Colbatzer Originalmatrikel Nr. 172 fol. 44. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1116.

Regest bei Gollmert, Geschlecht von Schwerin III S. 88 Nr. 53.

2326.

1306 November 25.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt und transsumirt eine Urkunde vom 8. April 1302, in welcher eine Vikarie in der Kirche zu Wokern auf Bitten des Ritters Deneke von Kröpelin durch Fürst Nikolaus von Werle gestiftet wird.

Hinricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus in omnium salvatore salutem. Iuste devocionis affectum, ut robur firmitatis accipiat, dignum est confirmacionis beneficio suffragari. Nos itaque, qui litteras nobilis viri domini Nicolai domini de Werle super[1]) quadam donacione sua vidimus in hec verba:

Folgt die Urkunde vom 8. April 1302 (Mecklenb. Urkundenbuch V S. 58 Nr. 2792).

Nos igitur donacionem huiusmodi dicti nobilis domini Nicolai ratam habentes ac prescriptorum suorum vasallorum affectui gratanter occurrere volentes ipsius vicarie memorate institucionem approbamus ac ipsam autoritate ordinaria in nomine domini confirmamus, prohibentes firmiter sub pena anathematis, ne quis huiusmodi vicarie institucionem infringere aut ipsam confirmacionem turbare audeat temerarie ullo modo, cum utrique, tam institucioni quam

confirmacioni sepedictos tam nobilem dominum Nicolaum quam ipsos suos vasallos invenerimus voluntate bona et libere consensisse. Datum anno domini M° CCC VI°, in die beate Katerine virginis.

[1]) supra. Abschrift.

Nach einer Abschrift saec. XV im Geh. und Hauptarchive zu Schwerin (Kirche zu Wokern).

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 58/59 Nr. 2792 und S. 307 Nr. 3124 (Regest). Vergl. Mecklenb. Jahrbücher X S. 214.

2327.

1306 Dezember 6 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen gestattet dem Barther Bürger Peter die Anlegung einer Roßmühle in der Stadt.

Wiszlaus dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod nos ex bona et sincera nostra voluntate Petro, burgensi nostro dilecto in Bard, et suis heredibus propter singularem dilectionem, quam ad eum habuimus et habemus, dedimus plenam licentiam et facultatem construendi molendinum equorum in nostra civitate Bard, prout suo profectui et usui expedit et ut manu artificius fieri potest, cessante eciam quolibet inpedimento; volentes, ut dictum molendinum ab omni exactione, pensione atque censu et servitio manere debeat dicto Petro et suis veris heredibus iure hereditario perpetuis temporibus liberum et exemptum, dantes eidem Petro et suis heredibus plenam potestatem dictum molendinum vendendi, permutandi ac alienandi, cum eis videbitur expedire. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes huius rei sunt: Pridborus de Velmeniz, Hinricus de Ost senior, Raven Bog, Lodewicus Kabolt, Hinricus Dechov, Thidericus Bere, Thydericus Metzekov, Arnoldus de Vycen, Iohannes Dotenbergh, milites et dominus Nycolaus de Starkowe et dominus Gerhardus de Rode, nostre curie notarii. Datum Stralessundis anno domini M° CCC° sexto, in die beati Nycolai confessoris.

Nach dem Originale mit an grün- und rothseidenen Fäden anhängendem Siegel im Barther Stadtarchiv Nr. 12. Abschrift im Mscr. Pomeran. Fol. 146 der Greifswalder Universitätsbibliothek Barth Nr. 8 fol. 113.

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 53 Nr. 367 und bei Lisch, Urkunden zur Geschichte des Geschlechts von Behr II S. 29 Nr. 145.

2328.

1306 Dezember 17 Danzig.

Herzog Wladislaw von Polen verkündet den Spruch der Schiedsrichter in dem Prozeß des Bischofs Gerward von Cujavien gegen Peter von Neuenburg, durch den der Letztere zur Zahlung von 2000 Mark verurtheilt wird.

In nomine domini amen. Nos Wladislaus dei gracia dux terrarum Cracovie, Sandomirie, Pomoranie, Cuyavie, Lancycie, Syradie ac verus heres tocius regni Polonie per hec scripta publice protestamur venerabilem in Christo patrem dominum Gerwardum episcopum Wladislaviensis

ecclesie in presencia[1]) nostra nostrorumque baronum constitutum innumerabilem querimoniam proposuisse contra Petrum de Nowinburk filium Swence palatini Gdanensis pro dampnis et iniuriis sibi et ecclesie sue Wladislaviensi per eundem Petrum illatis: tandem de proborum hominum consilio utraque pars eandem controversiam volens debito modo amputare, compromisit in nobiles viros, videlicet dominus episcopus pro parte sua in Wyrbentam Cracoviensem, Kelczonem Poznaniensem palatinos, Clementem castellanum Syradiensem, dominum Stanislaum prepositum Cruswyciensem, Petrus vero pro parte sua in Bronisium quondam palatinum Cuyavie, Bogusam iudicem Pomoranie, Woyslaum castellanum de Puczk, Iohannem dictum de Pen, promittentes ad manus nostras bona fide ratum et firmum tenere, quicquid per predictos arbitros fuerit ordinatum seu eciam diffinitum. Qui secedentes in partem auditis allegacionibus hinc inde partis utriusque, discucione et examinacione diligenti prehabita, predictus Petrus (!) domino episcopo supradicto et sue ecclesie pro dampnis, iniuriis ac oppressionibus in dominiis episcopalibus factis in duobus milibus sentencialiter condempnarunt, sepedictusque Petrus consensit spontanea voluntate sentencie ipsorum, ponens in eadem pecunia fideiussores inferius annotatos in mille quingentis marcis Torunensis monete et hereditatem suam dictam Sroczk nulli alteri debitam de nostro assensu et uxoris sue et fratrum suorum obligavit. Fideiussores autem hii sunt: nos Wladislaus dux predictus primo et principaliter in ducentis marcis, Swencza palatinus Gdanensis in ducentis marcis, Woyslaum (!) castellanum de Puczk in centum marcis, Petrum subcamerarium (!) Stolpensem in centum marcis, Ramutonem filium Zywani in ducentis marcis, Scyborium filium (!) Scyborii in ducentis marcis, Iacobum filium (!) Uneslay in centum marcis, Laurencium filium (!) Swence in ducentis marcis, Swenczkam filium (!) Laurencii in centum marcis, Petrus vero solus in centum marcis. Qui omnes eandem pecuniam nomine Petri predicti in tribus terminis eidem domino episcopo se coram nobis obligarunt finaliter ad solvendum, scilicet primam partem in festo penthecostes proximo nunc venturo, secundus (!) in festo beati Martini proxime nunc instanti, tercius et finalis in die nathalis Christi. Hereditatem autem, que Sroczko dicitur, eodem termino et die nathalis Christi exemere debebit in quingentis marcis, quam si tunc non redemerit, extunc cum nostra ratihabicione, consensu ac eciam voluntate et ex admissione iam facta eadem hereditas iure perpetuo ac hereditario ad dominum episcopum predictum et ad suos successores cum omnibus utilitatibus, iuribus ac pertinenciis et cum iure patronatus pertinebit. Si autem predicta pecunia in primo termino festo penthecostes in parte aut in toto non fuerit exsoluta, extunc hii fideiussores: Laurencius filius Swence, Woyslaus de Puczk castellanus, Iacobus Uneslay, Ramuth filius Zywani, Scyborius filius Scyborii Thorun civitatem intrare tenebuntur nec de eadem prius exire, nisi pecunia termini predicti fuerit exsoluta. In festo autem beati Martini similiter, si pecunia secundi termini non fuerit in toto aut in parte exsoluta, extunc Swencza palatinus, Petrus subcamerarius Stolpensis, Swencza Laurencii Thorun intrare tenebuntur nec de eadem prius exituri, nisi pecunia predicti termini fuerit exsoluta. In ultimo autem termino aut aliquo ipsorum Petrus solus pro centum marcis et pro tota pecunia, si in eisdem terminis non fuerit plenarie pecunia exsoluta, civitatem Thorun intrare tenebitur et in eadem manere tamdiu, quousque predicta pecunia integraliter domino episcopo vel suis successoribus persolvetur. Si autem, quod absit, de ipsis aliquo medio tempore humanitus evenerit, eorum heredes et successores legitimi tenebuntur domino episcopo ad satisfaciendum de pecunia memorata et ad omnia peragenda, que superius sunt expressa, bona ipsorum immobilia in prefata pecunia domino episcopo erunt nichilominus obligata, ita quod in opcione domini episcopi erit vel bona ipsorum decedencium tenere vel a successoribus et heredibus exigere peccuniam (!) memoratam.

In cuius rei testimonium presentes conscribi fecimus sigillo nostrorumque fidelium et nostro et fideiussorum predictorum munimine (!) roborantes. Datum et actum in Gdanczk XVI° Kalendas Ianuarii, anno domini M° C° C° C° sexto.

1) impresencia. Orig.

Das Original im Kapitelsarchiv zu Wloclawek ist jetzt verschollen; nach der Abschrift im Lib. privil. Nr. 1 fol. 368 und Nr. 2 fol. 45 ebendaselbst.

Gedruckt im Pommerell. Urkundenbuch S. 572 Nr. 650 und im Cod. dipl. Polon. II 1 175/77 Nr. CXLV.

2329.

1306 Dezember 20 Wollin.

Herzog Bogislaus IV. überträgt der Stadt Treptow a. R. Zoll und Ungeld im Hafen Regamünde, vertraut ihr die Bewachung desselben an und begiebt sich jeglichen Anspruches gegen Zahlung von 150 Mark.

Buguslaus dei gracia dux Slavorum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino. Noverint cuncti Christi fideles presentes et futuri, quod appropriavimus, contulimus et dedimus dilectis nobis consulibus et burgensibus civitatis nostre Nove Trebetowe omne theoloneum et ungheldum in portu Reghemunde dicto[1]) colligendum, percipiendum, perpetuis temporibus possidendum et habendum, proventus et fructus inde venientes quoquo modo in usus, commodum et profectus dicte civitatis pro voluntate consulum convertendos, et ipsum portum et theoloneum in ipso per suos proprios famulos vel nuntios custodient neque officiales vel advocati nostri quicquam potestatis vel iuris aut commodi sibi nomine nostro vel heredum nostrorum inperpetuum vendicabunt vel aliquatenus debent optinere, si quicquam iuris, profectus, commodi et utilitatis habuimus vel in futurum habere possemus in premissis, id totum transferimus in consules et commune civitatis iam predicte. Pro quibus omnibus et singulis dederunt et solverunt nobis centum et quinquaginta marcas monete usualis. In cuius rei evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt hii: dominus Iohannes comes in Guthcecowe, dominus Conradus de Trebetowe, capellanus noster, Reymarus de Wacholte, Henningus Ursus marscalcus noster, milites, et alii plures fide digni. Datum Wolin anno domini MCCC sexto, in vigilia sancti Thome apostoli.

1) dictum. Orig.

Nach dem Originale ohne Siegel im Staatsarchiv Stettin s. r. Dep. Treptow a. R. Nr. 5. Originaltranssumpt vom 28. September 1316 ebenda Nr. 8, von 1647 März 18 ebenda Nr. 149. Diplomatar. civitatis Treptow. Nr. 10. Privilegia et Documenta der Stadt Treptow (Mscr. I 41) Nr. IV S. 2/3. Abschrift von 1745 im Stettiner Archiv Pars I Tit. 54 Nr. 22 Vol. 1 Bl. 196.

2330.

1306 Dezember 21.

Elisabeth, Wittwe Dietrich Weghers und ihre gleichnamige Tochter kaufen eine Präbende vom Heiligengeist-Hospital in Greifswald.

Notum facimus universis, quod domina Elyzabet, relicta Thi(derici) Wegher, et eius filia Elyzabet emerunt prebendam a domo Sancti Spiritus civitatis nostre, ita videlicet, quod pro

commodo earum dabitur eis specialis casa pro habitacione ad tempora vite earundem, et prebenda ministrabitur eis competens, et duarum marcarum redditus in quatuor temporibus anni eis dabuntur, non obstante, si una moritur, nichilominus tamen alia superstes dictos redditus integraliter ad vite sue tempora sublevabit. Actum anno domini M° CCC° sexto, in die beati Thome apostoli. Preterea, si aliqua bona iure hereditario ad ipsas devolvi possunt, cedent domui Sancti Spiritus predicte, ipsis vero ambabus mortuis omnia eius suppellectilia cum lectisterniis dicte domui manebunt pro usibus infirmorum, et pro hiis omnibus dederunt LV marcas denariorum.

Nach dem Greifswalder Stadtbuch (Liber memorab. XIV) fol. 20 v.

2331.

1306 (Tagesdatum nicht mehr zu lesen) Wolgast.

Herzog Bogislaw IV. schenkt der Stadt Wolgast seinen Hof daselbst und die Wiese Peenemünde, sowie den großen Wotick und konfirmirt die Stadtprivilegien.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Bugezlaus dei gratia dux Slavorum et Cassubiae omnibus in perpetuum. Actio temporalis citius cum tempore labitur, nisi scripturae memoria vel lingua testium perhennetur. Igitur noscat verenda natio praesentium et felix successio futurorum, quod nos nostrae civitati nobis dilectae Wolgast curiam nostram in Wolgast cum omnibus bonis eidem curiae adiacentibus, sicut ipsa curia cum suis bonis infra suas metas iacet, in agris cultis et incultis, pascuis, pratis, paludibus, aquis et aquarum piscationibus, lignis, arbustis et miricis, necnon locum et pratum Penemünde et maiorem Wotick, quantum ad XVIII mansos pertinere poterit, qui adiacent curiae memoratae, cum proprietate et omni libertate, utilitate et usufructu et cum omni iure, sicut dicta bona ad nos et haeredes nostros pertinebant vel pertinere poterant, vendidimus ita, ut praefata bona iure Lubecensi iusto emtionis titulo in perpetuum possideat libere, feliciter et quiete. Praeterea omnia privilegia saepedictae civitati a verendo patre nostro bonae memoriae concessa et indulta rata et grata servamus nostro favorabiliter cum assensu. Ne autem hanc emtionem et venditionem rite factam ullus postea valeat infirmare, praesens damus scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Testes sunt Henricus de Pynnow, Henricus Stoltevut, plebanus in Wolgast, clerici, necnon Henninghus de Heidebrack, Iohannes Behre marscalcus, Andreas Bartemer, Wernerus et Theodericus Lepele, Arnoldus Monachus, Hermannus de Lodin, milites, Otto de Bone et Eggehardus de Usedohm et quam plures alii fide digni. Actum et datum Wolgast per manum . . . . . anno domini 1306, Kalend . . . .

Nach der Abschrift im Mscr. Pomer. Fol. 146 der Greifswalder Universitätsbibliothek fol. 29 s. r. Wolgast Nr. 7.

2332.

1306 s. d. Stettin.[1])

Herzog Otto I. verleiht dem Kloster Gobelnhagen das Eigenthum der Dörfer Kuhhagen, Duchow und Jasenitz.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie, dominus in Stetyn, omnibus Christi fidelibus perpetuam memoriam subscriptorum. Ne in dubium veniant que geruntur, solet ea ratihabitio presencium[2]) solidare. Igitur sit notum universis, quod inter nos

ex una et dominum prepositum et suos canonicos ecclesie Gobelenhaghen ordinis regularium beati Augustini parte ex altera placitavimus istum modum: nobis et nostris successoribus iura patronatus ecclesiarum tam civitatis Ukermunde quam civitatis Golnowe per nostros progenitores apparata ipsi ecclesie in Gobelenhaghen reddunt (wohl statt reddiderunt) et resignaverunt cum omnibus appositis, nichil iuris penitus ipsis et eorum successoribus reservando in eisdem et tocius dampni, quod ipsis intulimus ac nostri fideles nostri nomine, restaurum et inpeticionem cassantes penitus non in perpetuum revocabunt. Nam in huius restaurum presencia fidelium et pio motu in honorem dei et sue genitricis Marie et nostrorum progenitorum memoriam ducis Barnym nostri patris et nostri fratris domicelli Barnym harum villarum Dochowe[3]) et Kohaghen[4]) et omnia (!) earum terminis inclusas proprietates et tocius ville Iazeniz[5]) quantum ad proprietatem nos contingentem tam molendinorum et aquarum stancium et currentium, paludum, lignorum, pascuarum, pratorum, tabernarum, agrorum cultorum et colendorum proprietates refudimus ipsi ecclesie in perpetuum et dictis canonicis possidendas, nichil nobis et nostris heredibus, sed proprietatem merice adiacentis Iazeniz super dictis bonis penitus reservando. Huius rei mediatores et testes sunt domini venerabiles Hinricus[6]) Caminensis ecclesie [episcopus][7]) et Hildebrandus eiusdem ecclesie prepositus, Thidericus Luchte, Wilhelmus Trampo, Iohannes et Wernerus de Wůken[8]), nostri milites, et noster capellanus dominus Hinricus[6]) plebanus in Warppo. Actum Stetyn et datum per manus Gherardi de Buken nostri notarii, canonici Stetinensis ecclesie sub anno domini millesimo CCC sexto.

[1]) Vergl. die Urkunde von 1306 März 13 oben Nr. 2286. [2]) partium. Dreger. [3]) Duchow. B. [4]) Kuhaghen. B. [5]) Iasznisse. B. [6]) Heynricus. B. [7]) Fehlt in der Matrikel. [8]) Wohl verschrieben für Bůken.

Nach der Jaseniker Matrikel im Staatsarchiv Stettin Pars I Nr. 17 (A), Pars II Nr. 2 (B). Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1090.

2333.

1306 s. d.

Der älteste Stralsunder Rathseid.

Hec est lex, quam consules ad consilium electi et consilio presidentes secundum deum et iusticie observanciam debent tenere. Primo votum manifestum facere iuramento et concordare in omnibus unanimiter, quoad bonum nec ullus prodere debet consilii secreta nec aliquis consulum, quamdiu est in consilio et de consilio, debet suum amicum contra iusticiam teneri nec suum inimicum constra iusticiam odire, sed pro amico stabit precibus, quantum possit et quicunque hec non servaverit et ex hoc aliquando periurus conprobatus fuerit, eiciatur de consilio et nunquam ad consilium amplius resumatur.

Nach einem Pergamentblatt von der Hand des Stadtschreibers Johannes Kusselin; war früher an der Rückseite von S. 88 des ältesten Stralsunder Stadtbuches mittels eines grünen Seidenfadens angeheftet, ist aber losgelöst und befindet sich im Rathsarchiv zu Stralsund (Schr. III, Schiebl. 5).

Gedruckt Brandenburg, Gesch. d. Stralf. Magistrats S. 27, Kruse, Verfassung S. 62, Fock, Rügensch-pomm. Geschichten II S. 151, Stralsunder Stadtbuch, Einl. in Abschn. VII.

2334.

1306 s. d.

Swenzo, Palatin von Pommerellen, und sein Sohn Peter von Neuenburg verkaufen dem Deutschen Orden in Preußen die Güter Niradowe für 40 Mark.

In nomine domini amen. Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris nos Swenzo palatinus terre Pomeranie et filius noster Petrus de Nuwenburc salutem in omnium salvatore. Quoniam humane condicionis operacio velud unda defluens a memoria labi solet hominum, racionis conswevit industria ea, que in longevam educenda sunt memoriam, scriptis et testibus perhennare. Ad noticiam igitur universorum cupimus devenire, quod nos, cum essemus constituti capitanei terre Pomeranie, ab inclito rege Bohemie pie memorie, propter magnos sumptus in dicta terra habitos incumbente magna necessitate ad removendam nostram egestatem et terram cum honore servandam, quamdam partem nostrarum vendidimus hereditatum. Insuper aucmentatis sumptibus propter multas causas et gwerras dicte terre incumbentibus sumptus ulterius habere non valentibus compulsi magna necessitate vendidimus bona dicta Niradowe cum omnibus limitibus ad dicta bona pertinentibus honorabilibus viris, videlicet fratri Cunrado Sacco magistro et fratribus terre Pruscie pro XL marcis sine omni contradictione iure hereditario libere in perpetuum possidenda, prout ipsis a nobis[1]) per distinctos limites sunt ostensa. Que quidem bona nobis a dicto magistro et fratribus rite et racionabiliter sunt soluta. Unde rogamus universos presencium inspectores, quatenus dictos honorabiles fratres in prefatis bonis non inpediant, set promoveant nostri causa. In cuius emptionis memoriam seu perpetuam firmitatem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum actenus anno domini M° CCC° VI°.

[1]) uobis. Orig.

Nach dem Originale im Staatsarchiv Königsberg (Schiebl. 50, Nr. 3) mit dem runden Siegel Peters von Neuenburg; für das Siegel Swenzos ist nur ein Einschnitt vorhanden. Abschrift im Folianten 67 (früher A 18) im Staatsarchiv Königsberg fol. 41 u. 89. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1107.

Gedruckt bei Voigt, Cod. dipl. Pruss. II 61/62 Nr. 52 und bei Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch S. 574 Nr. 651.

2335.

1306 s. d.

Testament Johann Schauenburgs, in welchem verschiedenen Greifswalder kirchlichen Stiftungen Vermächtnisse gemacht werden.

Ego Io(hannes) Scowenburg per Ihesu Christi graciam mente sensuque sanus, licet corpore langwens, meum testamentum in hunc modum dispono; in primis lego et assigno sancto Spiritui unam marcam, beate virgini unam marcam, sancto Nicolao unam marcam, sancto Iacobo unam marcam, sancto Georrio unam marcam, fratribus maioribus unam marcam, fratribus minoribus unam marcam. Item lego XII marcas pauperibus ad vestitum[1]) et calceamenta pauperum. Item ad missas et vigilias lego V marcas. Item lego filie mee Elyzabet hereditatem meam et XL marcas denariorum et, quando desponsabitur, dabit eis[2]) omnes vestes et utensilia sponsalia et bodam carnificum do ei. Reliqua omnia bona mea residua volo, ut tollat uxor mea sine impedimento. Hoc testamentum stabit, si morior, alioquin nequaquam. Halbertus de Perkentin et Wer(nerus) de Bocholt erunt tutores dicte filie mee.

[1]) vestititum. Stadtbuch. [2]) Vielleicht zu ergänzen pauperibus.

Nach dem Greifswalder Stadtbuche (Liber memorabil. XIV) fol. 18 v.

2336.

1306 s. d.

Der Greifswalder Rath verfestet mehrere genannte Ritter, weil sie den Greifswalder Bürger Detlev überfallen haben.

Notum esse volumus, quod dominus Chat, dominus Buscho milites, Nicolaus et Conradus domini Moltheke fratres, Reynekinus Horn, Cristoforus de Buchekow, Winghardus Hot, Bernhardus Hane, Henneke Sagitta et Reymarus sunt proscripti, quod Detlovum nostrum burgensem in bona pace et strata publica in itinere peregrinationis beate Marie virginis versus Aken captivaverunt et omnibus suis rebus spoliarunt, a quo C et XXX marcas denariorum pro liberatione sue captivationis extorserunt. Hi consules fuerunt assessores iudicii: Hinricus Sterneberch, Hinricus de Gotlandia, Iohannes Radolphi, Ditmarus de Trebetow, Hinricus Candelim et quam plures alii fide digni. Istud spolium accidit anno domini M° CCC° VI°, in festo penthecostes. Isti sunt burgenses Burchardus, Iohannes de Welpen, Hinricus Westfal, Thidericus Kisov.

Nach dem Greifswalder Stadtbuch I fol. 32.

Gedruckt bei Kosegarten, Geschichtsdenkmäler S. 67.

2337.

1306 s. d.

Aufzeichnung des Greifswalder Stadtbuchs über Häuserzinsen der Stadt in der Hundsgasse.

Civitas habuit trium solidorum censum in domo sita in plathea canis, que fuerat quondam Conradi Smelinc, et trium solidorum censum habuit in domo sita ibidem, que fuerat quondam Gherwini Nigri. Hos redditus redemit Rolf Faber et fecit dictas (domos) liberas et solutas.

Nach dem Greifswalder Stadtbuch (Liber memorabil. XIV) fol. 18 r.

2338.

1306 s. d.

Die Ritter Johann, Heidenreich und Bertram von Beenz schließen einen Vertrag mit Herzog Otto I. wegen ihrer Helmzier.

Johannes, Heidenricus, Bertramus de Benþe milites hebben sick mit hertoch Otten van wegen eres helm kleinodes vordragen, dat se henfort mit eren erven den helm dermaten nicht ziren scholen edder willen. Datum anno 1306 betekent mit C 123.

Nach Klempzens Extrakten fol. 174.

2339.

1307 um Januar 1 Danzig.

Swenzo, Palatin, und Bogussa, Richter von Pommerellen, beurkunden, daß der Streit des Klosters Oliva mit Trsebeborius über die Grenze zwischen Schönwarling und Hohenstein friedlich beigelegt sei.

Universis Christi fidelibus presentem literam visuris nos Swenza palatinus, Boguscha iudex Pomoranie salutem in domino sempiternam. Universitati vestre publice declaramus, quod — — — — — — — — — In huius itaque iudicii ac arbitrii evidens testimonium presentes literas contulimus sigillorum nostrorum robore communitas. Datum et actum Gdancz anno domini M° CCC° VII°, circa festum dominice circumcisionis. Testes — — —

Nach dem Originale im Staatsarchiv zu Königsberg (Schiebl. LVI, Nr. 9).

Gedruckt im Pommerell. Urkundenbuch S. 575 Nr. 652.

2340.

1307 Januar 25 Altdamm.

Herzog Otto I. entscheidet mit Rath seiner Vasallen und Bürger der Städte die Streitigkeiten zwischen Gartz und Penkun wegen der Holzungsgerechtigkeit und bestimmt, daß Alle, welche in Gartz Güter haben, auch dort wohnen und zum Schoß beitragen müssen.

In nomine domini amen. Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus in Stettyn omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Tollit oblivio acta modernorum, si non fuerint stabilita literis et sigillis. Hinc est quod notum esse volumus presentibus et ad noticiam futurorum pervenire, quod omnis dissensio[1]) et controversia[2]), que vertebatur[3]) inter nostrarum civitatum incolas scilicet Gardz et Penkun super seccione lignorum, coram nobis et nostris vasallis ac nostrarum civitatum civibus per iusticiam in hunc modum est sopita: Cives nostre civitatis G(ardz) ius seccionis lingnorum habent et habebunt nec de cetero cives nostre civitatis Penkun in seccione lingnorum dictorum sibi iurisdicionem usurpabunt. Preterea ad libertatem nostre civitatis G(ardz) aucmentandam de consilio nostrorum consiliariorum et discretorum fidelium vasallorum decernimus statuendum, volentes nostrum statutum in firmitate permanere, quod omnes habentes hereditates aut res hereditales sive pactus de mansis aut census de vineis vel simpliciter quecunque bona hereditaria in terminis dicte civitatis constituta debent ipsam civitatem G(ardz) inhabitare et omne ius civium tam in vigilando quam in collecta dicta scot dando vel in quibuscunque aliis ad ius civium spectantibus firmiter adimplere. Quicunque vero nostrum statutum rebellis non servaverit, a tempore monicionis infra tres menses continue subsequentes vendet bona sua illi, qui nostrum statutum voluerit observare, sicud perdicionem suarum rerum voluerit evitare. In cuius rei signum presenti scripto sigillum nostrum est appensum. Testes huius ordinacionis sunt venerabilis dominus Ditmarus abbas in Colbatz,

Luchto nostre curie marscalcus, Gerardus et Conradus dicti Elsholt, Ghe(rardus) Bertheko, Hen(ricus) de Pokelente, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Dam anno domini M° C° C° C° VII°, in conversione beati Pauli.

1) discencio. Matrikel. 2) contraversia. Matrikel. 3) vertabatur. Matrikel.

Nach der im Staatsarchiv deponirten Garzer Originalmatrikel Bl. 9. Matrikel saec. XVII im Staatsarchiv Nr. 26 fol. 27 v. Niederdeutsche Uebersetzung ebenda Nr. 76 fol. 71. Abschrift im Staatsarchiv Stettin, Stett. Archiv Pars II Tit. 23 Nr. 28 fol. 22 v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1119.

2341.

1307 Januar 25 Greifswald.

Der Jude Heseke und sein Sohn Isaak pachten von dem St. Georgs-Hospital in Greifswald ein Erbgut in der Rothgerberstraße.

Heseke Iudeus convenit a sancti Georrii domo cum suo filio Ysaac hereditatem sitam (in) plathea cerdonum ad[1]) sex annos a festo pasche nunc instante et dabit quolibet anno pro ea sex marcas denariorum et non plus, et si quid edificaverit in dicta domo, solvet domus sancti Georrii sex annis revolutis, si vult, si non, tunc Iudei tollent, quod edificaverunt, sanctus Georrius non edificabit. Actum anno domini M° CCC° VII°, in die conversionis sancti Pauli.

1) Stadtbuch: a.

Nach dem Greifswalder Stadtbuch (Liber memorabil. XIV) fol. 21 r.

2342.

1307 März 12 Stralsund.

Fürst Wizlaw III. von Rügen leiht seinem Wundarzte Henning Menzen und dessen Ehefrau Eva 12 Mark Rente aus Slawekeviz zu erblichem Lehen.

Wizlaus dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in domino. Noverint universi, quod nos Henningo Menzen, sirurgico nostro dilecto, et sue uxori Ave et eorum heredibus cum nostra bona voluntate in villa Slawekeviz in terra Ruye XII marcarum redditus contulimus iure homagii temporibus perpetuis possidendos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Sundis anno domini M° CCC° septimo, dominica Iudica. Testes: Prytborus de Vilmeniz, Nicolaus et Tetzo de Pudbuzcick, Lodewicus Kabolt, Raven Buck, Arnoldus de Vicen, Hinricus cum Thorace, milites, et alii quam plures fide dingni.

Nach dem Originale, mit an grünseidenen Fäden anhängendem grünem Wachssiegel des Fürsten, im Rathsarchive zu Stralsund (Schr. VII, Schiebl. 2).

Gedruckt bei Fabricius IV 1 S. 53. Nr. 368.

2343.

1307 März 16 Greifenberg.

Bischof Heinrich von Camin bestätigt die von dem Priester Gerhard von Ribnitz, Domherrn zu Güstrow, mit Hebungen zu Kuhs gestiftete kleinere Domherrnpräbende zu Güstrow.

(H)eynricus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentem paginam visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Iuste devocionis affectus ut robur firmitatis accipiat, dignum est confirmacionis beneficio suffragari. Nos itaque, qui preces honorabilium virorum dominorum prepositi, decani et capituli Gustrowensis recepimus, nobis humiliter supplicancium, ut pro aucmento cultus divini quandam puerilem prebendam per dilectum nobis in Christo Gherardum sacerdotem dictum de Ribeniz, canonicum ecclesie Gustrowensis, in dicta ecclesia Gustrowensi de novo instauratam ac perpetuis temporibus ibidem mansuram cum redditibus decem marcarum usualis monete, percipiendarum annis singulis ex villa Cusiz ab ipso canonico, quem pro tempore dictam puerilem prebendam contigerit possidere, confirmare dignaremur, attendentes, quod, cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per sollicitudinem nostri officii ad effectum debitum perducatur, predictorum siquidem dominorum prepositi, decani et capituli ecclesie predicte affectui gratanter occurrere cupientes, predictam puerilem prebendam ac instauracionem eiusdem cum redditibus sibi deputatis, prout premittitur, gratam et ratam habentes approbamus ac eamdem auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus, prohibentes nichilominus sub pena anathematis districte precipiendo, ne quisquam ausu temerario predicte prebende instauracionem infringere aut nostram confirmacionem turbare audeat quoquomodo. Ut autem super huiusmodi nostra confirmacione nulli dubium oriatur, presentem litteram inde confectam nostro sigillo fecimus communiri. Datum Griphenberch anno domini M° CCC° VII°, feria quinta ante dominicam Palmarum.

Nach dem Diplomatar. Gustrow. im Geh. und Hauptarchive zu Schwerin Nr. XLI fol. 32 b.

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 324 Nr. 3151.

2344.

1307 März 16.

Herzog Otto I. bestätigt dem Kloster vor Pyritz die Schenkung seines Vaters Barnim über das Dorf Briesen mit voller Immunität.

Otto dei gratia dux Slavorum et Cassubiae, dominus in Stetin, omnibus Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, in perpetuum. Gesta simul et acta principum festinanter irent in oblivionem, si non ea scripta et testimonia evidenter confirmarent literarum. Eapropter sciant praesentes et noscant futuri in Christo fideles, quod nos in remedium animae nostri dilecti patris domini Barnim ac animae nostri dilecti fratris domicelli Barnim illustrium principum et nostrae nostrorumque praedecessorum in remissionem peccaminum quandam villam dictam Bresen, quam illustris princeps videlicet dilectus pater noster Barnim piae memoriae cum omnibus attinentiis et proventibus, proprietate simul et iure, quo eam possedit tempore ab

antiquo, praeposito, priorisse totique conventui sanctimonialium apud muros Pirizenses perpetuo contulit quiete possidendam, eandem etiam villam eisdem sanctimonialibus contulimus eadem quiete possidendam. Praeterea quemadmodum iam dictus pater nobis amantissimus voluit et mandavit, volumus et mandamus, ut nullus advocatorum sive officialium vel equitatorum seu qualiscunque fuerit iudex vel persona, praepositum, sanctimoniales, villam et homines in ea habitantes imposterum ullo modo inquietare audeat vel praesumat, et iidem homines a qualibet praecaria videlicet denariorum et annonae servicioque curruum ac laborum maneant liberi et soluti. Igitur ne huic nostrae donationi aliquid in futuro, quod nociturum est, possit suboriri, hanc literam super eo dedimus nostri sigilli munimine diligentius roboratam. Testes huius donationis sunt: venerabilis dominus Dithmarus abbas Colbazensis, Luchto nostrae curiae marscalcus, Hinricus Pokelente, Iohannes Scolentin, milites, ac Hinricus plebanus in Dam et alii quam plures fide digni. Datum anno domini MCCCVII, feria quinta proxima ante Palmarum dominicam, qua cantatur Domine ne longe.

Nach der Pyritzer Matrikel im Staatsarchiv Stettin (Mscr. I 31) fol. 19v. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1120.

2345.

1307 März 19 Altdamm.

Herzog Otto I. bestimmt die Stadtgrenzen der Stadt Stettin und ertheilt ihr das Privileg, daß die herzoglichen Vasallen in gewissen Kriminal- und Zivilstreitigkeiten mit Bürgern von Stettin vor dem Stadtrichter Recht nehmen sollen.

In nomine sancte et individue trinitatis Otto dei gracia dux Slavorum et Cassubie ac dominus de Stetyn universis katholice fidei professoribus in perpetuum. Interest principum et magnatum suorum benivolencias ac servicia dignis retribucionem respicere recompensis et donationes eis datas, ne in posterum revocentur, documentis autenticis et testibus ydoneis solidare. Igitur tam presencium quam futurorum noticie cupimus tenaciter adherere, quod nos honestis viris nobis dilectis consulibus ceterisque burgensibus civitatis nostre Stetyn propter sinceram fidelitatem in eis creberrime compertam donavimus appropriando totum situm seu locum intra subnotatas distinctiones contentum, videlicet intra descensum Odere ante civitatem Stetyn usque in transitum versus villam Lubbycin, ab illo transitu usque ad stagnum Damb, iuxta stagnum Damb in littore ascendendo usque in magnum Regeliz, in magno Regeliz ultra procedendo usque in fluentum ex illa parte ville Podiuch, ubi ligna civitatis communiter heghe-holt dicta terminantur; ab illo fluento procedendo in fossatum, quo transitur versus Klutz, abinde descendendo per magnum transitum in Oderam contra villam Gustow, deinde Oderam descendendo usque ante civitatem Stetyn cum integritate omnis iuris, cum omni libertate ac utilitate in insulis, paludibus, lignis, paschuis, pratis, aquis, piscationibus et in omnibus aliis, que intra prenotatas distinctiones ad commodum et profectum predicte civitatis nostre umquam poterunt ordinari, iusto proprietatis tytulo perpetuo pacifice possidendum, dantes eisdem consulibus et burgensibus nostris liberam facultatem edificandi ibidem domos ortulanis et hummulariis inhabitandas, exceptis domibus dictis veylinge vulgariter et tabernis. Concedimus preterea premernorate civitati nostre hanc graciam specialem perpetuis temporibus duraturam, quod nostri vasalli propter homicidia vel alia manualia facta perpetrata et propter debita cum antefatis

nostris concivibus contracta, que voluntarie solvere nolunt, debent in ipsa civitate coram iudice civitatis iuristare ibidem in hiis causis iam tactis et in aliis causis nullis eorumdem nostrorum burgensium querimoniis legitime responsuri. Si vero quis civilitatem in dicta civitate nostra nondum adhuc habens cuiquam vasallorum nostrorum mutuaverit bona sua et postmodum civilitate obtenta super hiis debitis contra vasallum nostrum movere voluerit questionem, talis questio nec movebitur nec decidetur coram iudice ipsius civitatis, sed coram nobis aut coram alio, cui hanc causam duxerimus committendam. Amplius recognoscimus manifeste, quod prelibata civitas nostra non consuevit ab antiquo nostris progenitoribus maiorem censum de iure dare quam centum marcas argenti Brandenborgensis, que in festo sancti Martini episcopi annis singulis dari solent. Nos quoque ac nostri successores universi in hoc consueto censu contenti esse volumus, ab eadem civitate nostra secundum ius nichil amplius exigendo. Ut autem omnia hec predicta in vigore perpetue firmitatis inviolata perseverent, nos presens scriptum exinde confectum nostro sigillo iussimus communiri. Testes horum sunt vir reverendus dominus Dithmarus abbas in Colbaz, Luchto noster marscalcus, Henniggus de Hindenborch pincerna, Wilhelmus Trampe, Stango, Albertus de Robbekow, Iohannes de Scholentin, Henniggus de Nygenkerken, Hinricus de Zverin, Hermannus de Deven, milites, cum aliis pluribus fidedignis. Datum in Damb anno domini MCCCVII, in dominica Palmarum, XIIII. Kalendas Aprilis.

Nach dem Originale, mit an rosa Seidenschnüren anhängendem großem Reitersiegel Herzog Ottos, im Stadtarchiv Stettin Nr. 35. Originaltranssumpt ebenda Nr. 58, 118. Diplomatar. civit. Stettin Pars I Nr. 35 u. 36, Pars II Nr. 9, Transsumpt von 1309 Juni 15 Pars I Nr. 37, von 1371 Juli 13 Pars I Nr. 38. Rothes Buch der Stadt Stettin S. 87. Das Retranssumpt von 1371 ebenda S. 89. Abschrift in den im Staatsarchiv Stettin deponirten Akten des Stadtarchivs Tit. XIII Sect. I a Lübzin Nr. 1 fol. 11. Auszug von 1627 im Stettiner Archiv Pars I Tit. 41 Nr. 2 vol. IV (Tit. 94 Nr. 80) sub C. Abschrift von 1567 im Grenzbuch im Stettiner Stadtarchiv, deponirt im Staatsarchiv, Tit. XII Sect. 7 Nr. 20 fol. 36 fol. 126. Bruchstück einer Abschrift von 1575 im Stettiner Archiv Pars I Tit. 57 Nr. 1 vol. IV Nr. 14. Dreger, Cod. Pom. dipl. mscr. V Nr. 1122.

Gedruckt im Auszug bei Hering, Histor. Nachr. von Stettin Kap. I Nr. 11 und bei von Eickstedt, Urkundensammlung I 246 Nr. 102. Auszug bei Gollmert, Geschlecht von Schwerin III S. 89 Nr. 54.

2346.

1307 April 2 Greifenberg.

Ritter Reimar von Wacholtz vermacht dem Kloster Dargun eine Hufe in Sophienhof bei Loitz.

Ego Reymarus de Wacholt miles, licet infirmitate corporali preventus, in bona tamen valitudine mentis constitutus, volens non solum saluti anime mee, verum eciam veris et legitimis heredibus meis providere: quapropter de communi consensu heredum meorum legavi monasterio in Dargun unum mansum, situm in villa Cerpencin, perpetuo possidendum. Ne autem de predicta legacione mea a meis heredibus vel aliquibus aliis in posterum dubium oriatur, presentem paginam desuper confectam scribi feci et sigillis venerabilis domini Hinrici Caminensis ecclesie episcopi ac mei et Paridam filii mei feci communiri. Datum Griphenbergch anno domini M° CCC° VII°, dominica Quasi modo geniti.

Nach dem Originale im Geheimen und Hauptarchive zu Schwerin, an welchem drei Siegelpergamentstreifen, aber nur ein (schildförmiges) Siegel, das Paridams von Wacholtz, hängt. Das Siegel zeigt einen vorwärts gekehrten Widderkopf mit starken, nach außen gekrümmten Hörnern; von der Umschrift nur noch zu lesen: ...... IDAM . D .... MIL ...

Gedruckt im Mecklenb. Urkundenbuch V S. 329 Nr. 3156.